EURIPIDIS
TRAGOEDIAE.

RECENSUERUNT ET COMMENTARIIS INSTRUXERUNT

AUG. IUL. EDM. PFLUGK

ET

REINHOLDUS KLOTZ.

VOL. I. SECT. I.

CONTINENS

MEDEAM.

EDITIO TERTIA,

QUAM CURAVIT

REINHOLDUS KLOTZ.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
A. MDCCCLXVII.

EURIPIDIS
MEDEA.

RECENSUERUNT ET COMMENTARIIS INSTRUXERUNT

AUG. IUL. EDM. PFLUGK

ET

REINHOLDUS KLOTZ.

EDITIO TERTIA,

QUAM CURAVIT

REINHOLDUS KLOTZ.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
A. MDCCCLXVII.

LIPSIAE LITTERARUM FORMIS DESCRIPSIT B. G. TEUBNER.

PRAEFATIO.

Quum tempore superiore anno huius saeculi XXXXI. Euripidis Medeam post b. Pflugkii operam in ea fabula collocatam iterum edendam susciperem, id mihi ab illis viris, quorum auctoritate hoc munus acceperam, praeceptum erat, ut et in ipsis poëtae verbis constituendis iudicio plane libero uterer et in adnotationibus Pflugkianis tollendis, mutandis, amplificandis non minus versarer arbitratu meo. Hoc enim consilio dicebant edi, ut omnem Bibliothecam Graecam, cuius edendae auctores exstitissent, sic hanc quoque Euripidis fabulam, ut, quod quoque tempore verissimum et optimum visum esset, id ipsum lectoribus, maxime aetate minoribus, offerretur, non autem ut impediretur libelli usus, si etiam illa tractanda et cognoscenda a tironibus essent, quae ad intellegendam Euripidis fabulam nihil conferre prorsus viderentur.

Hac mihi concessa libertate et licentia ego tum ita eram usus, ut ea, quae ego in b. Pflugkii adnotatione aut falsa aperte aut certe plane inutilia ad explicandam hanc fabulam esse intellexissem, sine ulla dubitatione tollerem, si quidem nihil inde utilitatis ad causam melius cognoscendam redundare posset, pauca autem aut nihil fere nisi ea, quae aut ad grammaticorum citationes pertinerent, quae necessario ad recentissimam quamque editionem immutandae et supplendae erant, aut quae ad sermonem ipsum, quo interdum b. Pflugkius haud satis emendato usus erat, spectarent, in eius commentariolo non addito nomine meo corrigerem, plurima vero adiecto nominis mei

signo, quae aut ad poëtae verba melius constituenda aut ad singulorum locorum sententias rectius enarrandas vel ad linguae leges atque antiquitatis res rationesque accuratius cognoscendas facere viderentur, de meo adferrem.

Nunc vero permagno temporis spatio interiecto, quum rogarer, ut iam tertium hanc fabulam edendam susciperem, res aliter instituenda et ratio huius editionis prorsus immutanda erat. Nam multorum hominum diligentia, qui operam suam interea in Euripidis fabulis et emendandis et enarrandis posuerant, effectum erat, ut de multis locis iam melius iudicari posset quam aut b. Pflugkio aut mihi superiore tempore concessum fuerat, tum origines atque auctoritates codicum, maxime Ad. Kirchhoffii sollertia, ita investigatae et explicatae erant, ut quae olim dubia atque incerta in hac parte fuerant, iam ad iustam normam ponderari atque examinari possent. Itaque et adnotatio critica omnino aliter erat instituenda et enarratio totius fabulae multis locis ita immutanda, ut pleraque iam meo nomine atque auctoritate exponenda censerem et ex editione Pflugkiana non peterem nisi ea, quae ipsius nomine notata iam in hac editione leguntur. Hoc tamen non ita dictum existimari volo, quasi ego omnino illam legem ac normam, qua superiore tempore in hoc munere fungendo usus eram, relinquendam putaverim ac non de singulis tantum modo locis mutata rerum condicione aliter statuendum censuerim. Nemo enim, ut opinor, eorum, qui recte iuventutem erudiri cupiunt, me vituperabit, quod etiam nunc et in constituendis poëtae verbis librorum scripturam religiosius, quam ante me in hac fabula edenda a multis factum erat, sequendam putavi et in adnotatione critica diligentius, quam volgo fieri solet in eius modi editionibus, singulorum librorum auctoritates et grammaticorum citationes exposui. Etenim quum in omnibus rebus tum in studiis antiquitatis id potius sequi praestat, quod verum sit, quam id, quod aliquam

veri similitudinis speciem prae se ferat, et cui persuasum est nihil in historicis studiis ac litteris ingeniosum esse, quod non idem sit verum, is istam ingenii laudem, quam multi critici vanis aut certe inutilibus coniecturis quaesiverunt, non magno opere desiderabit. In arte autem critica factitanda, a qua in veterum scriptorum libris nulla interpretatio plane poterit abstinere, non satis est singulas scripturas nosse, nisi etiam eorum auctoritates cognoveris. Nam quem ad modum multa, quae optima librorum auctoritate nituntur, propterea repudianda sunt, quod idoneam sententiam non habent, sic constat multa etiam, quae optimam reddant sententiam, idcirco vera non videri, quia iusta auctoritate librorum careant, ut ea demum pro veris habenda sint, quae et bonam sententiam efficiant neque certa librorum auctoritate destituta sint, exceptis illis locis, in quibus id, quod offerunt libri, eius modi est, ut eo uti prorsus non queamus atque id, quod veri simillimum esse videatur, seligere debeamus. Et ut ita exerceat criticam artem, si omnino exercet, ipsa iuventus docenda est. Quid enim iuvat ista discere eam, quae postea dedocenda sit?

Aptissime cum hoc instituto meo etiam ipsa explicatio coniuncta est, quae a me multis locis adhibita est, quos plane corruptos ac non sanandos nisi per coniecturam plerique enarratores pronuntiaverant. Atque etiam in hac causa nemo, ut spero, eorum me reprehendet, qui in erudienda iuventute nihil temere, circumspecte omnia agenda intellegunt, ac si cui nimio opere in explanandis quibusdam locis, quos multo facilius videri poterat corruptos pronuntiare et levi quadam aut etiam temeraria correctione aliter constituere, laboravisse videbor, eum rogatum volo, ut prius quam ipse iudicet quid verum sit, eadem diligentia sententiam loci perpendat, qua ego contendere vere possum me usum esse, ante quam de singulis locis proponerem sententiam meam. Sic spero futurum, ut magis magisque mecum ipse consentiat aut, si etiam

tum inita subductaque ratione in meam sententiam concedere non potuerit, ego ab eo gratus meliora edocear. Multi enim nunc hoc habent, ut vix inspectis scriptoris verbis ac vix audita aliorum grammaticorum sententia de locis difficillimis iudicent et id potius, quod ipsis ad tempus placuerit, pronuntient, quam quod causa requirat. Non autem hoc loco philologum quempiam nominatim proferre volo aut tacito nomine describere: rem noto, non homines: neque ego is sum, qui mihi videar unus praeter ceteros verum vidisse et quum nonnulla in tractanda hac Euripidis fabula melius a me quam ab aliis administrata esse sentio, in pluribus tamen locis, maxime in carminibus choricis et emendandis et enarrandis, etiam aliorum operam valde desidero. Sed nolo in re, quae non difficilis est ad iudicandum, nimium curiosus videri et spatio mihi concesso potius utar, ut quaedam adferam, de quibus in enarratione ipsa dicere non poteram, quod scripta ipsa, quae huc spectant, nondum in manus meas venerant, quo de genere commemoranda sunt quae de Euripidis Medea Henricus Weil scripsit in Nov. annal. philol. et paedag. vol. LXXXXV. p. 376—384. tum quae A. Doering in disputatione, quae inscribitur: 'Die bedeutung der tragoedie *Χριστὸς πάσχων* für die Euripideskritik'. in Philol. vol. XXV. fasc. II. p. 221—258. et de Medea quidem p. 229—239. exposuit. Eodem addam alia quaedam, quae in ipsa fabulae enarratione, quae tironum usui accommodatior esse debebat, commemorari non poterant. Ac primum quidem huius fabulae v. 21. Doeringius anteferendam esse existimat scripturam *δεξιᾶς πίστιν μεγίστην*, quam etiam liber ms. optimus Scriptoris Christi patientis habeat, sed ad alteram tamen scripturam tutandam adfert locum Livii I. 21, 4. *Ad id sacrarium flamines bigis curru arcuato vehi iussit manuque ad digitos usque involuta rem divinam facere, significantes fidem tutandam sedemque eius etiam in dextris sacratam esse.* Idem v. 68. scri-

pturam *παλαίτεροι*, quam habet Scriptor Chr. pat. 1181., nobiscum repudiat. V. 125 sq. Th. Bartholdus in Mus. Rhenan. vol. XXI. fasc. I. proposuit: *ἐπὶ μὴ μεγάλοις ὀχυρῶς τ' εἴη καταγηράσκειν.*, quod minime probare possum, quum multo lenior sit mutatio *ὀχυρῶς γ'*. Vv. 152 sqq. H. Weilius l. c. p. 376 sq. sic contra omnium librorum auctoritatem constituendos putavit:

τίς σοί ποτε τᾶς ἀπλάτου
κοίτας ἔρος, ὦ ματαία;
σπεύσει θανάτου τελευτά·
μηδὲν τόδε λίσσου.,

ratus universam mortis optationem primum confutandam fuisse et verbis demum, quae sequerentur: *εἰ δὲ σὸς πόσις καινὰ λέχη σεβίζει κτέ.* Medeae *ζηλοτυπίαν* aut aegrimoniam propter novas nuptias respici. Qua in re mihi vehementer falli videtur vir doctissimus. Etenim universa mortis optatio hic nullo modo erat confutanda et ea, quae priore loco dicuntur, valde diversa sunt ab iis, quae altero loco adiiciuntur. Priore enim loco notat Medeae aegritudinem, quam suscipiat propterea, quod iam vacuo lecto sit et maritum amplius non habeat, posteriore autem loco dolorem deprecatur, quem Medea invidia commota accipiat propterea, quod Iason novum matrimonium colat (cl. v. 18. *γάμοις Ἰάσων βασιλικοῖς εὐνάζεται*). Conf. quae dixi ad l. c. p. 36. V. 161. Fr. Heimsoeth in libro, qui inscribitur: 'Kritische Studien zu den griechischen Tragikern', vol. I. p. 148 sq. scribi voluit: *Ὦ μεγάλε Ζεῦ καὶ πότνια Θέμι.*, ut iure v. 169 sq. dici posset a nutrice: *Κλύεθ' οἷα λέγει κἀπιβοᾶται Θέμιν εὐκταίαν Ζῆνά θ', ὃς ὅρκων κτέ.* Id ego audacius coniectum esse existimo, et in iis acquiesco, quae dicta sunt in enarratione p. 38. Ad v. 357 sq. Doeringius commemorat legi in Christ. pat. 226 sq. *νῦν δ' εἰ μένειν δεῖ, μίμν' ἐφ' ἡμέραν μίαν, Εἰ μή τι πάθῃς, ὧν φόβος πολὺς κρατεῖ.*, hinc sibi scribendum

videri ait l. c. p. 234. *εἰ μή τι δράσεις* (vel *δράσῃς*), *ὧν φόβος μ' ἔχει.* Id ego non accipio. Fortasse scripserat Euripides: *οὔτἄν τι δράσαις δεινὸν ὧν φόβος μ' ἔχει.* Quae Weilius l. c. p. 377. ad v. 462 sqq. adfert, permira mihi esse videntur. Nam, ut omittam id, quod ipse quoque v. 465. suppositicium esse existimat, qua de re satis dictum est in ipsa fabulae enarratione p. 71., illud mihi videtur minime concedi posse viro doctissimo, quod scribi voluit v. 463. *γλώσσῃ μέγιστον εἰς ἀναίδειαν κακόν* eaque verba ita construi, quasi scriptum esset: *εἰς ἀναίδειαν μέγιστον κακόν* quasique verba *μέγιστον κακὸν* appositionem adferrent ad vocem *ἀναίδειαν.* Nam, ut taceam de collocatione verborum minime usitata, omnino impudentia demum v. 469. commemoranda erat: quid enim istis verborum ambagibus, quae interpositae sunt, opus fuisset, si iam ab initio impudentiam dixisset? Error Weilii inde natus mihi esse videtur, quod *ἀνανδρίαν* non vertendum nisi per ignaviam putavit, quod falsissimum erat. *ἀνανδρία* enim, ut saepe alias, sic hoc quoque loco hoc vitium hominis significat, si plane alienus est ab ea honestate ac virtute, quae virum, id est, eum, qui vere vir esse volt, decet, *κακὸν* autem idem fere esse h. l. quod *ὄνειδος*, vide Euripidis locum apud Stobaeum flor. LXIII. 20. vol. III. p. 41. Meineke., atque omnino idem significare quod Latinorum *probrum* aut *male dictum* cur doceam virum doctissimum? Conferantur tamen ea, quae posita sunt in enarratione p. 70. Quod autem alicuius momenti esse putavit Doeringius, quod in Christ. pat. v. 292. legitur: *οὔτι θάρσους ἐστὶν οὐδ' εὐτολμίας*, miror. Nam genetivus quum in eius modi locis apud Graecos posteriores usitatior esset, facile haec scriptura nasci potuit. V. 491. quum meliores libri offerrent *θεσμι' ἐν ἀνθρώποις*, non *θεσμ' ἐν ἀνθρώποις*, quumque pluralis *θεσμὰ* sine auctoritate esse videretur, Weilius scribendum proposuit *θέσμι' ἐν βροτοῖς.* Poterat etiam coniici: *ἢ καινὰ κεῖσθαι θέσμι' ἀνθρώ-*

τοις τὰ νῦν. Sed θεσμὰ pluralis exemplo non caret, vide Sophoclis ap. Stephanum Byzant. p. 139, 19. in A. Nauckii Tragicor. Graec. fragm. p. 119. n. 90. οὐ γάρ τι θεσμὰ τοῖσιν ἀστίταις πρέπει., ut mihi de recepta scriptura non videatur dubitandum esse. V. 676. Fr. Heimsoeth l. c. p. 142., de μὲν particula in interrogatione posita dubitans, coniecit scribendum esse: ἦ θεμιτὸν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ; pro eo, quod omnes libri tuentur: θέμις μὲν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ; De μὲν particula h. l. dubitari non potest, conf. quae adlata sunt in editione p. 95., in repetita autem deinceps v. 673. formula simili: εἰ θέμις κλύειν, nemo, credo, offendet, qui verba ipsa recte explicat: *si quidem fas est id audire.* V. 690. H. Weilius scribendum proposuit: μή που τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε; cl. Aeschyl. Prometh. 247. μή πού τι προὔβης τῶνδε καὶ περαιτέρω; Ego quem ad modum ἦ που explicandum censerem dixi in enarratione p. 97. V. 703. in loco sane difficillimo Fr. Heimsoeth l. c. p. 225. scribendum proposuit: λόγῳ μὲν οὐχί, καρδίᾳ δὲ καρτερεῖ., quod, etiam si mihi non valde adrisit, tamen tacere nolui. Ad v. 710. A. Doeringius commemorat in Christ. pat. v. 779. legi θανόντ', ipse tamen recte comprobat receptam scripturam θάνοις, non immemor eorum, quae de Solone et Croeso tradita sunt. In loco difficillimo, qui legitur v. 730 sqq. Fr. Heimsoeth scribi volt:

τούτοις δ', ὁρκίοισι μὲν ξυγείς,
ἄγουσιν οὐ μεθεῖ' ἂν ἐκ γαίας ἐμέ.
λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἀνώμοτος
σφαλερὸς γένοι' ἂν καὶ τὰ κηρυκεύματα
οὐκ ἂν παρωθοῖς· τἀμὰ μὲν γὰρ ἀσθενῆ,
τοῖς δ' ὄλβος ἐστὶ καὶ δόμος τυραννικός.

de quibus aliorum esto iudicium. Idem vir doctissimus v. 771 sqq. fortasse non male lacunam esse post v. 772. existimavit, quam ita fere explendam esse censuit, ut scriberetur:

Μολόντι δ' αὐτῷ μαλθακοὺς λέξω λόγους,
ὥς μοι δοκεῖ τά τ' ἄλλα καὶ τὰ πρὸς νέους
γάμους τυράννων, οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει,
καὶ ξύμφορ' εἶναι καὶ καλῶς εἰργασμένα.

quae tamen incerta omnia sunt. V. 820 sq. Weilius sic scribi atque interpungi voluit: *θεῶν παῖδες μακάρων ἱερᾶς || χώρας ἀπορθήτου τ' ἄπο, φερβόμενοι || κλεινοτάταν σοφίαν κτέ.*, quam rationem minime probare possum. Nam primum ista appellatio: *Ἐρεχθεῖδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι καὶ θεῶν παῖδες μακάρων*, eius modi est, ut per se constare debeat, tum vero non video cur dici non potuerit: *ἱερᾶς χώρας ἀπορθήτου τ' ἀποφερβόμενοι* (aut etiam *ἄπο φερβόμενοι*, nam sententia eadem erit) *κλεινοτάταν σοφίαν*, quum constet propter ipsam terrae Atticae naturam et aëris tenuitatem eius incolas sapientiores et acutiores esse creditos: id ne quis quae modo dicta erant ea ratione, qua falso hoc fecit A. Nauckius, intellegat, iam sequuntur verba, quae fere eodem spectant: *ἀεὶ διὰ λαμπροτάτου βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέρος κτέ.*, quibus aëris tenuitas significatur, sicuti superiore voce idonea terrae Atticae natura et temperatio caeli. V. 826 sq. Weilius ita emendandos censet l. c. p. 379. *τοῦ καλλινάου παρὰ Κηφισοῦ ῥοαῖς || τὰν Κύπριν κλῄζουσιν ἀφυσσομέναν κτέ.* Idem vir doctissimus V. 843 sqq. sic fere restituendos esse existimavit l. c. p. 380. *Πόθεν θράσος ἔρνεσι σοῖς || ἢ χερὸς ἢ φρενὸς || καρδίᾳ τε λήψει || δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;* V. 916. pro recepta scriptura: *Τί δή, τάλαινα, τοῖσδ' ἐπιστένεις τέκνοις;* A. Doeringius, quod in Christ. pat. v. 737. *τί δῆτα λοιπὸν σῷ γ' ἐπιστένεις τέκνῳ;* dicitur, eo inclinat, ut Euripidi reddatur: *τί δῆτα λοιπὸν τοῖσδ' ἐπιστένεις τέκνοις;* Mihi non item hoc placet. V. 973 sqq. sic constitui locum maxime dubium voluit Weilius l. c. p. 381. *τοῖον ἁ δύστανος ἄτας || ἕρκος κἀς θανάτου μοῖραν τὸν Ἅιδαν οὐχ ὑπερ || φεύξεται πεσοῦσα.* et v. 1039. l. c. p. 381. scribendum coniecit: *τὸ καὶ προέσθαι μαλθακῆς λόγους φρενός.* V. 1128. H. Weilius

scribendum esse existimat: *δι' οἴκων* (pro *δι' ὤτων*) *δ' εὐθὺς ἦν πολὺς λόγος Σὲ καὶ πόσιν σὸν νεῖκος ἐσπεῖσθαι τὸ πρίν.*, quod in Scholiis p. 71, 1. ed. Dind. haec verba ita exponuntur: *ἐπεὶ καὶ πολὺς ἦν λόγος κατὰ τὴν οἰκίαν διαλελῦσθαι ὑμᾶς καὶ τὴν προτέραν φιλονεικίαν μεταβεβληκέναι.* Et sane vera haec coniectura mihi esse videtur. V. 1170 sq. H. Weilius l. c. p. 382. ita scribendos esse existimat: *ἤδη δ' ἀνειλῶν κῶλον ἔκπλεθρον δρόμου Ταχὺς βαδιστὴς τερμόνων ἀνθήπτετο.*, ita, ut *κῶλον δρόμου* conectatur, cl. Aeschyli Agamn. 334. *κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον πάλιν.* V. 1244 sq. recte mihi videtur H. Weilius Pflugkii aliorumque rationem vituperavisse, qui *φόβος* per *nefas* verterunt, cum *metus* dicendus esset. Ipse ex Scholiastae adnotatione: *φόβος ἐστὶ τὸ θεῖον αἷμα ὑπὸ ἀνθρώπων πεσεῖν*, colligit haec verba ita scribenda esse:

σᾶς γὰρ χρυσέας ἀπὸ γονᾶς
ἔβλαστεν· πίτνειν δ' αἷμ' ἄμβροτον
φόβος ὑπ' ἀνέρων.

et infra v. 1254 sqq.

δειλαία, τί σοι φρένα βαρὺς
χόλος προσπίτνει; δύσφρων φόνον
φόνος ἀμείβεται.

Contra Fr. Heimsoeth l. c. p. 379. proponit priore loco scribendum:

σᾶς γὰρ χρυσέας ἔβλαστεν γονᾶς·
θεῖον δ' αἷμα πίτνειν ἄγος ὑπ' ἀνέρων.

et posteriore loco:

δαιλαία, τί σοι δύσμηνις φρενῶν
προσπίτνει χόλος, τὸν φόνος ἀμείβεται.,

quod Scholiastes haec habet: *φόνος τῶν παίδων ἀμείβεται, διαδέχεται τὸν χόλον.* Videant alii. Denique v. 1247 sqq. proponit H. Weilius l. c. p. 384.:

ἀλλά νιν, ὦ φάος διογενές, κάτειρ-
γε κατάπαυσον, ἔξελ' οἴκων ἀλαί-
νοντα φονῶντ' Ἐρινῦν ὑπ' ἀλάστορον.

et infra v. 1257 sqq.

δύσφορα γὰρ βροτοῖς ὁμογενῆ μιά-
σματ' ἐπιγαῖ', αὐτοφόνταις ξύνῳδ'
αὖ θεόθεν πίτνοντ' εἰνὶ δόμοις ἄχη.

Contra Fr. Heimsoeth l. c. p. 378. priore loco proponit:

ἀλλά νιν, ὦ φάος διογενές, κάτειρ-
γε, κατάπαυσον, ἔξελ' οἴκων φονῶ-
σαν ἀλαόν τ' Ἐρινὺν ὕπ' ἀλαστόρων.

et posteriore loco:

σχέτλια γὰρ βροτοῖς ὁμογενῆ μιά-
σματ' ἐπὶ γαῖαν ἐκχέασιν σύνοι-
δα θεόθεν πίτνοντ' ἀμφὶ δόμοις ἄχη.

Postremo quod e v. 1366. huius fabulae habet Scriptor Chr. pat. v. 1273. *κλαῦσαι νεκρόν μοι παῖδα καὶ θάψαι πάρες.*, A. Doeringius eo propensus fuit, ut scriberetur etiam apud Euripidem: *κλαῦσαι νεκρούς μοι τούσδε καὶ θάψαι πάρες.*, quod in simili causa Patroclus Hectorem deplorat priore die Iliad. XVIII. 314—354. et postero die eum sepeliendum curat Iliad. XXIII. 713 sq. 784 sq., quae mihi tamen ratio subtilior quam verior esse videtur. Haec habui quae supplementi causa hac adferrem, pleraque eius modi, ut etiam nunc in dubium vocari posse videantur.

Iam nihil aliud reliquum est nisi ut de libris mss. itemque de libris litterarum formis descriptis, quibus in hac editione adornanda potissimum usi sumus, referamus. Habent autem hanc fabulam libri manu scripti hi, primae quidem classis Cod. Vaticanus n. 909. bombycinus, saec. XII., littera B. a Kirchhoffio notatus, Cod. Havniensis chartaceus, recentiore aetate scriptus, littera C. notatus, Cod. Parisi-

nus n. 2712. membranaceus, saec. XIII., a Musgravio et Brunckio usurpatus, nondum satis diligenter collatus, littera E. notatus, Cod. Marcianus n. 468. bombycinus, ut videtur, saeculi XIII., qui tantummodo fragmentum Medeae habet usque ad v. 42., secundae classis Cod. Parisinus 2713., membranaceus, saec. XIII., littera a. notatus, Cod. Florentinus Vossii, nunc deperditus, littera b. notatus, cuius lectionis diversitas non exstat nisi inde a v. 282., Cod. Florentinus plut. XXX. n. 50. chartaceus, saec. XIIII., littera c. notatus, Cod. Florentinus plut. XXX. n. 15. chartaceus, saec. XIIII., littera d. notatus, tertiae classis Cod. Palatinus inter Vaticanos n. 287. membranaceus, saec. fortasse XIIII., littera *B*. notatus, Cod. Florentinus plut. XXXII. n. 2. chartaceus, saec. XIIII. littera *C*. notatus. Libros litterarum formis descriptos neque antiquiores neque eos, qui omnes Euripidis fabulas complectuntur, hic commemorabo, nominabo tantum singularum fabularum editiones eas, e quibus etiam nunc aliquid utilitatis ad hanc fabulam aut emendandam aut explicandam redundare possit. Commemoranda autem est primo loco Ricardi Porsoni, editio quae prodiit primum Oxonii a. MDCCCI., cuius libri editione in Germania tertia a G. H. Schaefero Lipsiae a. MDCCCXXIIII. curata usus sum, Petri Elmsleii edita Oxon. a. MDCCCXVIII., cuius libri editionem Lipsiensem, cui accesserunt God. Hermanni adnotationes a. MDCCCXXII., usurpavi, Ioannis Lentingii, quae prodiit Zutphaniae a. MDCCCXIX., Ludovici de Sinner, quae Parisiis a. MDCCCXXXIIII.. Aug. Witzschelii, quae Lipsiae a. MDCCCXXXXI., Adolphi Kirchhoffii, quae Berol. MDCCCLII., F. G. Schoenii, quae Lipsiae a. MDCCCLIII. prodiit, cuius libri altera editio iam ab H. Köchly exspectatur. Haec autem ipsa editio ab Aug. Iul. Edm. Pflugk parata primum prodierat Gothae et Erfordiae a. MDCCCXXIX., iterum curata a me Gothae a. MDCCCXXXXII. et nunc ipsum ter-

tium est. Praeterea paene editionis instar habenda sunt illa, quae Aug. Nauckius de Euripidis Medea disputavit in Studiis Euripideis (Euripideische Studien), quae edita sunt in Mémoires de l'Académie impériale des sciences de St. Pétersbourg, ser. VII. tom. I. n. 12. p. 106—139. Ceterum doleo me nactum non esse E. Bergeri diss. de duplici recensione Medeae, quae edita est Cellis MDCCCLXIII.

Postremo adnoto pag. 73. col. 2. v. 9. *pertractaverat* pro *pertractaverunt* itemque p. 88. col. 1. v. 24. *iure* pro *rocte* et v. 25. *omnibus* pro *menibus* legendum esse.

Scripsi Lipsiae d. XXX. mens. Sept.
a. MDCCCLXVII.

R. Klotz.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΔΙΚΑΙΑΡΧΟΥ.

Ἰάσων εἰς Κόρινθον ἐλθών, ἐπαγόμενος καὶ Μήδειαν, ἐγγυᾶται καὶ τὴν τοῦ Κρέοντος τοῦ Κορινθίων βασιλέως θυγατέρα Γλαύκην πρὸς γάμον. μέλλουσα δὲ ἡ Μήδεια φυγαδεύεσθαι ὑπὸ Κρέοντος ἐκ τῆς Κορίνθου, παραιτησαμένη πρὸς μίαν ἡμέραν μεῖναι καὶ τυχοῦσα, μισθὸν τῆς χάριτος δῶρα διὰ τῶν παίδων πέμπει τῇ Γλαύκῃ ἐσθῆτα καὶ χρυσοῦν στέφανον, οἷς ἐκείνη χρησαμένη διαφθείρεται· καὶ ὁ Κρέων δὲ περιπλακεὶς τῇ θυγατρὶ ἀπώλετο. Μήδεια δὲ τοὺς ἑαυτῆς παῖδας ἀποκτείνασα ἐπὶ ἅρματος δρακόντων πτερωτῶν, ὃ παρ' Ἡλίου ἔλαβεν, ἔποχος γενομένη ἀποδιδράσκει εἰς Ἀθήνας κἀκεῖσε Αἰγεῖ τῷ Πανδίονος γαμεῖται. Φερεκύδης δὲ καὶ Σιμωνίδης φασὶν ὡς ἡ Μήδεια ἀνεψήσασα τὸν Ἰάσονα νέον ποιήσειε. περὶ δὲ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Αἴσονος ὁ τοὺς Νόστους ποιήσας φησὶν οὕτως·

V. 2. *ἐγγυᾶται καὶ τὴν τοῦ*] Sic BC. *ἐγγυᾶται τὴν* Elmsleius.

V. 3. *Γλαύκην*] De Creontis filia eiusque nomine non consensisse inter se scriptores intellegimus e Scholiastae verbis ad huius fab. v. 19. *Φασὶ δὲ οἱ μὲν Ἱππότου, οἱ δὲ Κρέοντος παῖδα γαμῆσαι τὸν Ἰάσονα. περὶ δὲ τῆς Κρέοντος θυγατρὸς οὐχ ὁμοφωνοῦσι τῷ Εὐριπίδῃ οἱ συγγραφεῖς. Κλειτόδημος μὲν γὰρ Κρέουσάν φησι καλεῖσθαι, γήμασθαι δὲ Ξούθῳ, Ἀναξικράτης δὲ Γλαύκην.* Conf. qui in nomine Glauces consentiunt, in re aliquantum dissentiunt, Diodorum Siculum IIII. 54 sq. Apollodorum *biblioth.* I. 9, 28. Hyginum *fab.* XXV. et vide Wesselingium ad Diodori l. c. tom. I. p. 297.

V. 6. *μισθὸν τῆς χάριτος*] Non tam id egit Medea hoc munere, ut Glaucae gratiam referret, sed a Creonte potius per eius filiam impetrare voluit, ut ipsius liberis Corinthi in domo regia manendi daretur venia. Conf. huius fab. v. 942 sqq.

V. 9. *ἀπώλετο*] libri. *ἀπόλλυται* Aldus.

V. 10. *ἐπὶ ἅρματος*] libri. *ἐφ' ἅρματος* Aldus.

V. 12. *Φερεκύδης*] p. 187. ed. Sturz. vol. I. n. 73. p. 89. ed. Müller.

V. 13. *Σιμωνίδης*] fragm. CLXXVIII. ed. Gaisford. Conf. qui idem narrat, Scholiasten Aristophanis ad Equit. v. 1318.

V. 15. *ὁ τοὺς Νόστους ποιήσας*] Sic maluit scribere auctor

Αὐτίκα δ' Αἴσονα θῆκε φίλον κόρον ἡβώοντα,
γῆρας ἀποξύσασα ἰδυίῃσι πραπίδεσσι,
φάρμακα πόλλ' ἕψουσ' ἐπὶ χρυσείοισι λέβησιν.

Αἰσχύλος δ' ἐν ταῖς Διονύσου τροφοῖς ἱστορεῖ, ὅτι καὶ τὰς Διονύσου τροφοὺς μετὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν ἀνεψήσασα ἐνεοποίησε. Στάφυλος δέ φησιν ὑπὸ τῆς Μηδείας τὸν Ἰάσονα τρόπον τινὰ ἀναιρεθῆναι· ἐγκελεύσασθαι γὰρ αὐτὴν οὕτως ὑπὸ τῇ πρύμνῃ τῆς Ἀργοῦς [αὐτὸν] κατακοιμηθῆναι, μελλούσης τῆς νεὼς διαλύεσθαι ὑπὸ τοῦ χρόνου· ἐμπεσούσης γοῦν τῆς πρύμνης τῷ Ἰάσονι, τελευτῆσαι αὐτόν.

---

quam Agiam Troezenium, cuius quinque *Νόστων* libri fuisse dicuntur, de quo videas R. Stiehle in *Philol.* VIII. p. 51 sq., ipsum appellare, quia alii auctores ipsi Homero *Νόστων* libros tribuere solebant. Habentur autem tres qui deinceps leguntur Cyclici carminis versus etiam in Scholiis ad Aristophanis Equit. 1318., unde sumpsit P Elmsleius, quod versu altero reposuit *ἀποξύσασα ἰδυίῃσι* pro vulgato *ἀποξύσασ' εἰδυίῃσι.* Versu deinde tertio G. H. Schaeferus *ἐνὶ χρυσείοισι λέβησι* scribi maluit coll. Herodoti locis I. 47. et 48. Postea ipse dubitanter retractavit in tertia editione Porsoniana p. 10.

V. 4. *Αἰσχύλος δ' ἐν ταῖς Διονύσου τροφοῖς*] De huius fabulae reliquiis conf. Aug. Nauckii *Tragicorum Graecorum fragm.* p. 13 sq. Ex iis, quae deinceps in hac Aeschyli fabula acta esse dicuntur, C. A. Boettiger fuisse hoc drama satyricum recte coniecisse videtur idque eiusdem trilogiae fuisse ac Semelen A. Nauckius iure suspicatus est.

V. 6. *Στάφυλος*] Staphylus, qui Naucratites fuisse dicitur a Scholiaste Apollonii Rhodii ad lib. I. 580. p. 334, 27. ed. Merkel., de antiquis et fabulosis temporibus rettulerat in iis libris, quos de singulis terris et civitatibus, quarum res enarravit, appellaverat. Id, quod hic refertur, ex *rerum Thessalicarum* libris, quorum tertium Scholiastes Apollonii ad lib. IIII. 816. p. 507, 14. ed. Merkel. et Harpocratio s. v. *Πενέσται* commemorant, sumptum esse videtur. De ceteris eius scriptoris libris conf. G. I. Vossii lib. *de hist. Graec.* III. p. 416. [p. 500 sq. ed. Westerm.], ubi hunc ipsum locum et Scholiastae ad Aristophanis *Nub.* 1064. addas, et qui fragmenta composuerunt Mülleros in *Fragm. hist. Graec.* vol. IIII. p. 505.

V. 6 sq. *ὑπὸ τῆς Μηδείας τὸν Ἰάσονα τρόπον τινὰ*] Haec verborum positio in B. habetur. Vulgo legebatur *τὸν Ἰάσονα τρόπον τινὰ ὑπὸ τῆς Μηδείας.*

V. 8. *γὰρ αὐτὴν οὕτως*] sic fere libri. *οὕτως* editiones veteres non habent.

V. 10. *ἐμπεσούσης*] BC. *ἐπιπεσούσης* vulgo. Conf. Scholiasten ad huius fab. v. 1387.

Τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι παρὰ Νεόφρονος διασκευάσας, ὡς Δικαίαρχος [ἐν α΄ περὶ] τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ὑπομνήμασι. μέμφονται δὲ αὐτῷ τὸ μὴ πεφυλακέναι τὴν ὑπόκρισιν τὴν Μήδειαν, ἀλλὰ προπεσεῖν εἰς δάκρυα, ὅτε ἐπεβούλευσεν Ἰάσονι καὶ τῇ γυναικί. ἐπαινεῖται δὲ ἡ εἰσβολὴ διὰ τὸ παθητικῶς ἄγαν ἔχειν, καὶ ἡ ἐπεξεργασία (v. 3.) μηδ' ἐν νάπαισι, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅπερ ἀγνοήσας

V. 1. *Τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι παρὰ Νεόφρονος διασκευάσας*] Sic recte Elmsleius hunc locum constituit addicentibus fere verborum vestigiis, quae sunt in libris. Etenim Euripidem Neophronis Sicyonii Medea abusum esse in componenda Medea sua tradunt etiam alii scriptores, veluti Diogenes Laërtius II. 132., qui de Menedemo dicit: *ὥστε πταίουσιν οἱ λέγοντες μηδὲν αὐτὸν ἀνεγνωκέναι πλὴν τῆς Μηδείας τῆς Εὐριπίδου, ἣν ἐν τοῖς* [*ἔνιοι* coniecit Menagius] *Νεόφρονος εἶναι τοῦ Σικυωνίου φασίν*, et Suidas: *Νεοφρῶν — Σικυώνιος, τραγικός, οὗ φασὶν εἶναι τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν, ὃς πρῶτος εἰσήγαγε παιδαγωγοὺς καὶ οἰκετῶν βάσανον*. De Neophronis Medeae reliquiis conf. Aug. Nauckii *Tragicorum Graec. fragm.* p. 565 sqq.

V. 2. *ὡς Δικαίαρχος [ἐν α΄ περὶ] τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου*] In libris fere legitur *ὡς δικαίαρχος τοῦ τε Ἑλλάδος βίου*, quibus in verbis inesse partem verae inscriptionis *περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου* apparet. Illud enim, quod coniecit Kirchhoffius, recepit Dindorfius, *ἐν τῷ περὶ Ἑλλάδος βίου* verum esse non potest, quoniam plures libri illius operis fuerunt, quam ob rem aut *ἐν τοῖς περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου* scribendum erat, ut est apud Athenaeum lib. XIII. p. 636. C., aut fere sic *ἐν πρώτῳ περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου*, ut est apud Athenaeum lib. XIII. p. 557. B. *ἐν τρίτῳ περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου*. Id adeo *ἐν α΄ περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου* olim hic scriptum fuisse opinor. Ceterum conf. A. F. Naeke in *Mus. Rhenan.* a. MDCCCXXXII. p. 40 sqq. Marx *De Dicaearcho* in Creuzeri *Meletem.* p. III. 4. p. 173 sqq.

V. 3. *Ἀριστοτέλης ἐν ὑπομνήμασι*] Conf. Ern. Koepke *De hypomnematis Graecis* (Berol. 1842. 4.) p. 11. et Valentini Rose *Aristoteles pseudepigraphus* p. 561 sqq.

V. 4. *τὸ μὴ πεφυλακέναι τὴν ὑπόκρισιν τὴν Μήδειαν*] Pertinet hoc ad huius fab. v. 922 sqq. — *τὴν Μήδειαν*] Ch. D. Beckius. *τῇ Μηδείᾳ* libri.

V. 5. *προπεσεῖν*] Kirchhoffius. *προσπεσεῖν* libri. *πεσεῖν* Brunckius.

V. 8. *ὅπερ ἀγνοήσας Τιμαχίδας κτἑ.*] Eadem paulo uberius exponuntur in Schol. ad huius fab. v. 1., nisi quod *Τίμαρχος* ibi scriptum est pro *Τιμαχίδας*, quod ipsum nomen ibi quoque reponendum esse A. Westermannus recte docuit ad G. I. Vossii lib. *de histor. Graec.* I. p. 143 sq. adn. 22. Multis enim quum aliorum scriptorum tum Athenaei locis hic grammaticus commemoratur, etiam in Schol. ad huius fab. v. 167.

Τιμαχίδας τῷ ὑστέρῳ φησὶ πρώτῳ κεχρῆσθαι, ὡς Ὅμηρος·

εἵματά τ' ἀμφιέσασα θυώδεα καὶ λούσασα.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Μήδεια διὰ τὴν πρὸς Ἰάσονα ἔχθραν τῷ ἐκεῖνον γεγαμηκέναι Γλαύκην τὴν Κρέοντος θυγατέρα ἀπέκτεινε μὲν Γλαύκην καὶ Κρέοντα καὶ τοὺς ἰδίους υἱούς, ἐχωρίσθη δὲ Ἰάσονος Αἰγεῖ συνοικήσουσα. παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιία.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Κορίνθῳ, ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν πολιτίδων. προλογίζει δὲ τροφὸς Μηδείας. ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος ὀλυμπιάδος πζ' ἔτει α'. πρῶτος Εὐφορίων, δεύ-

---

V. 1. *ὡς Ὅμηρος*] Odyss. lib. V. v. 264. *ὡς Ὅμηρος* libri. Ante Kirchhoffium *ὡς καὶ Ὅμηρος* legebatur.

V. 3. *τ'*] Brunckius auctore Homero. *δ'* libri.

V. 4. ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ] Sic C. ΑΛΛΩΣ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ante Kirchhoffium vulgo legebatur.

V. 5. *διὰ τὴν πρὸς Ἰάσονα ἔχθραν*] *δυσφοροῦσα τὴν Ἰάσονος ἔχθραν* C, quod fortasse reponendum erat.

V. 8. *παρ' οὐδετέρῳ*] Id est, neque apud Aeschylum neque apud Sophoclem. [Eodem prorsus modo haec verba leguntur in Argum. Alcest. p. 24, 11. R. K.] Male Scaliger correxit *παρ' οὐδενί*. Iisdem verbis ubi utitur Scriptor argumenti Aeschyli Eumenidum (tom. IIII. p. 405. ed. Schütz. [p. 395. ed. Franz.]), Sophocles et Euripides intelleguntur. Perpetua est enim trium principum veteris tragoediae in hoc genere comparatio. Sic etiam in Argumento Aeschyli Prom. (p. 3.) *κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία ἐν παρεκβάσει παρὰ Σοφοκλεῖ Κόλχοις, παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ὅλως οὐ κεῖται.* PFLUGK. *παρ' οὐδενὶ* per se falsum non esse docet Argumentum Orestis p. 19, 5. ed. nostr. *παρ' οὐδενὶ κεῖται ἡ μυθοποιία,* quamquam *παρ' οὐδετέρῳ* accuratius dictum est.

V. 11. *προλογίζει δὲ τροφὸς Μηδείας*] Haec verba hic reposuit Brunckius e libro, ut videtur, E.

V. 13. *ὀλυμπιάδος πζ' ἔτει α'*] Sic e vestigiis antiquiorum librorum recte hunc locum constituit A. Nauckius, similiterque Kirchhoffius, nisi quod is *πρώτῳ* pro *α'* reposuit.

V. 13. *πρῶτος Εὐφορίων*] *πρῶτος*, id est, primas rettulit. V. Boeckh. *de Trag. Gr.* p. 36. Ceterum intellegitur Euphorio, Aeschyli filius, quem patris tragoediis certantem quater praemio orna-

τερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης Μηδείᾳ, Φιλοκτήτῃ, Δίκτυι, Θερισταῖς σατύροις. οὐ σώζονται.

---

um esse scribit Suidas, earumque victoriarum unam esse hanc, quam de Sophocle et Euripide hoc anno reportavit, coniecit Boeckhius l. c. p. 32. De Medea Euripidis, quae tunc cecidit [immo tertio loco stetit. R. K.], minus iniqua posteriorum saeculorum iudicia fuerunt. Frequenter huius fabulae sententias in partem vocasse Chrysippum, nobilissimum Stoicorum, auctor est Diogenes Laërtius VII. 180. conf. Hesych. Miles. p. 22. Orell. Eadem in manibus reperta est Ciceronis, quum scelere inimicorum occideretur, teste Ptolemaeo Hephaestione apud Photium cod. CXC. p. 151, 18. [conf. etiam *epist. ad Atticum* XV. 4, 1.] Neque vulgarem Medeae laudem habet Archimeli Epigr. II. v. 5. 6. quamvis corruptum (*Anal. Brunck.* II. p. 64. cf. Iacobsii *Animadv.* Vol. II. P. I. p. 193.). Machinae usum in Medea quum reprehendit Aristoteles *poët.* c. 16. (18. Herm.), respexisse videtur currum alatum [immo *currum volucrum draconum*, quales saepe ab articificibus fictos videmus, ut nuper in Ed. Gerhardi *Monumentis* etc. a. MDCCCLXVI. tab. CCXVI. in imagine ex hac ipsa fabula adumbrata, cl. p. 233. conf. Ovidii *Trist.* III. 8, 2 sq. *Nunc ego Medeae vellem frenare dracones, Quos habuit fugiens arce, Corinthe, tua.* R. K.], quo, quum non haberet quo pacto Medeam periculo eximeret, eam aufugientem facit. Cf. Boettiger. *prolus. de Medea* p. 123. Aug. Matthiae t. VI. p. 427. G. Hermannum ad Elmsleii Med. p. 405. ed. Lips. PFLUGK.

V. 1. *Εὐριπίδης Μηδείᾳ, Φιλοκτήτῃ, Δίκτυι, Θερισταῖς σατύροις*] Sic recte Kirchhoffius e librorum vestigiis scripsit. Vulgo legebatur: *Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ σάτυροι.*

V. 2. *οὐ σώζονται*] Sic scripsi auctore R. Bentleio in *epist. ad Millium* p. 15. p. 465. ed. Lips. Vulgo *οὐ σώζεται* legitur. Eodem modo in Argumento Arist. Acharn. p. 4. ed. Bergk. *δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις. οὐ σώζονται.* nunc restitutum est e cod. Ravennate pro eo, quod olim legebatur *οὐ σώζεται.* Significant autem haec verba *non mansisse hoc drama satyricum.*

COROLLARIUM A. I. E. PFLUGKII.

Corollarii instar adiiciam memorabilem locum Athenaei de Calliae, qui fortasse non diversus est a comico cognomine, *γραμματικῇ τραγῳδίᾳ*, cuius ad exemplum Euripides et modos et personarum descriptionem in chori carminibus, quae sunt in Medea, composuisse dicitur. Is locus est in l. X. p. 453. C. [vol. II. p. 322. ed. Meineke]. *Ὁ δὲ Ἀθηναῖος Καλλίας, ἐζητοῦμεν γὰρ ἔτι πρότερον περὶ αὐτοῦ, μικρὸν ἔμπροσθεν γενόμενος τοῖς χρόνοις Στράττιδος, ἐποίησε τὴν καλουμένην γραμματικὴν*

τραγῳδίαν, οὕτω διατάξας. πρόλογος μὲν αὐτῆς ἐστὶν ἐκ τῶν στοιχείων, ὃν χρὴ λέγειν διαιροῦντας κατὰ τὰς παραγραφὰς καὶ τὴν τελευτὴν καταστροφικῶς ποιουμένους·

Ἔστ' ἄλφα, βῆτα, γάμμα, δέλτα, θεοῦ πάρ' εἶ,
ζῆτ', ἦτα, θῆτ', ἰῶτα, κάππα, λάβδα, μῦ,
νῦ, ξῦ, τὸ οὖ, πῖ, ῥῶ, τὸ σάν, ταῦ, ὖ παρόν,
φῖ, χῖ τε τῷ ψῖ εἰς τὸ ὦ.

ὁ χορὸς δὲ γυναικῶν ἐκ τῶν σύνδυο πεποιημένος αὐτῷ ἐστὶν ἔμμετρος ἅμα καὶ μεμελοπεποιημένος τόνδε τὸν τρόπον, βῆτα ἄλφα βα, βῆτα εἶ βε, βῆτα ἦτα βη, βῆτα ἰῶτα βι, βῆτα οὖ βο, βῆτα ὖ βυ, βῆτα ὦ βω. καὶ πάλιν ἐν ἀντιστρόφῳ τοῦ μέλους καὶ τοῦ μέτρου γάμμα ἄλφα, γάμμα εἶ, γάμμα ἦτα, γάμμα ἰῶτα, γάμμα οὖ, γάμμα ὖ, γάμμα ὦ. καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν συλλαβῶν ὁμοίως ἑκάστων τό τε μέτρον καὶ τὸ μέλος ἐν ἀντιστρόφοις ἔχουσι πᾶσαι ταὐτόν. ὥστε τὸν Εὐριπίδην μὴ μόνον ὑπονοεῖσθαι τὴν Μήδειαν ἐντεῦθεν πεποιηκέναι πᾶσαν, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλος αὐτὸ μετενηνοχότα φανερὸν εἶναι. Quibuscum comparanda quae idem initio libri VII. p. 276. A. [vol. II. p. 1. ed. Meineke] scripsit: *καὶ γὰρ Καλλίαν ἱστορεῖ (ὁ Κλέαρχος) τὸν Ἀθηναῖον γραμματικὴν συνθεῖναι τραγῳδίαν, ἀφ' ἧς ποιῆσαι τὰ μέλη καὶ τὴν διάθεσιν Εὐριπίδην ἐν Μηδείᾳ καὶ Σοφοκλέα τὸν Οἰδίπουν.* Uberiorem horum locorum explicationem si quis desideret, adeat Hermannum in diss. de Gr. linguae dialectis p. 10 seqq. coll. Boeckh. de Trag. Gr. p. 86 seqq. Ac Calliae quidem rationem ita explanavit Hermannus, ut, in personarum quidem descriptione quale fuerit eius institutum, quivis possit comprehendere. De Euripide Boeckhio adsentior, quod, quemadmodum Callias tot fecit strophas, quot sunt consonantes, easque singulas a singulis consonantibus recitatas, accinentibus deinceps vocalibus, ita Euripidem censet stropharum numerum personis chori exaequasse, singulis autem choreutis strophas singulas tribuisse, concinentibus per vices ceteris personis. Illud vero perambiguum est, fuerintne XII personae chori, ut opinatur Boeckhius, an, servato legitimo quindecim personarum numero, viam tamen invenerit Euripides, qua binarum cantum personarum, alia post aliam ei, cuius primariae partes erant, accinente, coniungeret. Nos coniecturas in eo genere satis ingeniosas excogitari posse, certi quidquam, quae nunc est rei scaenicae veterum scientia, adferri non posse arbitrati, satis duximus ea de re admonuisse lectores: orationem poetae intactam reliquimus. [Praeterea huc adhibendus est Fr. Th. Welckerus, qui hanc famam omnino inanem esse docere studuit in *Museo Rhenano* vol. I. p. 150—155. R. K.]

Postremo quamvis ancipitem de duplici quae fertur Medeae editione quaestionem quam fieri poterit brevissime explicabimus, nihil sane novi, ut certo diiudicari ea res possit, adlaturi, sed quantum satis est tironibus dicturi. Ac de diasceue dramatum in universum exposuit Boeckhius in capite secundo libri, quem de Tragicorum Graecorum principibus scripsit. Solebant enim poetae, si quam fabulam, semel editam, iterum in scaenam vellent producere, eam ita aut totam retractare aut quasdam eius partes refingere, ut, quam secundis curis perpolivissent, pro nova iure haberi posset. Cuius rationem instituti, ne dicam auctorum in perficiendis operibus diligentiam, maxime inde repetas, quod, sive ceciderat fabula, nisi emendata in certamen iterum committi non posset, sive steterat, victrice ac praemio ornata alteram appetere victoriam haud sine quadam turpitudinis nota liceret. Neque vero solum sua ipsi dramata poetae correcta ediderunt, sed eorum etiam familiae repetitas maiorum fabulas interpolaverunt: donec Lycurgi oratoris lege cautum est, ne trium principum veteris tragoediae, Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, reliquiae importuna correctorum manu histrionumve licentia depravarentur[1]). Nam histriones quoque aliquid sibi iuris in poetarum opera adrogarunt neque raro vel voces quasdam vel versus temere seu consilio mutarunt: qua de re passim veteres critici admonuerunt. Itaque etsi fieri potuit, ut, qui correctam ederet fabulam, ultra verborum versuumve, si qui forte male tornati essent, emendationem non progrederetur, tamen magno opere cavendum est, ne, quidquid a tralaticia quorundam locorum scriptura discrepat, studiis ac consilio aut ipsorum poetarum aut eorum, ad quos illorum monumenta ingenii hereditate pertinebant, acceptum referamus atque ex levibus quibusdam sive correctionibus sive corruptelis duplicem statim recensionem exstitisse coniectemus.

De Medea quidem Euripidis qui primus eiusmodi suspitionem movit, Porsonus argumentis usus est, ut mihi quidem videtur, non satis gravibus. Eorum alterum protulit ad v. 300. (298. Barn.), ubi quum pro eo, quod vulgo scriptum est, *σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφά*, nonnulli libri exhiberent *καινὰ προσφέρων ἔπη*, eam ille lectionem profectam opinatus est ex secundis curis ipsius Euripidis, qui derisum ab Aristophane Thesm. 1141. vocabulum *σοφός*, quo uti videbatur cupidius, removere vellet. Simile est alterum argumentum, quod exposuit ad v. 1314. (1317.) *τί τάσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις πύλας*, sed illud et subtilius excogitatum et haud contemnendis rationibus confirmatum. Dubium enim esse non potest, quin auctor Christi Patientis, cuius

---

1) Pseudoplutarch. V. X. Orat. p. 841. E.

de perpetua imitatione Euripidis satis constat, quum scripsit v. 120. *καὶ τούσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγους*, et v. 436. *τί τούσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγους*, respexerit eum, quem proposui, huius fabulae locum. Ex eodem fonte apparet hausisse Heliodorum Aethiop. I. p. 15. *Τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις; τοῦτο δὴ τὸ τῶν τραγῳδῶν.* Neque credibile est utrumque scriptorem, si legisset apud Euripidem quae nostra exemplaria praebent, in eandem incidisse dictionem eamque adeo insolentem et tragici tumoris plenissimam. Huc denique accedit locus Aristophanis criminibus Euripidis refertus, Nub. 1399. *Σὸν ἔργον, ὦ καινῶν ἐπῶν κινητὰ καὶ μοχλευτά, Πειθώ τινα ζητεῖν, ὅπως δόξεις λέγειν δίκαια.* Ex quo probabilis sane videtur coniectura Porsoni Euripidem, quum in priore editione pro *τάσδε πύλας* scripsisset *τούσδε λόγους* vel *ταῦτα ἔπη*, postea traductum a comico id mutasse, quod reprehendendi illi occasionem dedisset. Quamquam illud profecto mirum est, praeter hanc sane memorabilem scripturae varietatem, siquidem ea retractantis fabulam poetae censenda est, nulla indagari posse satis certa duplicis recensionis vestigia. Nam quae sibi visus est ex eo genere repperisse Osannus Anal. crit. p. 90 sqq., ea, ut vim aliquam habitura essent, si Medeam iterum editam esse aliunde constaret, tamen ipsa per se ad eam rem demonstrandam minime idonea sunt[2]). Idem dicendum est de illa suspitione, quam de v. 777. iniecit Hermannus[3]). Denique quod Boeckhius[4]) ea, quae v. 1381—1383. Medea loquitur,

γῇ δὲ τῇδε Σισύφου
σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη προσάψομεν
τὸ λοιπὸν ἀντὶ τοῦδε δυσσεβοῦς φόνου,

haec igitur quod multo aptius a Iunone pronuntiari existimat, quam poeta in priore editione ex machina verba facientem induxerit: est illa ingeniosa sane coniectura, sed tamen eadem ita comparata, ut argumentis, quibus duplicem exstitisse Medeae recensionem evincere studet, nihil inde auctoritatis accedat. Etenim aut soli eiusmodi oratio Iunoni conveniebat; quod quidem haud sine gravissimo poetae, qui talia ad Medeam transtulerit, crimine statuere licet: aut illa verba ne a Medeae quidem persona aliena sunt; ex quo consequitur nihil inde de iteratione fabulae colligi

---

2) Vid. Aug. Matthiae ad Eurip. T. VI. p. 424. 425.
3) ad Elmsleii Medeam p. 372. ed. Lips.
4) de Trag. Gr. p. 167.

posse. Atqui non sunt aliena: nam neque caedem liberorum si *δυσσεβῆ φόνον* dicit, foediore eam rem nomine appellat, quam quod ipsam, quae fecisset, deceret, ut visum est Boeckhio, neque hoc quidem loco invidiose Corinthus *γῆ Σισύφου* vocatur [5]). Postremo si quis miretur, qua mente sollemnia sacra Corinthiis ad expiandum scelus iniungat Medea, cuius nulla apud illos auctoritas esse potuit: ob eam rem ne ad causam dicendam aut poeta aut nos vocemur, facit ambigua vis verba *προσάψομεν*. Quae quum ita sint, eo revolvimur, ut alia circumspicienda sint argumenta, quibus id, a quo omnis haec disputatio profecta est, demonstretur.

Ac quum in ipsa fabula nulla esse relicta duplicis editionis vestigia docuerimus, reperiuntur tamen et verba nonnulla et versus, qui quum ex Euripidis Medea repetiti esse dicantur neque tamen in ea, quam hodie tenemus, fabula exstent, magna est suspitio lectos olim in altera eius editione. Ex eo genere sunt duo versus a Stobaeo Tit. LXXVIII. p. 453=333. servati:

τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις
Πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα.

tertius haud dubie Euripideus (Fragm. Inc. CXI.)

Μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός,

quem ex Medea Euripidis petitum esse inde coniiciunt, quod eum qui Latine interpretatus est Ennius (Cic. ad fam. VII, 6. coll. de off. III, 15.), in cognomine fabula, facta illa ad exemplum Euripideae, posuit. At hoc quidem argumentum non eiusmodi est, ut illud, quod inde effici volunt, necessario concedendum sit: modo reputaveris non ita Latinos poetas in Graecorum exemplarium imitatione versatos esse, ut verbum verbo redderent neque ab eo, quem ducem plerisque in rebus sequerentur, in aliis discedere fas ducerent. Neque maior fides versuum, quos ex Medea Euripidis sumptos margo Stobaei testatur: qui non addito neque poetae neque fabulae nomine leguntur apud Clem. Alex. Paedag. I. p. 127, 25. In codice autem Stobaei Parisiensi adscriptum est *Βιότου ἐκ Μηδείας*. Itaque sive illi versus sunt Bioti cuiusdam, de quo nihil constat, sive, ut suspicatur Elmsleius, Dionysii tyranni [6]), certe Euripidis non esse contitendum est. Hesychii locum s. v. *Ἀπαιώνιστον* corruptum esse collato cod. Venet. intellectum

5) Cf. Gaetulici Epigr. V. Anal. Br. II. p. 167.
6) De huius tragoediis erudite disputavit Meinekius ad Euphor. p. 163 sq.

est: cuius lectionem, et ipsam mendosam, utrum recte refinxerit Elmsleius necne, non dixerim; illud certum est, nihil eum continere, quod ad Medeam Euripidis pertineat. Relinquitur testimonium Schol. Aristoph. Ach. 119., qui ad verba Comici: *ὦ θερμόβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένε*, haec adnotavit: *παρῳδίᾳ χρῆται. ἔστι γὰρ ἐν τῇ Μηδείᾳ Εὐριπίδου· ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον.* Hoc igitur uno auctore non credo repertum iri qui secundis curis correctam exstitisse Medeam existimet, neque dubito, quin, qui istos homines norit, memoria lapsum esse Scholiastam Elmsleio concedat.

Sed ne cui iusto morosiores in repudianda duplici huius fabulae editione videamur, demus esse nonnulla eorum, quae commemoravimus, talia, in quibus emendatricem poetae manum agnoscere licet. Illud profecto iure postulamus, ut unum certe adferatur eiusmodi argumentum, quod exceptionem non patiatur. Videndum igitur, utrum, quae una reliqua est ex rationibus virorum doctorum[7]), nutantem adhuc libram inclinare possit. Refert auctoritate Parmenisci Schol. ad v. 10. Euripidem, quinque talentûm mercede corruptum a Corinthiis, caedem liberorum Medeae, quos ab ipsis interfectos vulgaris fabula ferret, in matrem transtulisse[8]). Id accidisse Boeckhius[9]) eo tempore coniecit, quum alteram Medeae editionem moliretur: prius enim de eius consilio istos vix resciscere potuisse. Perspicuum est autem non inesse in hac ratione quod requirebamus. Etenim, si certum esset correctam edidisse hanc fabulam Euripidem, crederem equidem fortasse id eum donis commotum fecisse, ut piaculo Corinthios liberaret. Nunc quum ad coniecturam res redeat, non video, cur magis ut tamquam Stesichoream quamdam palinodiam componeret, quam ut aliorum poetarum, qui in communi fama acquievissent, narrationi contradiceret, conductum esse Euripidem suspicemur. Qui si olim et ipse Corinthios caedis auctores prodidisset idque illi aegre tulissent, alium, opinor, poetam adissent, qui ab isto crimine eos

---

7) Adiecit nuper aliam rationem Wolperus [*diss. de Medea Euripidis tragoedia correcta et denuo edita.* Gotting. 1818.], ductam ex Aristot. Poet. 16., quam refutavit Hermannus ad Elmsl. Med. p. 405.

8) Cf. Aelian. V. H. V, 21. Pausan. II, 3, 6. Philostr. Heroic. c. 19. p. 740. Olear. Primum Euripidem hoc in Medeam parricidium contulisse sunt qui Aristotelis quoque loco Poet. 15. confirmari existiment. Artifices cur Euripidem quam antiquam famam sequi maluerint, patet. Cf. v. c. de Timomachi Medea Plutarch. de aud. poet. p. 18. A. Anal. Br. T. II. p. 174. 499. Similem imaginem describit Lucian. de domo §. 31. T. III. p. 207. Callistr. Stat. XIII.

9) de Trag. Gr. p. 166 sq.

vindicaret. Ita fit, ut, hoc etiam erepto praesidio[10]), tota illa duplicis editionis opinio relinquenda esse videatur. Hactenus Pflugkius. Adde quae de eadem causa disputavit A. Matthiae vol. VI. p. 423—430.

10) conferas etiam quae de huius modi narratiunculis, quae non paucae de poëtis scaenicis circumferuntur ab umbraticis excogitatae grammaticis, G. Dindorfius scripsit ad Aristophanis Nub. p. 113. et ad eiusdem poëtae fragmenta p. 539. R. K.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΤΡΟΦΟΣ.
ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.
ΜΗΔΕΙΑ.
ΧΟΡΟΣ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.
ΚΡΕΩΝ.
ΙΑΣΩΝ.
ΑΙΓΕΥΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΠΑΙΔΕΣ ΜΗΔΕΙΑΣ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
ΜΗΔΕΙΑ.

ΤΡΟΦΟΣ.

Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος

V. 1. respiciunt Aristophanes Ran. 1382. cum Schol. Eustathius in Il. p. 452, 33. p. 526 extr. p. 1248. in Odyss. p. 1469, 49. cl. Schol. Iliad. II. p. 133. Thomas Magister p. 127, 8. Herodianus Epimerism. p. 270. Scriptor Christi pat. 1 sqq.

ΤΡΟΦΟΣ] Anum, quae prologi partes in hac fabula suscepit, ut auditores edoceret res Medeae, cuius causa maxime hac fabula agitur, quo statu iam in initio fabulae essent, fuerunt qui non nutricem ab ipso Euripide inductam, sed famulam vetulam fuisse existimarent: quae opinio, quamquam res magni momenti non est, tamen mihi confutanda esse videtur. Nam et res ipsa docet esse eius modi mulierem quae mores Medeae plane perspectos habuerit et fama antiquitus tradita hoc idem comprobat. Etenim iam a grammaticis Alexandrinis τροφοῦ appellationem e didascalicis petitam fuisse quum index personarum tum Q. Ennii Medea docet, unde M. Cicero Disp. Tusc. III. 26, 63. nutricis appellationem acceperat. Vide quae infra adferentur ad v. 49. et ad v. 56.

V. 1 sqq. Principium fabulae sic expressit Ennius apud Ciceronem ad C. Herenn. II. 22, 39. cl. Prisciano de metris Terentii p. 424. ed. Hertz. *Utinam ne in nemore Pelio securibus Caesa accidisset abiegna ad terram trabes Neve inde navis incohandae exordium Coepisset, quae nunc nominatur nomine Argo, quia Argivi in ea delecti viri Vecti petebant pellem inauratam arietis Colchis, imperio regis Peliae per dolum. Nam numquam era errans mea domo ecferret pedem Medea, animo aegra, amore saevo saucia.* Conf. O. Ribbeck Tragicorum Lat. reliqu. p. 36 sq. et Io. Vahlen Ennianae poesis reliqu. p. 124 sq. Ennius quod naturalem rerum ordinem restituit, sine dubio non emendare Euripidis orationem, sed Romanis hominibus faciliorem ad intellegendum reddere voluit. Alio modo hunc locum descripsit Phaedrus fab. IIII, 7, 6 sqq. De rebus, quae hic breviter commemorantur, conferri possunt Apollodorus bibl. I, 9, 16 sqq. Ovidius Metam. VII. 1 sqq. Hyginus fab. XXI—XXV. cl. fab. III. — **Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος]** 'Ἀργοῦς σκάφος περιφραστικῶς'. Scholiastes. Similiter Phaedrus l. c. v. 9. dixit: *nec — fabricasset Argus opere Palladio ratem,* eodemque fere modo infra v.

Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας,
μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε
τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας
ἀνδρῶν ἀρίστων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρος

V. 4. *τμηθεῖσα· κοπεῖσα* Hesychius vol. II. p. 1396.
V. 5. *ἀνδρῶν ἀρίστων*] Libri omnes et Schol. *ἀνδρῶν ἀριστέων* Wakefieldius, Porsonus, A. Nauckius, alii. — *δέρας*] libri et Schol. *δέρος* unus *C.* et hic et infra v. 477. Eustathius in Il. p. 600, 11. *ὅτι δὲ καθάπερ ὗδας καὶ ὗδος οὕτω καὶ οὖδας οὖδος*

474. dicitur *Ἀργῷον σκάφος. διαπτάσθαι* autem dixit, non solum quia omnino, ut Latine *volare*, v. Catulli IIII. 4 sq. *sive palmulis opus foret volare sive linteo.*, sic Graece *πέτεσθαι* de celeri navium cursu dicebatur, qua de re conf. Pflugkium ad Helen. 666. p. 90. ed. sec., verum etiam, quod in Symplegadibus ipsa velocitas cursus maximo opere requirebatur.

V. 2. *κυανέας Συμπληγάδας*] Binae hae petrae, quarum angustias penetrasse Argo dicebatur, Homero, qui eas *πλαγκτὰς* appellavit, in freto Siculo sitae esse videbantur, conf. Odyss. XII. 61. XXIII. 327. et Strabonem I. 2, 10. p. 21. III. 2, 12. p. 149., iis, qui post eum vixerunt, in ostio Ponti Euxini positae aut *κυάνεαι συμπληγάδες πέτραι* dicebantur, ut infra v. 1252 sq. et apud Strabonem ll. cc., aut *κυάνεαι συμπληγάδες*, ut hic et Iphig. Taur. 232., aut *κυάνεαι συνδρομάδες*, ut Theocrito XIII. 22., ad quem locum conf. Schol. vol. II. p. 359. ed. Ahrens., aut *κυάνεαι*, ut Apollonio Rhodio II. 318. Ovidio Trist. I, 10, 34. Melae II. 7, 19. Plinio nat. hist. VI. §. 36., aut *συνορμάδες*, ut Simonidi apud Schol. ad h. l., aut simpliciter *Συμπληγάδες*, ut Euripidi in Iphig. Taur. 1359. Ovidio l. c. 47. Melae l. c. Plinio l. c., aut etiam *πληγάδες*, ut Apollonio Rhodio II. 596. *Συμπληγάδες* autem et *συνδρομάδες* et *πλαγκταὶ* propterea nominabantur, quod aliquando concurrere creditae dictaeque erant, qua de re vide quae diximus ad Iphig. Taur. v. 124. p. 38.

V. 3. *μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου κτἑ.*] Acerbius etiam nutrix profectionem Argonautarum et Iasonis detestatur eo, quod ne pinum quidem caedendam fuisse dicit, qua olim Argo navis aedificata esset, quum contra Catullus in laudem phaseli primam eius originem studiose ostendat carm. IIII. 10 sqq. Ad rem opportune Pflugkius attulit eiusdem Catulli carm. LXIIII. 1 sqq. *Peliaco quondam prognatae vertice pinus Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas Phasidos ad fluctus et fines Aeetaeos.*

V. 4. *ἐρετμῶσαι χέρας*] *ἐρετμῶσαι· κώπαις ἁρμόσαι* Hesychius vol. I. p. 1424. cl. Aug. Meineke in Philol. XII. p. 609. *ἐρετμοῦν χέρας* est manus remis instruere, qua formula ab Euripide sumpta delectari Nonnum docuerunt Ruhnkenius ad Pseudoorphei Argon. 360. et G. Hermannus ad Orphica p. 815.

V. 5. *ἀνδρῶν ἀρίστων*] Hanc omnium librorum auctoritatem iure Fr. Th. Welckerus defendit ad Theogn. p. XXII. Etenim qui *ἀνδρῶν ἀριστέων* scribi voluerunt, quod ab Apollonio Rhodio saepe numero Argonautae *ἄνδρες ἀριστεῖς* appellarentur, illud non meminerunt, fuisse illos quidem omnes, qui cum Iasone Colchos profecti sunt, gene-

Πελίᾳ μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ
Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας,
ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος,
οὐδ' ἂν κτανεῖν πείσασα Πελιάδας κόρας
πατέρα κατῴκει τήνδε γῆν Κορινθίαν
ξὺν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισιν, ἁνδάνουσα μὲν

πολλαχοῦ δηλοῦται, οὕτω καὶ δέρας δέρος, οἷον· πάγχρυσον δέρος. Id utrum ad hunc an ad illum locum, qui infra legitur, an ad utrumque pertineat incertum est.

V. 8. ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ'] Laudat Eustathius in Il. III. p. 283, 16.

osorum hominum filios, verum tamen e numero iuvenum generosorum virtute praestantissimos, id est, fortissimos viros a duce esse delectos, qui socii itineris esse vellent, id quod aperte narrat Diodorus Siculus IIII. 41. Ἰάσονα δὲ — ἐκλέξαι τῶν ὀρεγομένων τῆς αὐτῆς προαιρέσεως τοὺς ἐπιφανεστάτους ἀριστεῖς, idemque Apollodorus iisdem quibus Euripides verbis usus docet in Biblioth. I. 9, 16. καὶ χρωμένῳ ὁ θεὸς αὐτῷ [τῷ Ἰάσονι] πλεῖν ἐπέτρεψε συναθροίσαντι τοὺς ἀρίστους τῆς Ἑλλάδος, ut hic quidem multo plus sit, si ἀνδρῶν ἀρίστων legitur quam si ἀνδρῶν ἀριστέων. Ἄνδρες ἀριστεῖς essent generosi iuvenes, ἄνδρες ἄριστοι sunt fortissimi e numero iuvenum generosorum. Nam omnino intellegi non posse nisi generosos viros per se patet. — πάγχρυσον δέρος] Conf. infra v. 477. et vide, quem Pflugkius attulit, Pindari Pyth. IIII. 68. τὸ πάγχρυσον νάκος κριοῦ cum A. Boeckhii Explic. p. 277. Contemptim Lucianus Gall. s. somn. 1. ὥσπερ τὸ χρυσοῦν ἐκεῖνο κῴδιον φυλάττων.

V. 6. Πελίᾳ μετῆλθον] Petebant — imperio regis Peliae, ut ait Ennius. Dativus est commodi quem dicunt. Suppl. 14. Οἰδίπου παγκληρίας Μέρος κατασχεῖν φυγάδι Πολυνείκει θέλων. Sophocles Ai. 1045. Μενέλαος, ᾧ δὴ τόνδε πλοῦν ἐστείλαμεν. — μετῆλθον Theocrit. XIII. 16. Ἀλλ' ὅκα τὸ χρύσειον ἔπλει μετὰ κῶας Ἰήσων. Cf. Valckenar. ad Phoen. 1327. Brunck. ad Apoll. Rhod. I. 4. PFLUGK.

V. 7. πύργους — ἔπλευσ'] Antiquo sermone casus accusativus sine praepositione motum, qui fit in aliquem locum aut finem, significavit, quem usum ibi, ubi difficilis res intellectu non erat, poëtae maxime retinuerunt, veluti infra v. 12. 675 sqq. 907. 1132. V. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 409. 4. a.

V. 8. ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ'] Infra 639. θυμὸν ἐκπλήξασ' ἑτέροις ἐπὶ λέκτροις. Hipp. 38. στένουσα κἀκπεπληγμένη κέντροις ἔρωτος. Helen. 1417. τοῦ πρόσθεν ἀνδρὸς χάρισιν ἐκπεπληγμένην. Xenoph. Conviv. IIII. 23. ὑπὸ τοῦ ἔρωτος ἐκπλαγέντα. Adde Plat. Phaedr. p. 255. B. 259. D. Amator. p. 133. A. Conviv. p. 192. C. Aeschin. c. Timarch. §. 134. Polybium III. 18. PFLUGK.

V. 11. Verbis ἁνδάνουσα μέν respondent haec: νῦν δ' ἐχθρὰ πάντα. Intulit enim post participium verbum finitum, quo nihil frequentius. Lucianus Icaromen. §. 11. ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ὄλυμπον ἀναβὰς καὶ ὡς ἐνῆν μάλιστα κούφως ἐπισιτισάμενος, τὸ λοιπὸν ἔτεινον εὐθὺ τοῦ οὐρανοῦ τὸ μὲν πρῶτον ἰλιγγιῶν ὑπὸ

φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα,
αὐτή τε πάντα ξυμφέρουσ' Ἰάσονι,

V. 13—15. habet Stobaeus floril. LXXXIII. 30. vol. III. p. 57. Meineke, ubi αὐτὴ δὲ falso legitur pro αὐτή τε. Ad v. 13. conf. Apollonii Lexic. Homer. p. 621. ad v. 13 sq. conf. Eustathius in Il. p. 734, 11.

τοῦ βάθους, μετὰ δὲ ἔφερον καὶ τοῦτο εὐμαρῶς. Cf. Boeckh. Explicat. ad Pind. p. 105. PFLUGK.

V. 12. φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα] Omnes libri mss. habent πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα, nisi quod in Cod. B. apud Elmsleium refertur superscriptum esse αις in syllaba ῶν, quod non potest dubitari quin ab librario quopiam profectum sit, qui quum intellexisset, quae constructio vere in hunc locum caderet, non tamen causam, quamobrem Euripides ab usitata dicendi ratione recessisset, adsecutus erat. Euripides enim quum dicere posset, ἁνδάνουσα μὲν πολίταις, ὧν χθόνα φυγῇ ἀφίκετο, tamen, quoniam non sine aliqua vi ante posuerat vocabulum φυγῇ, non iam potuit dicere πολίταις, quia φυγῇ, quod pertinebat ad enuntiationem relativam, interpositum erat, itaque necessario dixit attractionis licentia usus, quam sermo Graecus concessit: ἁνδάνουσα μὲν φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα. Simillimus locus est Euripidis de Heraclidis v. 67 sq., quem attulit P. Elmsleius: Ἄπαιρ'. ἐγὼ δὲ τούσδε, κἂν σὺ μὴ θέλῃς, Ἄξω κομίζων οὔπερ εἴσ' Εὐρυσθέως. Id est enim nihil aliud nisi: ἄξω κομίζων τούτῳ οὔπερ εἴσ' Εὐρυσθέως. Nam quod G. Hermannus putavit, non τούτοις ante φυγῇ πολιτῶν ὧν, sed potius in fine sententiae ex accusativo χθόνα supplendum esse χθονί vel ταύτῃ, id dupliciter falsum est, primum quod ipsa verborum collocatio: ἁνδάνουσα μὲν φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα, primariam in his verbis notionem esse πολιτῶν ostendit, deinde quod, quum χθόνα hic aperte nihil significet nisi terram illam ipsam, in quam venerat Medea, non civitatem vel incolas eius terrae, ἀκυρολογία esset, si quis vellet unam vocem dupliciter intellegere. Atque etiam in Latino sermone nemo, si quando haec verba audierit: placens quidem in quorum civium fines fuga sua pervenerat, aliter intelleget nisi ita, ut e sequentibus ad placens pronomen iis adsumat: placens quidem iis, in quorum civium terram fuga sua pervenerat. Ceterum non opus est a nobis, explicata omnium librorum auctoritate, confutari coniecturas, quas satis multas satisque temerarias h. l. fecerunt critici.

V. 13. αὐτή τε πάντα ξυμφέρουσ' Ἰάσονι] 'πάντα ξυμφέρουσ' omnia una tolerans, omnibus in rebus concors. Aristoph. Lysistr. 165. οὐ γὰρ οὐδέποτ' εὐφρανθήσεται Ἀνήρ, ἐὰν μὴ τῇ γυναικὶ συμφέρῃ. Medio utitur Plato de legg. XI. p. 929. E. Cf. Hermann. ad Soph. Philoct. 623. Tetigit hunc locum etiam Elmsleius ad Heracl. 919.' PFLUGK. Addo his Sophoclis Electr. 1464 sq. τῷ γὰρ χρόνῳ Νοῦν ἔσχον, ὥστε συμφέρειν τοῖς κρείσσοσιν. ad quem locum vide quae E. Wunderus commentatus est p. 152. ed. sec. et commemoro similiter usurpari verbum conferendi a Latinis, veluti a Propertio II (III). 24, 49. *Noli nobilibus, noli conferre beatis.* id quod nos dicimus sich hingeben. Vide Hertzberg. ad l. c. vol. I. p. 124. Ceterum recte αὐτή τε habetur in Euripidis libris, non αὐτὴ δέ, quia haec

ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία,
ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ·
νῦν δ' ἐχθρὰ πάντα, καὶ νοσεῖ τὰ φίλτατα.
προδοὺς γὰρ αὑτοῦ τέκνα δεσπότιν τ' ἐμὴν
γάμοις Ἰάσων βασιλικοῖς εὐνάζεται,
γήμας Κρέοντος παῖδ', ὃς αἰσυμνᾷ χθονός.
Μήδεια δ' ἡ δύστηνος ἠτιμασμένη
βοᾷ μὲν ὅρκους, ἀνακαλεῖ δὲ δεξιάς,

V. 17. αὐτοῦ libri. αὑτοῦ Lascaris.
V. 19. ὃς αἰσυμνᾷ· βασιλεύει, ἄρχει Εὐριπίδης Μηδείᾳ Hesychius vol. I. p. 174., ut M. Schmidtius restituit coll. Schow p. 595. Etym. Magn. p. 39.
V. 20—23. habet Scholiastes Aristoph. Nub. 81.
V. 21. δεξιᾶς BE [F] δεξιάς ceteri libri, ut videtur, cum Schol. Aristoph. l. c. et libris Christi pat. v. 51.

aptius cum oratione, quae antecedit, coniunguntur neque in verbis his inest nisi amplificatio laudis Medeae.

V. 14. ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία] ἥπερ pronomen sententiâ refertur ad superiora, genere ad verba sequentia, quod attractionis genus recte iam explicaverat Eustathius ad Iliad. VIIII. 39. ἀλκὴν οὔτοι δῶκεν, ὅ,τε κράτος ἐστὶ μέγιστον. p. 734, 11., ut mirer quemquam offendi h. l. potuisse recentiorum. Conf. G. Hermannum ad Vigerum p. 708. ed. tert. et A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 476. De sententia conf. Homeri Odyss. VI. 182 sqq. οὐ μὴν γὰρ τοῦγε κρεῖσσον καὶ ἄρειον, Ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή. Cf. Pseudophocylidea v. 195 sqq. Part. II. p. 472. Bergk. ed. tert.

V. 16. Nunc vero infesta omnia et discrimen adest carissimi pignoris. Τὰ φίλτατα alibi eximie dicuntur parentibus liberi, cf. Hemsterhus. ad Lucian. t. I. p. 177. Valckenar. ad Phoen. 437. sed etiam maritus uxori, ut Herc. fur. 514., denique proximus quisque et maxime dilectus. PFLUGK.

V. 19. αἰσυμνᾷ] Hoc loco idem quod βασιλεύει, cuius verbi etiam structuram retinet. Vid. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 337. Rost gr. Gr. §. 108. p. 529. ed. VII. Proprie differunt βασιλεῖς et αἰσυμνῆται, quos ex Aristotelis Polit. III. 9, 5. [cl. III. 10. 1.] (cui addas licet ex Plehnii Lesbiacis p. 47 sq. Dionysium antiqu. Rom. V. 73. et Plutarch. Amat. 18.) αἱρετοὺς τυράννους intellegunt, qualis fuit Pittacus apud Lesbios, Tynnondas apud Euboeenses. Plutarch. Vit. Solon. c. 14. PFLUGK.

V. 21. βοᾷ μὲν ὅρκους, ἀνακαλεῖ δὲ δεξιάς] A. Matthiae hanc scripturam defendit, quae et modum epanalepsis servat, conf. infra v. 99 sq. μῆτηρ Κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον. et v. 131 sq. ἔκλυον φωνάν, ἔκλυον δὲ βοὰν τᾶς δυστάνου κτέ., et Graecae orationis consuetudini egregie convenit, vide Homeri Iliad. II. 339 sqq. Πῆ δὴ συνθεσίαι τε καὶ ὅρκια βήσεται ἡμῖν; Ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γενοίατο, μήδεά τ' ἀνδρῶν, Σπονδαί τ' ἄκρητοι καὶ δεξιαί, ᾗς ἐπέπιθμεν. Euripid. Iph. Aul. v. 58 sq. ὅρκους συνάψαι δεξιάς τε συμβαλεῖν Μνηστῆρας ἀλλήλοισι κτέ. Xenophontis Cyr. discipl. V. 1, 21. οὐ γὰρ

πίστιν μεγίστην, καὶ θεοὺς μαρτύρεται
οἵας ἀμοιβῆς ἐξ Ἰάσονος κυρεῖ.
κεῖται δ' ἄσιτος, σῶμ' ὑφεῖσ' ἀλγηδόσι,
τὸν πάντα συντήκουσα δακρύοις χρόνον,
ἐπεὶ πρὸς ἀνδρὸς ᾔσθετ' ἠδικημένη,
οὔτ' ὄμμ' ἐπαίρουσ' οὔτ' ἀπαλλάσσουσα γῆς
πρόσωπον· ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος
κλύδων ἀκούει νουθετουμένη φίλων·

V. 24. 25. habet Scholiastes ad v. 97. et v. 24. Libanius IIII. p. 415. *ἀλγηδόσι* sive *ἀλγηδόσιν* BCE [F] d. *BC*. *ἀλγηδόνι* c et Schol. ad v. 97.

V. 25. *γρ. συντείνουσα* c.

δὴ αὐτός γε ἄπειμι, ἀλλὰ καὶ Ὑρκανίοις τοὺς ὅρκους καὶ τὰς δεξιάς, ἃς ἔδωκα, ἐμπεδώσω. eodemque modo etiam Scholiastes ad v. 535. [v. 538. p. 40 sq. ed. Dindorf.] in persona Medeae: *Ἀλλὰ σὺ οὐκ ἐπίστασαι*, inquit, *νόμοις χρῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὅρκους παραβέβηκας καὶ τὰς δεξιάς. — εἴποι τις ἄν· Ἀλλὰ σὺ οὐκ ἐπίστασαι νόμοις χρῆσθαι, ὅρκους καὶ δεξιὰς παραβαίνων.*, ut plane dubitari non possit quin recte *ἀνακαλεῖ δὲ δεξιάς, πίστιν μεγίστην κτἑ.* dici hic potuerit. Quod si P. Elmsleius, quem plerique critici recentiores secuti sunt, e quorundam librorum indiciis *ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς πίστιν μεγίστην* scribendum esse dixerat, quia similiter Sophocles et in Oedipo Col. 1632. dixisset: *δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις.* et in Philoct. 810. *ἔμβαλλε χειρὸς πίστιν.*, reposuit Matthiae, eo quod Euripides in Hippol. v. 1299. scripsisset: *ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν*, non consequi etiam v. 1034. in eadem fabula, ubi haec verba legerentur *ὅρκους παρασχών, πίστιν οὐ σμικρὰν θεῶν*, scribendum esse: *ὅρκων παρασχὼν πίστιν οὐ σμικρὰν θεῶν.* Itaque inita subductaque ratione ego quoque scripturam eam servandam putavi, quam concinnitas orationis maxime postulare videbatur.

V. 24. *κεῖται δ' ἄσιτος*] In his quoque praeivit Homerus Odyss. IIII. 787 sq. *ἡ δὲ — Πηνελόπεια Κεῖτ' ἄρ' ἄσιτος κτἑ.* Conf. quae Pflugkius attulit ad Hecub. v. 496. p. 56 sq. ed. sec.

V. 26. *ᾔσθετ' ἠδικημένη*] Cf. infra v. 882. *ταῦτ' ἐννοήσασ' ᾐσθόμην ἀβουλίαν Πολλὴν ἔχουσα.* Rost gr. Gr. §. 129. PFLUGK. Graecos etiam Latinis eiusdem constructionis auctores extitisse notum est. Cf. Vergilium Aen. II. 377. *sensit medios delapsus in hostes.*

V. 28. *θαλάσσιος κλυδων*] Androm. 537. *Τί με προσπίτνεις ἁλίαν πέτραν Ἢ κῦμα λιταῖς ὡς ἱκετεύων;* Hippol. 304. *πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα Γίγνου θαλάσσης.* Conf. Philodem. Ep. XX. 5. sive in Fr. Iacobsii Delect. epigr. V. 37, 5. PFLUGK. Recte Schoenius animadvertit praeivisse etiam hic Homerum, cuius conf. Iliad. XVI. 34 sq. *Γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα, Πέτραι δ' ἠλίβατοι· ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.* His adde Aeschyli Prometh. 1001. *ὀχλεῖς μάτην με κῦμ' ὅπως παρηγορῶν.* Homerum descripsit etiam Ovidius Epist. X. 131 sq. *Nec pater est Aegeus, nec tu Pittheidos Aethrae Filius: auctores saxa fretumque tui.* cl. ibid. VIII. 9 sq. *Surdior ille freto clamantem nomen Orestis Traxit inornatis in sua tecta comis.*

ἣν μή ποτε στρέψασα πάλλευκον δέρην
αὐτὴ πρὸς αὑτὴν πατέρ' ἀποιμώζῃ φίλον
καὶ γαῖαν οἴκους θ', οὓς προδοῦσ' ἀφίκετο
μετ' ἀνδρός, ὅς σφε νῦν ἀτιμάσας ἔχει.
ἔγνωκε δ' ἡ τάλαινα συμφορᾶς ὕπο
οἷον πατρῴας μὴ ἀπολείπεσθαι χθονός.
στυγεῖ δὲ παῖδας, οὐδ' ὁρῶσ' εὐφραίνεται.
δέδοικα δ' αὐτὴν μή τι βουλεύσῃ νέον·
βαρεῖα γὰρ φρήν, οὐδ' ἀνέξεται κακῶς
πάσχουσ'· ἐγᾦδα τήνδε, δειμαίνω τέ νιν,
μὴ θηκτὸν ὤσῃ φάσγανον δι' ἥπατος,

V. 30. ἣν (corr. in ἢ ascripto γρ. ἣν) B. ἣν etiam *B*. πάνλευκον B. κάρα pro δέρην *C*.
V. 31. πρὸς αὐτὴν libri. πρὸς αὑτὴν Lascaris. ἀποιμώζει B[E]d ἀποιμώζῃ F ἀποιμώξει c ἀποιμώξῃ *B* [*C*].
V. 34. habet Eustathius in Il. p. 1093, 26. p. 1203. ἔγνω γὰρ ἡ τάλαινα Scriptor Christi pat. v. 53. 950.
V. 35. μὴ 'πολείπεσθαι *BC*. V. Elmsleium et Pflugkium ad Heracl. v. 460 (459).
V. 37. κακόν (γρ. νέον) B. κακόν c. νέον ceteri et Scriptor Christi pat. v. 489. 1075. 1172.
V. 39. δέ νιν e *B* Aldus.

V. 33. ἀτιμάσας ἔχει] Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ἠτίμησε. Schol. Vim simul praesentis et praeteriti hac circumscriptionis formula Graeci complectuntur. Sophocles Antig. v. 22. τὸν μὲν προτίσας, τὸν δ' ἀτιμάσας ἔχει. Euripides Bacch. v. 302. Ἄρεώς τε μοῖραν μεταλαβὼν ἔχει τινά. Hecub. v. 1013. πέπλων ἐντὸς ἢ κρύψασ' ἔχεις; Vid. Valckenar. ad Phoen. v. 712. p. 268. Wernsdorf. ad Him. p. 365. G. Hermann. ad Vig. p. 753. ed. tert. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 559. b. PFLUGK. Latine hoc alio quodam modo declarare possis, si dicas: qui eam nunc contumelia adfectam habet, ut in Sophoclis Antig. v. 32 et v. 188. κηρύξαντ' ἔχειν plane est Latinum *edictum habere*.

V. 36. στυγεῖ δὲ παῖδας κτέ.] His verbis nutrix nihil aliud indicat nisi Medeae animum gravem esse, quia quod alioquin faciat, liberis suis non oblectetur, et vehementer errat Scholiastes ad v. 40., qui de caede liberorum futura aliquid significatum esse putavit.

V. 37. δέδοικα δ' αὐτήν] Notum vel e Matthiae gr. Gr. ampl. §. 295. genus attractionis, quod in hac ipsa fabula saepius habetur, v. 39. 252. 283. — *Νέον* in huius modi locis non multum distat ab eo, quod habet Lascaris, *κακόν*. Infra v. 317. ὀῤῥωδία μοι, μή τι βουλεύσῃς κακόν. Cf. Suppl. 91. Heindorf. ad Platon. Protag. p. 461. PFLUGK.

V. 38. βαρεῖα γὰρ φρήν] Cf. Sophoclis Antig. v. 763. *Νοῦς δ' ἐστὶ τηλικοῦτος ἀλγήσας βαρύς*, ad quem locum G. Hermannus: "*Βαρύς*, inquit, 'a quo grave quid metuendum'. Comparat Seidlerus v. 1236. 1241."

V. 40. θηκτόν] ut caedis instrumentum. Phoen. v. 68. θη-

σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ᾽, ἵν᾽ ἔστρωται λέχος,
ἢ καὶ τύραννον τόν τε γήμαντα κτάνῃ,
κἄπειτα μείζω συμφορὰν λάβῃ τινά·
δεινὴ γάρ· οὔτοι ῥᾳδίως γε συμβαλὼν
ἔχθραν τις αὑτῇ καλλίνικον οἴσεται.

V. 41. *ἐσβᾶσ᾽ C.*
V. 44. *οὔτοι* B. *οὔτι* Cc *BC.*

κτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε. PFLUGK. Ceterum hoc et sequenti versu non potest dubitari quin caedes Glauces indicetur, quam veretur nutrix ne Medea qua adfecta iniuria est suscipiat, ita autem mulier, quae Medeae animum prorsus perspectum habet, hoc quod moliri sibi videatur Medea significat, ut verbis quidem ipsis non enuntiet, sed re ipsa tamen satis prodat, id quod in eius modi causa fieri consentaneum erat. Glauces autem caedes significatur maxime v. 41. *σιγῇ δομους εἰσβᾶσ᾽, ἵν᾽ ἔστρωται λέχος*, quia et regiam domum apparet significari et lectum genialem Glaucae nuper stratum. Quod si quis in eo offendatur, ut offensi sunt sane multi critici, quod infra in eadem quidem causa haec ipsa verba repetuntur in persona Medeae v. 386 sqq. *πότερον ὑφάψω δῶμα νυμφικὸν πυρί, ἢ θηκτὸν ὤσω φάσγανον δι᾽ ἥπατος σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ᾽ ἵν᾽ ἔστρωται λέχος.*, is reputaverit summa sollertia hoc instituisse Euripidem, ut nutricem fere eadem futura esse dicentem faceret, quae deinceps re vera evenirent. Recte hoc vidit Scholiastes ad v. 40., qui dicit: *Ἔθος γάρ ἐστιν αὐτῷ (τῷ Εὐριπίδῃ) — προλέγειν τὰ μέλλοντα*, quamquam ipse aliorsum haec verba accepit. Et quid mirum, si in simplici causa rem iisdem fere verbis effert? Itaque et eorum disputationes possumus omittere, qui v. 41. aut hoc aut altero loco, quamquam neutro loco potest abesse, deleri voluerunt, et illorum, qui aut hos tres versus 41—43., ut G. Hermannus in Iahnii *Nov. Annal. philol. et paed.* vol. XXXIII. p. 116 sq., in interpolationis suspitionem vocaverunt, aut etiam hos quattuor versus, qui sequuntur, 40—43. eiiciendos esse putaverunt, ut A. Nauckius in Mémoires de l'Académie impériale des sciences de St.-Pétersbourg. VII. ser. tom. I. n. 12. p. 108 sq. Nam operae pretium non erit eius modi opiniones persequi. Interea conf. C. G. Firnhaberi librum, qui inscribitur die Verdächtigungen Euripideischer Verse usw. (Lips. 1840.), p. 129 sqq.

V. 42. *τύραννον*] Creontem, novae nuptae patrem. *τόν τε γήμαντα*, Iasonem. PFLUGK.

V. 44. *συμβαλεῖν ἔχθραν τινί* i. e. *ἐχθρὸν καταστῆναί τινι.* Infra v. 518. *ὅταν φίλοι φίλοισι συμβάλωσ᾽ ἔριν.* Electr. 905. *ἀσπόνδοισι γὰρ Νόμοισιν ἔχθραν τῷδε συμβεβλήκαμεν.* PFLUGK.

V. 45. *καλλίνικον οἴσεται*] Hanc librorum scripturam Pflugkius restituit, qui attulit Pindari Nem. III. 17 sq. *καματωδέων δὲ πλαγᾶν ἄκος ὑγιηρὸν ἐν βαθυπεδίῳ Νεμέᾳ τὸ καλλίνικον φέρει. τὸ καλλίνικον* enim non est solum carmen victoris, verum etiam insigne, quo victoria ostenditur, quam plerumque coronam fuisse ostendit Schol. *καλλίνικον· τὸν στέφανον.* Apertius loquitur Euripides in Iphig. Taur. 10 sq. *Ἐνταῦθα γὰρ — στόλον Ἑλληνικὸν συνήγαγ᾽ Ἀγαμέμνων*

ἀλλ' οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι
στείχουσι, μητρὸς οὐδὲν ἐννοούμενοι
κακῶν· νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,
τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν
ἕστηκας, αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά;

V. 46—48. habet Stobaeus floril. LXXVIII. 10. vol. III. p. 81. ed. Meineke., ubi οἵ γε pro οἵδε legitur. Choeroboscus can. I. p. 338 sq. ad priores cf. Photius p. 525. ed. Lips. et Etym. Magn. p. 769.

V. 46. habet etiam Grammaticus Ambros. in H. Keilii Anal. gramm. p. 5. V. 47. habet Ammonius de diff. voc. p. 137. V. 48. habet Cyrillus c. Iulian. VII. p. 227 B. et Schol. Soph. Ai. 554. Trach. 144.

V. 49. πρε. praefixum in C.

V. 51. habet Eustathius in Il. p. 494. θρεομένη· θρηνοῦσα Hesychius vol. I. p. 1729.

ἄναξ, Τὸν καλλίνικον στέφανον Ἰλίου θέλων λαβεῖν. Muretus comparatis versibus Herc. fur. 180. 680. Electr. 864. scribendum coniecerat ᾄσεται, quem secuti multi critici sunt. Vulgatam scripturam iam Ch. G. Heynius recte defenderat ad Pindari Olymp. VIIII. 3.

V. 46. ἀλλ' οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων—στείχουσι] Poëtae scaenici Graecorum summa arte ita inducere solebant singulas personas loquentes, ut aut de se ipsis indicarent quas partes agerent, ut supra v. 6. nutrix se indicat esse servulam Medeae, quod dicit: οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ Μήδεια κτἑ., aut etiam de aliis personis id proderent, ut hic facit nutrix in liberis Medeae et infra v. 53. in persona paedagogi. Τρόχοι autem βαρυτόνως dicuntur δρόμοι i. e. curricula, in quibus puerorum corpora exercebantur, conf. Euripidis fragm. ex Alope apud Ammonium de differ. voc. p. 137. ὁρῶ μὲν ἀνδρῶν τόνδε γυμνάδα στόλον στείχονθ' ἑῷον ἐκ τρόχων πεπαυμένον. apud A. Nauck. Tragicorum Graec. fragm. p. 311. Ceterum ἐκ praepositio in his locis etsi aptius cum verbo στείχειν coniungenda est, tamen habet suam vim etiam ad participia πεπαυμένοι et πεπαυμένον. cf. infra ad v. 52.

V. 48. νέα φροντίς] 'animus iuvenilis ut Pindarus Olymp. II. 78. νέοις ἐν ἀέθλοις, in certaminibus iuvenum'. MATTHIAE. Addit Pflugkius Lysiae de invalid. or. §. 16. τοὺς ἔτι νέους καὶ νέαις ταῖς διανοίαις χρωμένους.

V. 49. Paedagogus et ipse servus est Medeae. [V. v. 54. 61. 65.] Cf. Phoen. 94. Ceterum in voc. παλαιόν nihil inesse, quod contemptum indicaret, id quod Porsonus putavit, recte vidit G. M. Schaeferus Apparat. crit. ad Demosth. vol. I. p. 452. coll. Hecub. 609. ἀρχαία λάτρι. et Iphig. Aul. 867. οἶδά σ' ὄντ' ἐγὼ παλαιὸν δωμάτων ἐμῶν λάτριν. PFLUGK. Transtulit haec Ennius apud Nonium p. 39, 2. p. 292, 18. ita: *Antiqua erilis fida custos corporis, Quid sic te extra aedis exanimata eliminas?* cf. O. Ribbeck Tragicorum Lat. reliqu. p. 38. et Io. Vahlen Ennianae poësis reliqu. p. 127. Derisit vero

πῶς σοῦ μόνη Μήδεια λείπεσθαι θέλει;

ΤΡΟΦΟΣ.

τέκνων ὀπαδὲ πρέσβυ τῶν Ἰάσονος,
χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν
κακῶς πίτνοντα καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται.
ἐγὼ γὰρ εἰς τοῦτ᾽ ἐκβέβηκ᾽ ἀλγηδόνος,

V. 54. 55. habet Stobaeus floril. LXVII. 37. vol. II. p. 365. Meineke. Aelianus hist. an. VII. 28. vol. I. p. 189. ed. Hercher. Eumathius VII. p. 314. v. 55. *πιτνόντα* B*B*. *πιτνῶντα* CEa Aeliani libri *πίτνοντα* cd *πίπτοντα* Stobaei libri.

hunc Euripidis locum Alexis comicus apud Athenaeum lib. XI. p. 483. E. *Εἶτα τετρακότυλον ἐπεσόβει κώθωνά μοι, Παλαιὸν οἴκων κτῆμα.* conf. Porsonum ad h. l. A. Meineke Fragm. comicorum Graec. vol. III. p. 466.

V. 52. *λείπεσθαι*] Attulit Pflugkius Alcest. 407. *Νέος ἐγώ, πάτερ, λείπομαι φίλας μονόστολός τε ματρός.* Homeri Il. VIIII. 437. *Πῶς ἂν ἔπειτ᾽ ἀπὸ σεῖο, φίλον τέκος, αὖθι λιποίμην Οἶος;* Quibus addi possunt quae idem adhibuit ad Alcest. l. c. p. 73. ed. sec. Quod autem Lentingius potius ab adiectivo *μόνος* quam a verbo *λείπεσθαι* suspendi voluit genetivum, commemoro id, quod modo ad v. 6. significavi, in eius modi locis, quales adhibuit Lentingius, saepe difficile esse alterum utrum contendere aut unam notionem ab altera separare, veluti Hecub. v. 769. *ποῖ τῶν τότ᾽ ὄντων χωρίσας τέκνων μόνον;* Sophoclis Aiac. 510 sq. *εἰ νέας Τροφῆς στερηθεὶς σοῦ διοίσεται μόνος Ὑπ᾽ ὀρφανιστῶν μὴ φίλων.*

V. 54. *χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν κτἑ.*] Haec verba in antiqua proverbii consuetudine fuisse videntur, qua in oratione vetustiore *ξυμφορὰ* servavit primam istam notionem verbi, ut esset id, quod ita pertineret ad alterum, ut eum similiter adficeret atque eum ipsum, cui aliquid accidisset. Posuit hoc idem proverbium Euripides in Bacch. v. 1016 sq. *ὡς σὲ στενάζω δοῦλος ὢν μέν, ἀλλ᾽ ὅμως Χρηστοῖσι δούλοις συμφορὰ τὰ δεσποτῶν*, quo in loco explicando vehementer illi critici erraverunt, qui e Medeae loco hunc versum illuc retractum dixerunt. Nam in eius modi locis similia verba aut etiam eadem verba recte repeti nemo non videt, nisi qui praeiudicata opinione ad sententiam dicendam accessit. Neque per se in illo loco *τὰ δεσποτῶν* sunt mala, quae acciderunt dominis, sed tantum illa, quae acciderunt dominis, ut hoc dicatur: Solent servis, qui frugi sunt, ea, quae accidunt dominis, communia esse. *συμφορὰ* igitur in eius modi locis significat id, quod una tolerandum atque exanclandum est alteri.

V. 55. *φρενῶν ἀνθάπτεται*] mentem penetrat et maerore perfundit. Infra v. 1349. *τῆς σῆς γάρ, ὡς χρή, καρδίας ἀνθηψάμην.* Sic etiam Helen. 969. Rhes. 916. Cf. Alcest. 108. ibique Monk. p. 42. ed. Pflugk sec. et Blomfield. ad Aesch. Pers. 709. PFLUGK.

V. 56 sq. Cicero Disp Tusc. III. 26, 63. *Sunt autem alii, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui delectat, ut illa apud Ennium nutrix: Cupido cepit miseram nunc me proloqui Caelo atque Terrae Medeaï mise-*

ὥσϑ' ἵμερός μ' ὑπῆλϑε γῇ τε κοὐρανῷ
λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

οὔπω γὰρ ἡ τάλαινα παύεται γόων;

V. 57. *μ' ὑπῆλϑε*] *μοὐπῆλϑε* A. Meineke Fragm. comicorum Graec. vol. IIII. p. 27.

V. 58. *μολοῦσαν* *C* et Scriptor Christi pat. v. 58. *μηδείας* (*ἢ δεσποίνης* ab eadem manu supra scriptum) B. *μηδείας* [E] *B* [*C*] *δεσποίνης* C cd Schol. Phoen. 1.

rias. Adluderehucvidetur Theognetus apud Athen. XV. p. 671. C. *πεφιλοσόφηκας γῇ τε κοὐρανῷ λαλῶν, οἷς οὐδέν ἐστιν ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων.* Similiter Euripides Androm. 91 sq. *ἡμεῖς δ', οἷσπερ ἐγκείμεσϑ' ἀεὶ Θρήνοισι καὶ γόοισι καὶ δακρύμασι, Πρὸς αἰϑέρ' ἐκτενοῦμεν.* Id maximein somniis factum esse significatur Iphig. Taur. v. 43., ad quem locum vide quae adnotavi p. 25 sq. Ceterum conf. Plauti Merc. prol. 3 (13 ed. Ritschl.) sqq. *Non ego item facio, ut alios in comoediis Vidi amatores facere, qui aut Nocti aut Dii Aut Soli aut Lunae miserias narrant suas.*

V. 57 sq. *ὥσϑ' ἵμερός μ' ὑπῆλϑε κτἑ.*] Quod hic A. Meineke in Fragm. comicorum Graec. vol. IIII. p. 27. scribendum esse coniecit *μοὐπῆλϑε*, ut id esset pro *μοι ὑπῆλϑε*, nemo accepit neque id magnam probabilitatis speciem prae se fert. Nam quae vulgo in libris habetur scriptura, eam praeter libros agnoscit Scholiastes, qui adnotat: *τὸ σχῆμα σολοικοφανές, διὰ τὴν ἐναλλαγὴν τῆς πτώσεως· μολούσῃ γὰρ ἀντὶ τοῦ μολοῦσα[ν]*, et iam ante Scholiasten videtur Philemon apud Athen. VII. p. 288. D. vol. II. p. 24, 6. ed. Meineke hanc ipsam scripturam in libro suo habuisse: *ὥσ[ϑ'] ἵμερός μ' ὑπῆλϑε γῇ τε κοὐρανῷ Λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα*, qui sine dubio hunc Euripidis locum ante oculos habuit nec ita corrigendus videtur, ut olim Meinekio visum erat l. c. *μοὐπῆλϑε*, sed potius ipse quoque *σχήματι σολοικοφανεῖ* Euripidis locum irridere voluit. Nec abhorret omnino a tragicorum Graecorum sermone eius modi enallage casuum, quae videtur in absoluto casuum usu, non in vera permutatione casuum, posita esse, cuius rei exempla adlata sunt Eurip. Iphig. Aul. 487 sq. *ἄλλως τέ μ' ἔλεος τῆς ταλαιπώρου κόρης Εἰσῆλϑε συγγένειαν ἐννοουμένῳ.*, quem ad locum vide quae adnotavi p. 80., tum inverso casuum ordine, similitudine eadem, Sophoclis Ai. 979 sq. *ποῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνατόν, ὡς ποίους βροτούς, Τοῖς σοῖς ἀρήξαντ' ἐν πόνοισι μηδαμοῦ;* quem ad locum vide quae adnotavit E. Wunderus, qui comparat Sophoclis Electr. 479. *ὕπεστί μοι ϑράσος, ἁδυπνόων κλύουσαν ἀρτίως ὀνειράτων.* et Aeschyli Choëph. 408. *πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ, τόνδε κλύουσαν οἶκτον.* Adde P. Elmsl. ad Heracl. 693. et Pflugkium ad eundem locum p. 98 sq. ed. sec. Ceterum e libris bonis *Μηδείας* pro *δεσποίνης* eo magis recipiendum putavi, quod etiam Ennius id in suo libro scriptum habuisse videtur, tum quia modo v. 49. *δεσποίνης ἐμῆς* erat dictum, ut variatio orationis iucunda esse videretur.

ΤΡΟΦΟΣ.

ζηλῶ σ'· ἐν ἀρχῇ πῆμα κοὐδέπω μεσοῖ.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ὦ μῶρος, εἰ χρὴ δεσπότας εἰπεῖν τόδε·
ὡς οὐδὲν οἶδε τῶν νεωτέρων κακῶν.

ΤΡΟΦΟΣ.

τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιέ; μὴ φθόνει φράσαι.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

οὐδέν· μετέγνων καὶ τὰ πρόσθ' εἰρημένα.

ΤΡΟΦΟΣ.

μή, πρὸς γενείου, κρύπτε σύνδουλον σέθεν·
σιγὴν γάρ, εἰ χρή, τῶνδε θήσομαι πέρι.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ἤκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν,
πεσσοὺς προσελθών, ἔνθα δὴ παλαίτατοι

V. 60. *ζηλῶ σε· μακαρίζω σε, μιμοῦμαί σε* Hesychius vol. I. p. 1584. Suidas II. 1. p. 794.

V. 68. *παλαίτεροι* Scriptor Christi pat. v. 1181.

V. 60. *ζηλῶ σε: ἠθικῶς, ὡς εἰ εἶπε· μακάριος εἶ τοιαύτην διάνοιαν ἔχων.* Schol. Conf. Iphig. Aul. 675. *ζηλῶ σὲ μᾶλλον ἢ 'μὲ τοῦ μηδὲν φρονεῖν.* cum adnot. nostra p. 101 sq. Sophoclis Electr. 1027. *ζηλῶ σε τοῦ νοῦ.* Non dissimile etiam est quod attulit Pflugkius e Platonis de re publ. IIII. p. 422. E. *Εὐδαίμων εἶ, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι οἴει ἄξιον εἶναι κτέ.* et quod Elmsleius Dionysii quod legitur apud Stobaeum floril. XCVIII. 30. A. Nauck. Tragicor. Graec. fragm. p. 616. *μακαρίως ἔχεις φρενῶν.* Propter verbum *μεσοῦν* Elmsleius comparavit Aeschyli Pers. 435. (430. Herm.) *εὖ νῦν τόδ' ἴσθι, μηδέ πω μεσοῦν κακόν.*

V. 65. *πρὸς γενείου*] Vide Pflugkii adnot. ad Hecub. 286. p. 89. ed. sec.

V. 67. *οὐ δοκῶν κλύειν*] Dissimulans me audire. Conf. Hecub. 874. cum adnotatione Pflugkii p. 84. ed. sec.

V. 68. *πεσσοὺς προσελθών· ἐπεὶ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις ὠνόμαζον τοὺς τόπους. πεσσοὺς γὰρ νῦν τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν, ὡς ὄψον καὶ μύρον ἔνθα ταῦτα συνήθως ἐστίν.* Schol. Pflugkius comparavit Xenophontis Hist. Gr. III. 3, 7. *ὁ σίδηρος*, forum ferramentorum. Euripidis Iphig. Taur. 969 (941). *ψῆφον παρ' αὐτὴν ἱερὸν ὡρίσαντ' ἔχειν*, ut id esset prope Areum pagum, ubi iudicium erat. cl. Polluc. VIIII. 47. p. 370. Bekk. Adiecit Gaisfordus locum Cratini apud Suidam vol. I. p. 605., ubi *Διὸς ψῆφος* est locus, ubi iudicium factum est, conf. A. Meineke Fragm. comicor. Graec. vol. II. p. 18 sq., ubi huius quoque loci habita ratio est.

V. 68 sq. *ἔνθα δὴ παλαίτατοι θάσσουσι*] *παλαίτατοι*, non *παλαίτεροι*, ut falso plerique nunc sine librorum auctoritate scripserunt. Non aetate provectiores dicit, sed eos, qui in summa senectute eum lusum quae-

θάσσουσι, σεμνὸν ἀμφὶ Πειρήνης ὕδωρ,
ὡς τούσδε παῖδας γῆς ἐλᾶν Κορινθίας
σὺν μητρὶ μέλλοι τῆσδε κοίρανος χθονὸς
Κρέων. ὁ μέντοι μῦθος εἰ σαφὴς ὅδε,
οὐκ οἶδα· βουλοίμην δ' ἂν οὐκ εἶναι τόδε.

ΤΡΟΦΟΣ.

καὶ ταῦτ' Ἰάσων παῖδας ἐξανέξεται
πάσχοντας, εἰ καὶ μητρὶ διαφορὰν ἔχει;

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

παλαιὰ καινῶν λείπεται κηδευμάτων,
κοὐκ ἔστ' ἐκεῖνος τοῖσδε δώμασιν φίλος.

V. 69. Anonymus ap. Suidam II. 2. p. p. 780.
V. 71. μέλλοι Bcd μέλλει *B* cum ceteris.
V. 73. τόδε ('pro varia lectione' τάδε) B. τόδε ceteri τάδε Scriptor Christi pat. v. 1186.

runt, qui vires corporis non magno opere desiderat. Vide Cic. de senect. 16, 58. *Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant et tesseras.*

V. 69. σεμνὸν ἀμφὶ Πειρήνης ὕδωρ] Quod fontes et fluvii deorum sacri putabantur, ipsi sancti appellati sunt, conf. infra v. 413. et Homer. Odyss. X. 351. tum Suppl. 391. στρατὸς δὲ θάσσει κἀξετάζεται παρὼν Καλλίχορον ἀμφὶ σεμνὸν εὐτρεπὴς ὅδε. De Pirenes autem fonte conf. Pausaniam II. 3, 2. Strabonem VIII. 21. p. 379. vol. II. p. 537. ed. Meineke. De eius aquae praestantia vide Athenaeum IIII. p. 156. E. vol. I. p. 280. Meineke.

V. 70. γῆς ἐλᾶν] Infra v. 701. Κρέων μ' ἐλαύνει φυγάδα γῆς Κορινθίας. Sophoclis Philoct. 613. ἄγοιντο νήσου τῆσδε. PFLUGK.

V. 71. μέλλοι] Optativum iure in hoc loco Emsleius indicativo μέλλει antetulit ut concinniorem orationem efficientem coll. Orest. 472 sq. ἔκλυον, ὡς εἰς Ναυπλίαν Ἥκοι σὺν ἀλόχῳ πολυετὴς σεσωσμένος. 901. ἐπεῤῥόθησαν οἱ μὲν ὡς καλῶς λέγοι. Phoeniss. 1469. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις — ὡς θανόντων οὐδαμοῦ νίκη πέλοι.

V. 74 sq. ἐξανέξεται πάσχοντας] Eadem constructione Heracl. 967. καὶ ταῦτα δόξανθ' Ὕλλος ἐξηνέσχετο; Andromach. 201. ἢ τοὺς ἐμούς τις παῖδας ἐξανέξεται Φθίας τυράννους ὄντας; Adde eiusdem fab. v. 712. 934. Bacch. 790. PFLUGK.

V. 75. εἰ καὶ μητρὶ διαφορὰν ἔχει] Dicitur διαφέρεσθαί τινι (conf. Appiani bell. civ. I. 35.) et similiter διαφορὰν ἔχειν τινί. Sic μέμφεσθαι et μομφὴν ἔχειν τινί Orest. 1069. [ad quem locum vide quae adnotavi propter accusativum, qui adiungitur. R. K.] ἔριν ἔχειν Iphig. Aul. 184. χόλον ἔχειν Hecub. 1118. PFLUGK.

V. 75. παλαιὰ — κηδευμάτων] Exspectabas κηδεύματα, sed alterum magis ex Graecorum usu, alterum nostratibus solitum. V. Lobeck. ad Soph. Ai. 275. PFLUGK. Conf. Sophoclis Oed. reg. 75. ἄπεστι πλείω τοῦ καθήκοντος χρόνου. Cic. Att. XII. 39, 1. *Sed nimium ex meo otium tuum specto.*

ΤΡΟΦΟΣ.

ἀπωλόμεσθ᾽ ἄρ᾽, εἰ κακὸν προσοίσομεν
νέον παλαιῷ, πρὶν τόδ᾽ ἐξηντληκέναι.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ἀτὰρ σύ γ᾽, οὐ γὰρ καιρὸς εἰδέναι τόδε
δέσποιναν, ἡσύχαζε καὶ σίγα λόγον.

ΤΡΟΦΟΣ.

ὦ τέκν᾽, ἀκούεθ᾽ οἷος εἰς ὑμᾶς πατήρ;
ὄλοιτο μὲν μή· δεσπότης γάρ ἐστ᾽ ἐμός·
ἀτὰρ κακός γ᾽ ὢν εἰς φίλους ἁλίσκεται.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

τίς δ᾽ οὐχὶ θνητῶν; ἄρτι γιγνώσκεις τόδε,

V. 80. *τόδε* BCcd *τάδε* *B* [*C*] Scriptor Christi pat. 1241.
V. 82. *ἡμᾶς* *BC*.
V. 84. *κακὸς ὢν* BCE acd, *κακός γ᾽ ὢν* *B* [*C*] emendati.
V. 85. *γινώσκεις* (*γρ. καὶ γινώσκει* ab eadem manu) B. *γινώσκεις* CE acd *C* *γινώσκει* *B*. Scholiastes: *οὕτως ἀναγνωστέον 'τίς δ᾽ οὐχὶ θνητῶν;' καὶ στικτέον. εἶτα ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς 'ἄρτι γινώσκεις τόδε'. διὸ καὶ μετὰ τοῦ σ γραπτέον, οἷον τίς οὐκ ἔστι κακὸς εἰς φίλους, εἶτα τὸ 'ἄρτι γινώσκεις τόδε', οἷον ἄρτι ἔγνωκας ὅτι ἑαυτοὺς μᾶλλον φιλοῦσιν ἢ τοὺς πέλας. οἱ δὲ ὑποκριταὶ τοῦτο ἀγνοήσαντες τὸ τῆς ἀντιδιαστολῆς μετατιθέασιν εἰς τὸ 'τίς δ᾽ οὐχὶ θνητῶν τοῦτο γινώσκει σαφῶς;'*

V. 79. *ἐξηντληκέναι*] Eadem metaphora Latini exhaurire, exanclare labores. Vid. Davis. ad Cic. Tusc. I. 49. Euripidis Troad. 433. *δέκα γὰρ ἀντλήσας ἔτη* (i. e. decem annorum laboribus exhaustis). *Πρὸς τοῖσιν ἐνθάδ᾽ ἵξεται μόνος πάτραν.* PFLUGK. Recte Fr. Iacobsius adnotavit imaginem sumptam esse de navigio undis per tempestatem impleto novisque fluctibus succedentibus vix sustinendo. Conf. Ion. 927. *Κακῶν γὰρ ἄρτι κῦμ᾽ ὑπεξαντλῶν φρενὶ Πρύμνηθεν αἱρεῖ μ᾽ ἄλλο σῶν λόγων ὕπο.*

V. 83. *ὄλοιτο μὲν μή*] Aberraveris a Graecae orationis vi, si deprecari his verbis nutricem malum ab Iasone putes: immo dignissimum eum, qui exitio devoveatur, iudicat, sed eadem tamen dominum illum esse suum cogitans, quem impiis votis petitura erat, linguam coercet et lenioribus verbis perfidiam eius reprehendit. Vernacule: Fluch ihm — doch nein; denn mein Gebieter ist er doch. Cf. Hermann. ad Soph. Trach. 382. PFLUGK. Dicitur illud tamen in Graeca oratione paulo lenius quam imitatione Germanica a Pflugkio factum est. Est proinde quasi Latine dicas: Non precor quidem, ut pereat; dominus enim est meus; verum tamen pessimus erga amicos deprehenditur.

V. 85. *τίς δ᾽ οὐχὶ θνητῶν; ἄρτι γιγνώσκεις τόδε κτέ.*] Quis vero non mortalium? Nunc demum agnoscis hoc —? Oratio haec brevior et vehementior egregie sermonem eius modi hominum, quales fere hi paedagogi fuerunt, imitatur, recte

ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ,
οἱ μὲν δικαίως, οἱ δὲ καὶ κέρδους χάριν,
εἰ τούσδε γ' εὐνῆς οὕνεκ' οὐ στέργει πατήρ;

V. 87. **οἱ μὲν δικαίως:** *περισσὸς ὁ στίχος πρόκειται, ὁ τὴν ἐπεξεργασίαν περιέχων, καὶ ὅτι προκειμένου ἑνικοῦ τοῦ τὶς ἐπήνεγκε τὸ* **οἱ μέν.** *Καὶ ὁ πρότερος δὲ σεσημείωται ὅτι παροιμιώδης.* A. Nauckio hic et qui sequitur versus suspecti.

singulis orationis membris iam a Scholiaste (v. adn. crit.) constitutis.

Ibid. 85. **ἄρτι γιγνώσκεις τόδε**] Praesens pro praeterito. Similiter *ἄρτι μανθάνω* Alcest. 940. [ad quem locum v. quae adnotavit Pflugkius p. 121. ed. sec.] Bacch. 1297. Sequentium haec est sententia: Se quisque maximi facit, sed id ab aliis ita fit, ut nihil contra ius fasque committant; alii, dum lucrum capiant, nihil pensi habent, ut Iason, siquidem hic splendidi matrimonii condicione oblata debitum liberis amorem non praestat. PFLUGK.

V. 86. Scholiastes adnotat: *τῇ δὲ διανοίᾳ ταύτῃ καὶ ἐν* **Κρεσφόντῃ** [v. A. Nauckii Tragicor. Graec. fragm. n. 460. p. 397.]· **Ἐκεῖνο γὰρ πέπονθ' ὅπερ πάντες βροτοί· Φιλῶν μάλιστ' ἐμαυτὸν οὐκ αἰσχύνομαι.** Adde Menandri monostich. 528. in A. Meineke fragm. comic. Graec. vol. IIII. p. 355. *φιλεῖ δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.* et Terentii Andr. II. 5, 15 sq. (426 sq.) *Verum illud verbum est volgo quod dici solet, Omnes sibi malle melius esse quam alteri.* et quae ad h. l. commentatus sum in Bibl. Latin. min. vol. II. p. 95 sq.

V. 87. **κέρδους χάριν:** *αἰσχροκερδίᾳ* Schol. Recte. Nos dicimus: Aus schnöder Gewinnsucht. Nam quoniam qui nimius quaestus causa agit aliquid, facile id, quod aequum et bonum est, susque deque habet, factum est, ut Graeci nomina *δίκη* et *κέρδος* quasi contraria inter sese usurparent, cuius rei rationem explicavit ipse Euripides Heracl. V. 2 sqq. **Ὁ μὲν δίκαιος** *τοῖς πέλας πέφυκ' ἀνήρ, Ὁ δ'* *εἰς τὸ* **κέρδος** *λῆμ' ἔχων ἀνειμένον Πόλει τ' ἄχρηστος καὶ ξυναλλάσσειν βαρύς, Αὑτῷ δ' ἄριστος.* et ausus est in Hypsipyle *δίκῃ* opponere *τὸ κέρδος* apud Stobaeum floril. X. 26. *κακοῖς τὸ κέρδος τῆς δίκης ὑπέρτερον.* V. A. Nauckii Tragic. Gr. fragm. n. 758. p. 469. His quidem in locis, si quis negat per se *κέρδος* vim habere iniuriae, rectissime agit — nam *τὸ κέρδος* est nihil aliud nisi nimium quaestus studium, veluti in Soph. Antig. 217. *ἀλλ' ὑπ' ἐλπίδων Ἄνδρας τὸ κέρδος πολλάκις διώλεσεν.* —, modo ne neget ex oppositionis ratione recte colligi *κέρδος* in eiusmodi locis in malam partem dici, ut sane mirer A. Nauckium nuper hac de re dubitasse in Mémoires de l'Académie impériale des sciences de St. Pétersbourg. ser. VII. n. 12. p. 109 sq., qui hunc et qui sequitur versum ob eam rem falso pro suppositiciis habet.

V. 88. **εἰ τούσδε γ' εὐνῆς οὕνεκ' οὐ στέργει πατήρ**] In eius modi locis non propterea *οὐ* negatio post *εἰ* particulam infertur, quod *οὐ* negatio aptius cum verbo *στέργει* coniungatur, ut *οὐ στέργει* idem sit quod *μισεῖ*, quae ratio nullam rationem habet, sed propterea *οὐ* post *εἰ* ponitur, quod *εἰ* non tam de re a condicione suspensa, sed de vera causa per condicionem prolata

ΤΡΟΦΟΣ.

ἴτ', εὖ γὰρ ἔσται, δωμάτων εἴσω, τέκνα.
σὺ δ' ὡς μάλιστα τούσδ' ἐρημώσας ἔχε,
καὶ μὴ πέλαζε μητρὶ δυσθυμουμένῃ.
ἤδη γὰρ εἶδον ὄμμα νιν ταυρουμένην
τοῖσδ', ὥς τι δρασείουσαν· οὐδὲ παύσεται
χόλου, σάφ' οἶδα, πρὶν κατασκῆψαί τινα.

V. 89. ἔσω BE.
V. 90. *σύ θ' BC.*
V. 94. Elmsleius et Blomfieldius Gloss. Pers. 520. coniece-

dicitur, ut fere idem sit quod *ἐπεί, si quidem, quando quidem,* id quod C. Reisigius in Coniectaneis I. p. 113. recte vidit, quamquam falsa veris admiscuit. Sic iam Homerus dixit Iliad. XXIIII. 296 sqq. *Εἰ δέ τοι οὐ δώσει ἑὸν ἄγγελον εὐρύοπα Ζεύς, Οὐκ ἂν ἔγωγέ σ' ἔπειτα ἐποτρύνουσα κελοίμην Νῆας ἐπ' Ἀργείων ἰέναι.* Herod. VII. 9. *καὶ γὰρ δεινὸν ἂν εἴη πρῆγμα, εἰ Σάκας μὲν — ἄλλα τε ἔθνεα πολλὰ καὶ μεγάλα, ἀδικήσαντα Πέρσας οὐδέν, ἀλλὰ δύναμιν προσκτᾶσθαι βουλόμενοι καταστρεψάμενοι δούλους ἔχομεν, Ἕλληνας δὲ ὑπάρξαντας ἀδικίης, οὐ τιμωρησόμεθά.* Thucyd. I. 121. *ἢ δεινὸν ἂν εἴη, εἰ οἱ μὲν ἐκείνων ξύμμαχοι ἐπὶ δουλείᾳ τῇ αὐτῶν φέροντες οὐκ ἀποροῦσιν, ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τῷ τιμωρούμενοι τοὺς ἐχθροὺς καὶ αὐτοὶ ἅμα σώζεσθαι οὐκ ἄρα δαπανήσομεν, καὶ ἐπὶ τῷ μὴ ὑπ' αὐτῶν ἀφαιρεθέντες αὐτοῖς τούτοις κακῶς πάσχειν.* Tragicus ap. Aristot. rhet. II. 23. *εἴπερ γὰρ οὐδὲ τοῖς κακῶς δεδρακόσιν Ἀκουσίως δίκαιον εἰς ὀργὴν πεσεῖν, Οὐδ' εἴ γ' ἀναγκασθείς τις εὖ δράσει τινά, Προσῆκόν ἐστι τῶνδ' ὀφείλεσθαι χάριν.* Antiphanes ap Athen. III. p. 99. A. *εἰ δ' οὐκ ἦν ὅθεν, Πῶς ἐγένετ' ἐξ οὐκ ὄντος; οὐχ οἷόν τε γάρ.* Sophocl. Aiac. 1131. *εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών.* Iniuria igitur Elmsleius in eius modi locis offensus erat, qui ne minimam quidem dubitationem possunt habere, neque inde Nauckius suae suspitioni pondus acquiret, qui non recte etiam de verbis *εὐνῆς οὕνεκα* dubitavit. Nam apparet haec ad nuptias cum Creontis filia initas referri, conf. v. 18. *γάμοις Ἰάσων βασιλικοῖς εὐνάζεται.* Denique liberorum magis quam Medeae decere etiam nunc Iasonem curam habere non est quod doceam, conf. v. 74 sq. 77. 82 sqq.

V. 90. *τούσδ' ἐρημώσας ἔχε*] *Χωρίσας τῆς μητρὸς αὐτοὺς ἀπόκρυψον.* SCHOL.

V. 92. *ὄμμα νιν ταυρουμένην*] I. e. *ταυρηδὸν βλέπουσαν,* ductum ab atroci visu taurorum, quod genus inprimis est *θυμοειδές.* Cf. infra v. 190. Aeschyli Choëph. 275. Platon. Phaed. §. 152. p. 117. B. *ταυρηδὸν ὑποβλέψας.*, quam formulam frequentat Philostratus Vit. Apoll. I. 12. p. 14. Id. Heroic. p. 701. Olear. V. Luciani Philopatr. §. 2. PFLUGK.

V. 93. *ὥς τι δρασείουσαν*] *Δρασείουσαν: ἀντὶ δράσουσαν. Ἔστι δὲ Ἀττικόν. Καὶ Σοφοκλῆς ἐν Αἴαντι μαστιγοφόρῳ· Ὦ δέσποτ' Αἴας, τί ποτε δρασείεις φρενί;* SCHOL. Usurpat vocem etiam Aristophanes Pac. v. 61. *Ὦ Ζεῦ, τί δρασείεις ποθ' ἡμῶν τὸν λεών;* et eo differt a futuro verbi *δρᾶν,* quod inest minatio quaedam in verbo desiderativo, quasi Latine dicas: tamquam aliquid molientem.

V. 94. *πρὶν κατασκῆψαί*

ἐχθρούς γε μέντοι, μὴ φίλους, δράσειέ τι.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἰώ,
δύστανος ἐγὼ μελέα τε πόνων,
ἰώ μοί μοι, πῶς ἂν ὀλοίμαν;

ΤΡΟΦΟΣ.

τόδ' ἐκεῖνο, φίλοι παῖδες· μήτηρ
κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον.
σπεύδετε θᾶσσον δώματος εἴσω,
καὶ μὴ πελάσητ' ὄμματος ἐγγύς,
μηδὲ προσέλθητ', ἀλλὰ φυλάσσεσθ'

runt πρὶν κατασκῆψαί τινι, cl. Herodoti VII, 134. Vide infra adn. exeget.

V. 96. ἰώ] quod Aldus omisit, habent libri, confirmat etiam Scholiastes Aristoph. Pac. 1007., qui habet ὤ. Recepit primum Elmsleius, ut extra versum esset, veluti in Aeschyli Sept. adv. Theb. 876. Pers. 911. Euripidis Suppl. 1118. Iphig. Aul. 579. El. 992.

V. 97. δύστηνος B*BC* Scholiastes Aristoph. l. c.

V. 99. μηρ̄ B. μήτηρ C[E] μάτηρ *B*[*C*] ortum hoc ex falsa notae interpretatione.

V. 101. σπεύσατε *BC*.

τινα] Scholiastes ad h. l. adnotavit: κατασκῆψαι δὲ ἀντὶ τοῦ βλάψαι, ἀπὸ τοῦ κεραυνοῦ τοῦ σκηπτοῦ, οἷον κεραυνῶσαι., quibus ille verbis hoc videtur significare voluisse, alio modo κατασκῆψαί τινα dici quam κατασκῆψαί τινι, ut res aut persona, de qua agitur, magis adfici videretur. Et similitudo quaedam huius constructionis a verbo ἐπισκήπτειν peti posse videtur, quod alia quadam significatione verbi, qua iniungere alicui aliquid significat, non solum cum dativo, verum etiam cum accusativo construitur, veluti in Sophoclis Trachin. 1221. Brunck. et in Euripidis Iphig. Taur. v. 686.

V. 95. Nutrix Medeae deprecatur malum a domesticis eodem fere modo quo ancilla Andriae a domina in Terentii Andr. I. 4, 5 (232) sq. *Di, date facultatem, obsecro, Huic pariundi atque illi in aliis potius peccandi locum.*

V. 96 sqq. *Τάδε λέγει ἡ Μήδεια εἴσω οὖσα οὐδέπω ἐκκεκλημένη.* SCHOLIASTES.

V. 97. πῶς ἂν ὀλοίμαν;] Idem κῶλον est in Alcest. 864. Quod autem Witzschelius eos, qui utinam in eius modi locis πῶς ἂν vertendum esse praeceperant, veluti Pflugkius ad l. l. et Monkius ad Alcest. 864., vituperavit, esse enim quomodo, non utinam, et sic demum optationem denotari eo verbo, in eo virum optimum falli apparet. Eadem enim causa est Latinae particulae utinam quae Graecae πῶς ἄν, quam ipsam quoque e simili interrogatione natam esse constat.

V. 99. τόδ' ἐκεῖνο] De hac formula, quae pertinet ad orationem vitae cotidianae quaeque semel et alio quodam modo usurpata est a Sophocle in Electr. 1104., ab Euripide autem admodum frequentata est, conf. quae

ἄγριον ἦθος στυγεράν τε φύσιν
φρενὸς αὐθάδους.
ἴτε νῦν, χωρεῖθ' ὡς τάχος εἴσω.
δῆλον δ' ἀρχῆς ἐξαιρόμενον
νέφος οἰμωγῆς ὡς τάχ' ἀνάψει
μείζονι θυμῷ· τί ποτ' ἐργάσεται
μεγαλόσπλαγχνος, δυσκατάπαυστος
ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσιν;

ΜΗΔΕΙΑ.

αἰαῖ αἰαῖ.

V. 104. *ἄγριόν τ'* Elmsleius.

V. 106. *ἔσω* B.

V. 107. *δῆλον δ' ἀρχῆς* Ead*C*. *δῆλον δ'* (superscr. *ἐξ*) *ἀρχῆς* B. *δῆλον δ' ἐξ ἀρχῆς* Cc*B*.

V. 108. *ἀνάψει* libri praeter *C*., qui habet *ἀνάξει*, quod pro varietate lectionis etiam agnoscit Scholiastes.

V. 110. 111. habent Stobaeus floril. XX. 30. vol. I. p. 309. Meineke. Galenus V. p. 318.

V. 111. *κακοῖσι* Stobaeus l. c. *κακοῖσιν* Galenus l. c. et, ut videtur, *C*. *κακοῖς* cd. *κακοῖς ἡ τῆς μηδείας* BC*B*.

V. 112. *ἒ ἒ αἶ αἶ* B. *ἒ ἔ* C (mrg. *αἶ αἶ*) *ἒ ἒ ἒ ἔ* *E* *ἒ ἒ* abc *αἶ αἶ* *BC*.

dixi ad Orest. 804. p. 122. et quae attulit Pflugkius ad Helen. 622. p. 84. ed. sec.

V. 107. *δῆλον δ' ἀρχῆς ἐξαιρόμενον*] Porsonus, quem secutus est Blomfieldius ad Aeschyli Prom. v. 66., *ἀρχῆς ἐξαιρόμενον* dictum putabat per *ἀναστροφὴν* pro *ἐξ ἀρχῆς ἐξαιρόμενον*. Qua de opinione olim secus existimavit G. Hermannus, in censura autem editionis Witzschelianae in Nov. Annal. philol. et paedag. vol. XXXIII. p. 117. comprobavit hanc rationem et in libris olim fuisse *ἀρχῆς ἒξ αἰρόμενον* suspicatur. Id neminem puto comprobaturum esse. Credo ego potius verba *ἀρχῆς ἐξαιρόμενον* quidem aptius inter se coniungenda esse, ut significent a principio vel a primo exoriens, ut hoc paullo plenius quidem fere idem sit quod *ἀρχόμενον*, in quam sententiam recte iam Pfugkius comparavit v. 60. *ἐν ἀρχῇ πῆμα κοὐδέπω μεσοῖ*. Sententia quae hic requireretur, iam olim recte vidit Hermannus. 'Apertum vero', inquit, 'hoc dici debuisse, ex initio, quod fecisset Medea, cognosci multo eam graviora nubila concitaturam esse'. Itaque verba, quae leguntur in libris, hanc fere sententiam habere videntur: Apertum vero est Medeam a primo exorientem quasi nubem (vel tempestatem) lamentationis ilico maiore animi commotione excitaturam esse.

V. 108. *νέφος οἰμωγῆς*] Herc. fur. 1140. *στεναγμῶν νέφος*. Achill. Tat. VI. 8. p. 138, 34. *νέφος αὐτῇ κατεχύθη λύπης*. Delect. epigr. VIII. 95, 4. *γόων νέφος*, ubi v. Fr. Iacobs. — *ἀνάψει*, scil. Medea; activa verbi significatione, ut Orest. 609. *μᾶλλόν μ' ἀνάψεις ἐπὶ σὸν ἐξελθεῖν φόνον*. Aliter Matth. gr. Gr. ampl. § 496. 4. PFLUGK. In Orestis versu tamen alia scriptura ex optimorum librorum auctoritate nunc reposita est.

ἔπαθον τλήμων, ἔπαθον μεγάλων
ἄξι᾽ ὀδυρμῶν· ὦ κατάρατοι
παῖδες, ὄλοισθε στυγερᾶς ματρὸς
σὺν πατρί, καὶ πᾶς δόμος ἔῤῥοι.

ΤΡΟΦΟΣ.

ἰώ μοί μοι. ἰὼ τλήμων.
τί δέ σοι παῖδες πατρὸς ἀμπλακίας
μετέχουσι; τί τούσδ᾽ ἔχθεις; οἴμοι,
τέκνα, μή τι πάθηθ᾽ ὡς ὑπεραλγῶ.
δεινὰ τυράννων λήματα, καί πως
ὀλίγ᾽ ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες,

V. 113. τλήμων BCcd. τλάμων *B*[*C*].
V. 117. τλῆμον *BC*.
V. 122. 123. habet Eustathius in Il. p. 55, 29.

V. 113. **ἔπαθον τλήμων, ἔπαθον μεγάλων κτέ.**] De hac verbi in enuntiatione modo incohata repetitione, qua maxime commotus loquentis animus designatur, conf. Alcest. v. 252. ὁρῶ δίκωπον, ὁρῶ σκάφος. et qui huic respondet v. 259. ἄγει μ᾽, ἄγει μέ τις, οὐχ ὁρᾷς;

V. 114. **ὦ κατάρατοι παῖδες**] Apparet intus a Medea iam pueros cum paedagogo ingressos conspici. Recte Scholiastes: Ἑωρακυῖα τοὺς παῖδας εἰσιόντας ἅμα τῷ παιδαγωγῷ ἀναβοᾷ, ὦ παῖδες κτέ.

V. 116. **καὶ πᾶς δόμος ἔῤῥοι**] Vox in eius modi exsecratione usitata, ut Phoen. 628. ἐῤῥέτω πρόπας δόμος.

V. 120. Ordo: ὡς ὑπεραλγῶ μή τι πάθητε. Sequitur autem μή, quod in verbo ὑπεραλγῶ metus simul ac doloris notio comprehenditur. PFLUGK. Hoc iure Pflugkius. Nam quod G. Hermannus scribendum proposuit: οἴ μοι, τέκνα, μή τι πάθητ᾽· ὑπεραλγῶ δεινὰ τυράννων λήματα, id nullo modo potest probari. Sententia enim communis est inde a verbis: δεινὰ τυράννων λήματα, nec cohaererent sequentia: καί πως ὀλίγ᾽ ἀρχόμενοι κτέ., nisi λήματα nominativus esset.

V. 121. **δεινὰ τυράννων λήματα κτέ.**] Est fere sententia ab Homero posita in Il. I. 80 sqq. Κρείσσων γὰρ βασιλεύς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ· Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, Ἀλλά τε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ, Ἐν στήθεσσι ἑοῖσι., quem ad locum Eustathius p. 55, 29: καὶ Εὐριπίδης δὲ φανερῶς αὐτὴν (τὴν γνώμην) παραφράζει ἐν τῷ· καί πως ὀλίγ᾽ ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες, χαλεπῶς ὀργὰς μεταβάλλουσιν, ἤγουν οἱ βασιλεῖς διὰ μακρὰν ἀρχὴν λύπης δυσκατάλλακτοί εἰσιν, ὡς πολλὰ κρατοῦντες ἤτοι ὡς κρείσσονες.

V. 122. **ὀλίγ᾽ ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες**] i. e. quum raro oboediant, plerumque imperent, ut Heathius ad h. l. Clarkius ad Homeri l. c., Musgravius, alii recte interpretati haec verba sunt. Falso Portus verterat: Levi de causa initio — suscipientes iras etc., quem neque Wyttenbachius in Bibl. crit. II. 1. p. 46. nec A. Witzschelius, qui vertit: leviter irasci incipientes, debebat sequi.

χαλεπῶς ὀργὰς μεταβάλλουσιν.
τὸ γὰρ εἰθίσθαι ζῆν ἐπ' ἴσοισιν
κρεῖσσον· ἐμοὶ γοῦν, εἰ μὴ μεγάλως,
ὀχυρῶς γ' εἴη καταγηράσκειν.
τῶν γὰρ μετρίων πρῶτα μὲν εἰπεῖν
τοὔνομα νικᾷ, χρῆσθαί τε μακρῷ
λῷστα βροτοῖσιν· τὰ δ' ὑπερβάλλοντ'
οὐδένα καιρὸν δύναται θνητοῖς·
μείζους δ' ἄτας, ὅταν ὀργισθῇ
δαίμων, οἴκοις ἀπέδωκεν.

V. 125. ἐμοὶ γοῦν Musgravius, Nauckius, Kirchhoffius. ἔμοιγ' οὖν libri. Vide quae dixi ad Devar. vol. II. p. 354.
V. 126. ὀχυρῶς γ' Reiskius. ὀχυρῶς τ' libri.
V. 130. βροτοῖς B. θνητοῖς ceteri libri. θνατοῖς Musurus.

V. 124. *τὸ γὰρ εἰθίσθαι ζῆν ἐπ' ἴσοισιν κρεῖσσον*] Similis sententia, sed alio quodam modo profertur ab Agamemnone in Iphig. Aul. 16 sqq. ζηλῶ σε, γέρον, ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον βίον ἐξεπέρασ' ἀγνὼς ἀκλεής, τοὺς δ' ἐν τιμαῖς ἧσσον ζηλῶ.

V. 125. *εἰ μὴ μεγάλως*] si non magnifice, at secure etc. Cf. Troad. 839 sq. ὡς τότε μὲν μεγάλως Τροίαν ἐπύργωσας θεοῖσιν Κῆδος ἀναψάμενος.

V. 127. Apposite ad hunc locum excitavit Porsonus Herod. III. 80. πλῆθος δὲ ἄρχον πρῶτα μὲν οὔνομα πάντων κάλλιστον ἔχει, ἰσονομίην· δεύτερα δὲ τούτων, τῶν ὁ μούναρχος ποιέει οὐδέν. — Deinde εἰπεῖν νικᾷ cum infinitivo est *praestantius dictu*, βέλτιστόν ἐστιν εἰπεῖν, ut in Platonis Polit. p. 303. B. καὶ ἀκολάστων μὲν πασῶν οὐσῶν (πολιτειῶν) ἐν δημοκρατίᾳ νικᾷ ζῆν, κοσμίων δ' οὐσῶν ἥκιστα ἐν ταύτῃ βιωτέον. Denique animadvertere iussit Pflugkius tirones post πρῶτον μέν non sequi, quod exspectaveris, ἔπειτα, sed τὲ particulam, conferri iubet praeter G. Hermannum ad Viger. p. 701. n. 14. ed. tert. Chaeremonem ap. Athen. XIII. p. 562. F. ἔδει γε πρῶτον μὲν στρατευτικωτάτους Εἶναι, πονεῖν τε δυναμένους τοῖς σώμασι Μάλιστα, προσεδρεύειν τ' ἀρίστους τῷ πόθῳ. Addit Schoenius Hippol. 717. εὐκλεᾶ μὲν παισὶ προσθεῖναι βίον, αὐτή τ' ὄνασθαι. Vide ad Devarium vol. II. p. 659 sq.

V. 129 sq. *τὰ δ' ὑπερβάλλοντ' οὐδένα καιρὸν δύναται θνητοῖς*] Id est, quae modum mediocritatis excedunt nihil quod utile aut opportunum sit mortalibus efficiunt. De δύνασθαι cum accusativo constructo conf. Thucyd. VIII. 36. καὶ νῦν αὗται αἱ ἀγγελίαι τοῦτο δύνανται, οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου, ἐκ δὲ ἀνδρῶν, οἵπερ ἀεὶ τάδε κινοῦσι, ξύγκεινται. Platon. Phileb. p. 23. D. μῶν οὖν σοι καὶ πέμπτου προσδεήσει διάκρισίν τινος δυναμένου. Demosthenis or. de coron. §. 26. p. 233. τί δὲ τοῦτ' ἠδύνατο, ὦ Ἀθηναῖοι; ἐγὼ διδάξω. Vide A. Boeckh. ad Platonis Min. p. 143 sqq. Non satis recte Pflugkius οὐδένα καιρὸν adverbialiter dictum putavit, quem ego non satis caute secutus eram in hoc loco explicando ad Helen. v. 479. p. 70. ed. sec.

ΧΟΡΟΣ.

προῳδός.

ἔκλυον φωνάν, ἔκλυον δὲ βοὰν
τᾶς δυστάνου
Κολχίδος, οὐδέ πω ἤπιος· ἀλλά, γεραιά,
λέξον· ἐπ' ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω μελάθρου βοὰν
ἔκλυον οὐδὲ συνήδομαι, ὦ γύναι, ἄλγεσι δώματος,
ἐπεί μοι φίλον κέκρανται.

V. 134. *τᾶς δυστάνου B* [*C*] *τῆς δυστάνου* B. *τῆς δυστήνου* c *τᾶς δυστήνου* d.

V. 135. *οὐδέ πω ἤπιος*] Interrogationis signum Elmsleius sustulit, id quod probavit etiam Bremius ad Aeschinem in Bibl. Gr. editum p. 412. PFLUGK. *ἀλλά, γεραιά,* G. Hermannus. *ἀλλ' ὦ γεραιά* libri.

V. 136. *βοὴν* B. *γόον* Elmsleius.

V. 137. *ὦ* om. *B* [*C*].

V. 138. *ἐπεί μοι* (corr. in *μή*, sed supra scripto *μοι*) *φίλον κέ-*
μή *ν*
κρανται B. *ἐπεί μοι φίλον κέκραται* C. *ἐπεί μοι φίλον κέκρανται*

V. 133 sqq. iam in orchestram venit *χορὸς γυναικῶν πολιτίδων*, i. e. caterva matronarum Corinthiarum, quae in primo progressu suo, *ἐν παρόδῳ* quae dicitur, v. Pollucis Onom. IIII. 108. p. 167 extr. ed. Bekk., quinque gradus numeris anapaesticis procedens facit, tum numero dactylico stationem occupat, et primam quam fundit vocem versu dochmiaco cum bacchio consociato desinit.

V. 136. *ἐπ' ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω μελάθρου κτἑ.*] „Duplex fuit ianua in aedibus Graecorum —: una anterior, *ἡ αὔλειος* (v. Dorvill. ad Charit. p. 31 sq. = 217. ed. Lips.) dicta, universum aedium ambitum claudens, unde exitus in plateam. Hanc qui intraverat —, ad cubicula, cenacula, peristylia perveniebat, quae communi vocabulo *ἀνδρῶνας* seu *ἀνδρωνῖτιν* appellare licet. Dehinc altera ianua, qua in interiorem aedium partem, *γυναικωνῖτιν*, aditus pateret, *μέταυλος* dicta Atticis. V. Schneider. in Epimetro ad Xenoph. Memor. p. 279. (Adde intt. ad Moerin s. v.) Iam Medeae, in thalamo vel gynaeceo versanti, prius quam ad chorum, in area extra aedes sive in platea praestolantem, pervenire poterat, duplex superanda fuit ianua. Versatur enim in remotissima aedium parte. Hoc igitur significare voluit poëta, ingentes clamores sublatos esse a Medea, qui per duplices fores exaudiri possent.“ C. A. Boettiger in prolus. de Medea Euripidea I. p. 6. adn. Adde A. G. Becker. Charicl. I. sc. III. Exc. I.

V. 137. *οὐδὲ συνήδομαι*] Quod laetitia in malis alienis plerumque a Graecis non verbo *συνήδομαι*, sed *ἐφήδομαι* denotari solet, recte Pflugkius excitavit Pollucem III. 101. p. 130. ed. Bekk. *ἐπιχαίρειν, ἐφήδεσθαι, καταχαίρειν. Ἰσοκράτης δ' ἔφη καὶ συνηδόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς ἀντὶ τοῦ ἐφηδόμενοι.* quo ille loco respexit ad Isocr. orat. de pac. §. 87.

V. 138. *ἐπεί μοι φίλον κέκρανται*] Quoniam mihi amica effecta est vel facta est, scil. domus. De constru-

ΤΡΟΦΟΣ.

οὐκ εἰσὶ δόμοι· φροῦδα τάδ' ἤδη.
τὸν μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννων,
ἡ δ' ἐν θαλάμοις τάκει βιοτὰν
δέσποινα, φίλων οὐδενὸς οὐδὲν
παραθαλπομένα φρένα μύθοις.

ΜΗΔΕΙΑ.

αἰαῖ·
διά μου κεφαλᾶς φλὸξ οὐρανία

E a [c] d *B* *ἐπεὶ μὴ φίλα κέκραται* fortasse *C*. In scriptura antiquitus tradita, quod sententiam librarii ad rem, non ad domum referebant, mutaverunt *μοὶ* in *μή*, id quod apparet e B C. Tuetur et scripturam et explicationem propositam iam a R. Porsono, comprobatam a G. Hermanno, Scholiastes: *Ἐπεί μοι φίλον· τὸ οἴκημα, λέγει, τετέλεσται ἐμοὶ φίλον, οἷον ὑπάρχει.* Receperunt cum Dindorfiis etiam Witzschelius, Kirchhoffius, Nauckius.

V. 139. *φροῦδα τάδ' ἤδη*] Sic libri. '*φροῦδα γὰρ ἤδη τάδ'· ὁ μὲν* Porsonus coll. Schol. Aeschyl. Choëph. 320., quem tamen legisse ita nec demonstrari nec credi potest. KIRCHHOFF. Immo veri simile est Scholiasten eadem verba, quae nunc leguntur apud Euripidem, in libro suo habuisse, quae orationi suae inseruit.

V. 140. *τὸν μὲν*] Musgravius. *ὁ μὲν* libri. *δῶμα τυράννων* *BC*.

V. 143. *παραθαλπομένη* B.

V. 145. 146. Habet Hierocles in aur. carm. p. 99. V. 45. *κεφαλῆς* B cum Hierocle.

ctione verbi *κραίνειν* Schoenius comparavit Euripidis fragm. de Alex. n. 53. p. 300. ed. Nauck. *νόμῳ δὲ γαῦρον αὐτὸ κραίνει χρόνος.* Non languet haec oratio, sed chorus aut quae chorum ducit aptissime hac voce rationem reddit, quamobrem iure ipsa quoque dolorem accipiat. Dein recte respondit nutrix: *οὐκ εἰσὶ δόμοι· φροῦδα τάδ' ἤδη.*

V. 139. Scholiastes adnotat: *Οὐκ εἰσὶ δόμοι· ἀντὶ τοῦ ἀνατέτραπται ὁ οἶκος καὶ ἠφάνισται. ἀπὸ δὲ ἀρσενικοῦ εἰς οὐδέτερον μετέστη. φροῦδα γὰρ τάδε τὰ οἰκήματα λέγει.* Id non recte fecit neque ille neque ii, qui eum secuti sunt interpretes. Hoc enim dicit nutrix: Non est domus: eius modi res nobis iam nullae sunt, ut et domus esse negetur et omnia ea, quae aliquam eius rei similitudinem habeant, quasi quis Germanice dicat: an solche Dinge ist nicht mehr zu denken. Cf. Herc. fur. 480.

V. 140. *τὸν μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα*] Hunc quasi obstrictum atque devinctum tenet et delectat cubile regium, cf. v. 18. et infra v. 592. *οὐ τοῦτό σ' εἶχεν, ἀλλὰ βάρβαρον λέχος — οὐκ εὔδοξον ἐξέβαινέ σοι.* Musgravius adsimulavit Vergilii Ecl. I. 30. *Postquam nos Amaryllis habet.*

V. 142. *φίλων οὐδενὸς οὐδὲν — μύθοις*] Animadvertant tirones verborum collocationem factam a poëta, ut negationem negatio sequeretur. Constructio haec est: *οὐδὲν παραθαλπομένα φρένα μύθοις οὐδενὸς φίλων.* Alio quodam modo traiecit Horatius negationem epist. I. 1, 14. *Nullius addictus*

βαίη· τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος;
φεῦ φεῦ· θανάτῳ καταλυσαίμαν
  βιοτὰν στυγερὰν προλιποῦσα.


ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

ἄιες, ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς,

V. 149. Stropharum initium faciunt bini dimetri anapaestici cum singulis monometris: sequuntur terni Glyconei, sed ii tales, ut pro basi anacrusin praefixam habeant ex una longa syllaba, in fine autem adiectam thesin monosyllabam; tum Pherecrateus, pro basi item anacrusin habens (cf. infra vv. 432—435.); octavus versus est ex monometro trochaico hypercatalecto; tum Glyconeus, et basi carens et anacrusi; decimus Glyconeus eiusdem generis atque illi superiores; itemque undecimus, nisi quod in fine adiectus est Creticus; postremus constat ex integro Glyconeo et iambo. Epodus in fine Pherecrateum habet; ceterum versus eius modi, quos frequenter cum Glyconeis consociari videas." Pflugkius, qui tironum causa hanc formam et stropharum et epodi discripsit:

στρ.



iurare in verba magistri, i. e. non addictus iurare in verba ullius magistri.


V. 146. τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος;] Vide infra ad v. 793.

V. 147. καταλυσαίμαν] Pflugkius comparavit Suppl. 1003. ἐς Ἅιδαν καταλύσουσ' ἔμμοχθον βίοτον αἰῶνός τε πόνους., Elmsleius Euripidis fragm. inc. CX. [n. 984. p. 529. Nauck.] εἰ δὲ θανεῖν θέμις, ὧδε θανεῖν καλόν, εἰς ἀρετὰν καταλυσαμένους βίον. recteque adnotavit tironum causa βιοτάν tam a καταλυσαίμαν quam a προλιποῦσα regi. conf. quae dixi supra ad v. 46. et v. 52. Idem Pflugkius videtur sensisse, sed tamen, incuria, opinor, comma post καταλυσαίμαν retinuerat, quod auctore Elmsleio etiam A. Matthiae tolli iusserat.

V. 149. ἄιες] Ἄιες· ἐπύθου Hesychius. Id utrum ad hunc locum an ad Hippol. 362. pertineat incertum est. Ceterum Didymus, cuius verba adfert Scholiastes, haec ita a choro dici voluit, ut non ad ipsa numina, quorum nomina deinceps appellantur, haec vox ἄιες converteretur, sed pertineret ad singulas chori personas, veluti in Hippol. l. c. dicitur ἄιες ὦ. ἔκλυες ὦ ἀνήκουστα τᾶς τυράννου πάθεα μέλεα θρεομένας; Atque ego existimo iure hoc ab illo propositum esse, eademque ratio est etiam in Orest.

ἰαχάν, οἵαν ἁ δύστανος
μέλπει νύμφα;
τίς σοί ποτε τᾶς ἀπλήστου
κοίτας ἔρος, ὦ ματαία,
σπεύσει θανάτου τελευτάν;
μηδὲν τόδε λίσσου.

ἐπῳδ.



V. 150. ἀχάν Nauckius, ἰαχάν libri.
V. 152. τί σοι (gl. διὰ τί et a m. 2. γρ. τίς σοι) B. τί σοι CE*B* τίς σοι [cd*C*] Schol. ἀπλήστου Cd*B C* ἀπλάστου BEc.
V. 153. ἔρως libri, nisi quod in [cd] *C*. ἔρος videtur haberi.
V. 154. σπεύσει (δ) B. H. Weil nuper in Nov. ann. philol. et paed. vol. XCV. p. 376 sq. hos versus aliter scribi voluit, qua de re conf. praef.

1494 sqq. ἁ δ' ἐκ θαλάμων ἐγένετο διαπρὸ δωμάτων ἄφαντος, ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς καὶ νύξ, ἤτοι φαρμάκοισιν ἢ μάγων τέχναισιν, ἢ θεῶν κλοπαῖς. et Hippol. 596 sq. ὦ γαῖα μῆτερ ἡλίου τ' ἀναπτυχαί, Οἵων λόγων ἄρρητον εἰσήκουσ' ὄπα. adde huius fab. v. 759. Etenim quos contra hanc rationem excitavit locos Schoenius, infra v. 161 sq. et Bacch. v. 370., in iis non, ut hic ἄιες, praeteritum, sed praesens habetur omninoque alia etiam in illis locis subiecta sententia est.

V. 151. νύμφα] De muliere viro legitimo iuncta matrimonio. Vid. Huschk. Anal. litter. p. 295. FR. IACOBS.

V. 152. τίς σοί ποτε] Τὸ μέγεθος θαυμάζει τοῦ ἔρωτος. Τίς ἄρα, φησίν, οὗτος ὁ ἔρως, ὁ τῆς ἀκορέστου ταύτης κοίτης, ὃς σπεύσει θάνατον ἐπιπέμψαι. Ἄπληστον δὲ λέγει τὴν κοίτην, ἐπεί, δέον καταφρονητικῶς φέρειν καὶ μισεῖν τὸν Ἰάσονα, ἑτέρᾳ συνελθόντα, ἡ δὲ καὶ οὕτως κνίζεται, ὅτι μὴ σύνεστιν αὐτῷ. Τὸ δὲ σπεύσει θανάτου τελευτάν ἀντὶ τοῦ ἐπείξει καὶ ἐμβαλεῖ σοι θάνατον. SCHOLIASTES. Sic in Hippol. 371. Τίς σε παναμέριος ὅδε χρόνος μένει; Recte autem Schoenius ἄπληστον κοίτην lectum vacuum interpretatus est, quem ad modum infra diceretur τᾶς ἀνάνδρου κοίτας, et apposite attulit Sophoclis Oed. Colon. v. 527. ἦ μητρόθεν — δυσώνυμα λέκτρ' ἐπλήσω; ad quem locum vide quae adnotavit E. Wunderus p. 94 sq. ed. sec.

V. 153. De forma ἔρος, quam Aeolicam dixit Eustathius ad Il. p. 136, 14., conferatur Sophoclis Electr. 197. Δόλος ἦν ὁ φράσας, ἔρος ὁ κτείνας, tum Valcken. ad Eurip. Hippol. 449. et interpp. Hesychii s. v. ἔρος, Mathiae gr. Gr. ampl. §. 89. p. 192.

V. 155. μηδὲν τόδε λίσσου] Cf. Androm. 88. οὐ δῆτα. μηδὲν τοῦτ' ὀνειδίσῃς ἐμοί.

εἰ δὲ σὸς πόσις
καινὰ λέχη σεβίζει,
κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου·
Ζεύς σοι τάδε συνδικήσει. μὴ λίαν
τάκου δυρομένα σὸν εὐνήταν.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὦ μεγάλα Θέμι καὶ πότνι' Ἄρτεμι,
λεύσσεθ' ἃ πάσχω, μεγάλοις ὅρκοις
ἐνδησαμένα τὸν κατάρατον
πόσιν; ὅν ποτ' ἐγὼ νύμφαν τ' ἐσίδοιμ'
αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους,

V. 158. Eustathius in Il. p. 633, 43.

V. 159. τόδε BE. In ceteris τάδε esse videtur. συνδικήσει BCEd*B*. συνδικάσει c*C*.

V. 160. δυρομένα Brunckius ὀδυρομένα libri. εὐνήταν Brunckius, id quod G. Hermannus et Nauckius probaverunt. εὐνέταν libri.

V. 163. ἐνδησαμένη *BC*.

V. 158. κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου] Schol.: κείνῳ τόδε· τουτέστιν ἐκείνῳ τόδε τὸ ἁμάρτημα μὴ λογίζου καὶ δι' ἐλπίδος ἔχε τοὺς θεοὺς ἀπαιτήσειν αὐτὸν τιμωρίαν. τόδε μὴ χαράσσου est id illi ne susceneas. Cf. de vi ac potestate verbi χαράσσεσθαι Herod. VII. 1. καὶ πρὶν μεγάλως κεχαραγμένον τοῖσι Ἀθηναίοισι. et Hesych.: κεχαραγμένος, ὠργισμένος.

V. 159. Ζεύς σοι τάδε συνδικήσει] Iovem horum vindicem causaeque tuae adiutorem habebis. Musgravius commode laudavit *Aeschyli* Eum. 581. καὶ μαρτυρήσων ἦλθον — καὶ συνδικήσων αὐτός. PFLUGK.

V. 160. σὸν εὐνήταν] Hanc verbi formam non solum Hesychius confirmat, verum etiam nomen femininum εὐνήτρια Sophocl. Trachin. 918.

V. 162. λεύσσεθ' ἃ πάσχω] Cf. Soph. Antig. 940. λεύσσετε, Θήβης οἱ κοιρανίδαι — οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω τὴν εὐσεβίην σεβίσασα.

V. 164. ὅν ποτ' ἐγὼ — ἐσίδοιμ'] Berglerus ad Aristoph. Acharn. 1155. „Qui malum alicui precantur maximam delectationem se percepturos putant, si id suis oculis videant evenire, itaque cupiunt esse αὐτόπται.“ Adfert deinde praeter hunc ipsum locum Sophoclis Trach. 1039. ἂν ὧδ' ἐπίδοιμι πεσοῦσαν αὔτως, ὧδ' αὔτως, ὥς μ' ἀπώλεσεν. Aeschyli Choëph. 267. οὓς ἴδοιμ' ἐγώ ποτε θανόντας ἐν κηκῖδι πισσήρει φλογός. Sophoclis Philoct. 1115. ἴδοιμί γέ νιν, τὸν τάδε μησάμενον, τὸν ἴσον χρόνον ἐμὰς λαχόντ' ἀνίας.

V. 165. αὐτοῖς μελάθροις] Hanc locutionem cum Elmsleius ad h. l., tum A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 400 f. illustravit. — διακναιομένους, misere vexatos et pessumdatos, Aesch. Prom. 93. δέρχθηθ' οἵαις αἰκίαισιν διακναιόμενος τὸν μυριετῆ χρόνον ἀθλεύσω. PFLUGK.

οἵ γ' ἐμὲ πρόσθεν τολμῶσ' ἀδικεῖν.
ὦ πάτερ, ὦ πόλις, ὧν ἀπενάσθην
αἰσχρῶς τὸν ἐμὸν κτείνασα κάσιν.

ΤΡΟΦΟΣ.

κλύεθ' οἷα λέγει κἀπιβοᾶται
Θέμιν εὐκταίαν Ζῆνά θ', ὃς ὅρκων
θνητοῖς ταμίας νενόμισται;
κοὐκ ἔστιν ὅπως ἔν τινι μικρῷ

V. 168. A. Witzschelius post hunc versum desiderat versum paroemiacum, Kirchhoffius vocabulum quattuor syllabarum hinc excidisse coniicit.
V. 171. *θνατοῖς B* [*C*].
V. 172. *κοὐκ ἔστιν* BC. *οὐκ ἔστιν* ceteri libri, ut videtur.

V. 166. *πρόσθεν*] Hermannus comparavit Iliad. III. 229. *ὁππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν*. Huc addas ex eadem rhapsodia v. 351. *Ζεῦ ἄνα, δὸς τίσασθαι ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργεν*. adnotavitque Pflugkius ex eodem fonte fluxisse formulam *ὑπάρξαι ἀδικίας*, de qua vid. Valckenar. ad Phoen. 1576.

V. 167. *ὦ πάτερ, ὦ πόλις*] Similem fuisse locum in ea fabula, unde Ennius Andromacham suam expressit, demonstrat ille poëta Latinus apud Cic. Disp. Tusc. III. 19, 44. *O pater, o patria, o Priami domus* etc.

V. 169. *κλύεθ' οἷα λέγει*] Hanc Euripidis vocem, fortasse ab illo saepius usurpatam, qua de re conf. Elmsleium ad h. l. et A. Nauck. in Tragic. Graec. fragm. p. 462., derisit Aristophanes versu et in Equit. 809. et in Pluto 601. posito: *ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει.*, ad quos locos vide, quae Scholiastae adnotaverunt. Ad verba *κἀπιβοᾶται* comparavit Pflugkius Homeri Iliad. I. 378. *ἐγὼ δὲ θεοὺς* [illegible] *αἰὲν ἐόντας, Αἴ κέ* [illegible] *δῷσι παλίντιτα ἔργα* [illegible]

[illegible] *Θέμιν εὐκταίαν* [illegible] appellatione [illegible] *ἐπεὶ* [illegible]. Nam [illegible] recte dici *εὐκταῖα*, vix est quod commemorem, conf. Orest. 213 sq. *ὡς εἶ σοφὴ καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν εὐκταία θεός*. Attulit Musgravius in hanc rem Aeschyli Sept. adv. Theb. 724. *πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινύν*, de quo loco conf. Blomfield. in Gloss. Quod autem olim negaverunt recte dici hoc loco Iovem esse appellatum a Medea, quae v. 161. *Θέμιν* appellavisset solam et *Ἄρτεμιν*, recte adnotavit Pflugkius: 'Est h. l. Themis testis olim invocata promissorum Iasonis suique numinis neglecti crimen ultura. Vide v. 210 sq. Ea cum Iovis obtestatione coniungitur, utpote *Διὸς πάρεδρος* Pindar. Olymp. VIII. 21. Cf. Soph. Oed. Col. 1382. *ἡ παλαίφατος Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις*. Huius fabulae v. 759. *ὦ Ζεῦ Δίκη τε Ζηνός*.'

V. 170 sq. *ὃς ὅρκων — ταμίας νενόμισται*] *ὅρκων ταμίας*, qui uno vocabulo *ὅρκιος* dicitur Hippol. 1025. Dictio ab Homero sumpta, Iliad. IIII. 84. XVIIII. 224. *Ζεύς, ὅστ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται.* Soph. Antig. 1154. *τὸν ταμίαν Ἴακχον.*, ubi vide Musgravium: adde Tafel. Dilucidd. Pind. Vol. I. P. I. p. 186. PFLUGK.

V. 172. *ἔν τινι μικρῷ*: *λείπει τὸ κακῷ, ἔν τινι μικρῷ κακῷ, ἀλλὰ δηλονότι μέγα κα-*

δέσποινα χόλον καταπαύσει.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφή.

πῶς ἂν ἐς ὄψιν τὰν ἀμετέραν
ἔλθοι μύθων τ' αὐδαθέντων
δέξαιτ' ὀμφάν,
εἴ πως βαρύθυμον ὀργὰν
καὶ λῆμα φρενῶν μεθείη.
μήτοι τό γ' ἐμὸν πρόθυμον
φίλοισιν ἀπέστω.
ἀλλὰ βᾶσά νιν
δεῦρο πόρευσον οἴκων
ἔξω, φίλα καὶ τάδ' αὔδα·
σπεῦσον, πρίν τι κακῶσαι τοὺς εἴσω·
πένθος γὰρ μεγάλως τόδ' ὁρμᾶται.

V. 177. εἴ πως (γρ. καὶ ἤ πως a pr. m. γρ. ὅπως a diversa) B.

V. 179 sq. nutricis sunt in libris excepto E. Correxit Tyrwhittus.

V. 179. μήτοι B[c] μήτι C μή μοι Ed*B*. μήτοι (μοι supra scr. a m. sec.) *C*.

V. 184. σπεῦσον B*B*[*C*] σπεῦσαι CEcd, quae varietas Kirchhoffio ex archetypi scriptura σπεῦσαι (ον supra scr.) orta esse videtur. εἴσω libri, ἔσω Brunckius. Versus inter se non respondent satis.

ταραξαμένη κακὸν παύσεται τῆς ὀργῆς. SCHOLIASTES. Cf. supra v. 57 sqq. v. 94.

V. 177. βαρύθυμον ὀργάν] Implacabilis ira Medeae exquisite βαρύθυμος dicitur. Plutarch. de educ. puer. p. 51. Hutt. μᾶλλον γὰρ ὀξύθυμον εἶναι δεῖ τὸν πατέρα ἢ βαρύθυμον. Aiax. Telamonis filius, cuius tam funesta ira fuit, βαρυμάνιος vocatur apud Theocrit. XV. 138. Cf. Baehr. in Creuzeri Melet. III. p. 43. PFLUGK. Vide quae supra dixi ad v. 38.

V. 179. τό γ' ἐμὸν πρόθυμον] Id est, ἥ γ' ἐμὴ προθυμία [cf. Iphig. Taur. 361. et 994], ut Iphig Aul. 1270. τὸ κείνου βουλόμενον. Thucyd. I. 90. τὸ βουλόμενον καὶ τὸ ὕποπτον τῆς γνώμης οὐ δηλοῦντες. VI. 24. οἱ δὲ τὸ μὲν ἐπιθυμοῦν τοῦ πλοῦ οὐκ ἐξῃρέθησαν. Cf. Matthiae gr. Gr. ampl. § 269. PFLUGK.

V. 183. φίλα καὶ τάδ' αὔδα] Haec verba propterea videntur adiici a choro, ut nutrix persuadeat Medeae etiam eo loco, quo iam rogatur ut veniat, esse ei benevolentiam paratam, ut fere sit: ea etiam, quae hic, id est, in nostris personis, posita sunt, ei fore non inimica nuntia. Sic τάδε idem est quod τὰ ἡμέτερα, τὰ πρὸς ἡμῶν, et alia id genus. Paulo pinguius G. Hermannus interpretatus erat: nos quoque favere Medeae narra, quamquam sententiam ipsam recte intellexerat.

V. 185. πένθος γὰρ μεγάλως τόδ' ὁρμᾶται] Recte dixit Schoenius in pronomine

ΤΡΟΦΟΣ.

δράσω τάδ'· ἀτὰρ φόβος, εἰ πείσω
δέσποιναν ἐμήν·
μόχθου δὲ χάριν τήνδ' ἐπιδώσω.
καίτοι τοκάδος δέργμα λεαίνης
ἀποταυροῦται δμωσίν, ὅταν τις
μῦθον προφέρων πέλας ὁρμηθῇ.
σκαιοὺς δὲ λέγων κοὐδέν τι σοφοὺς
τοὺς πρόσθε βροτοὺς οὐκ ἂν ἁμάρτοις,
οἵτινες ὕμνους ἐπὶ μὲν θαλίαις
ἐπί τ' εἰλαπίναις καὶ παρὰ δείπνοις
εὕροντο, βίου τερπνὰς ἀκοάς·
στυγίους δὲ βροτῶν οὐδεὶς λύπας
εὕρετο μούσῃ καὶ πολυχόρδοις
ᾠδαῖς παύειν, ἐξ ὧν θάνατοι

V. 187. ἐμήν BCcd*B* ἐμάν [*C*].
V. 191. ὁρμηθῇ] Klotz. ὁρμαθῇ libri.

τόδε demonstrationem inesse loci, ubi res fieri videretur, conf. quae de eius modi locis dixi ad Orest. v. 34. p. 34 sq.

V. 186. *ἀτὰρ φόβος, εἰ πείσω*] Id est *μὴ οὐ πείσω*. Heracl. 791. *φόβος γάρ, εἴ μοι ζῶσιν οὓς ἐγὼ θέλω.* Contra *εἰ* pro *μή* positum in Androm. 60. *καὶ νῦν φέρουσά σοι νέους ἥκω λόγους, Φόβῳ μέν, εἴ τις δεσποτῶν αἰσθήσεται.* Quibuscum conferas Taciti Ann. I. 11. *At patres, quibus unus metus, si intellegere viderentur, in questus, lacrimas, vota effundi.* Rationem huius usus si requiris, in voc. *φόβος* inest notio dubitandi. Ac quum is, qui dubitat, sitne aliquid necne, etsi cogitatione plerumque in alteram utram partem inclinet, id tamen non indicet, fit, ut ex cuiusque loci condicione intellegendum sit, utrum *εἰ* valeat *μὴ οὐ* an *μή*. PFLUGK. Conf. infra v. 918. *εἰσῆλθέ μ' οἶκτος, εἰ γενήσεται τάδε.*

V. 188. *μόχθου δὲ χάριν τήνδ' ἐπιδώσω*] Hoc dicit nutrix: Suscipiam hanc praeter ceteras, quae mihi ferendae sunt molestiae a domina mea, ut tibi gratum faciam. Rectius Matthiae quam ceteri interpretes haec verba explicavit.

V. 189. Comparat A. Matthiae Callimachi hymn. in Cerer. 51. *Τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον, ἠὲ κυναγὸν Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα Ὠμοτόκος, τᾶς φαντὶ πέλειν βλοσυρώτατον ὄμμα κτέ.*

V. 190. *ἀποταυροῦται*] Vide ad v. 92.

V. 192 sqq. Plutarchus varium diversis locis iudicium de hac sententia fecit. Nam in Praec. coni. p. 193. C. laudavit Euripidem, in Sympos. VII. 7. p. 710. E. cum eo dissensit de hoc carmine. Quaeri autem illud potest rectene hoc loco sit interpositum, praesertim cum nutrix rogata esset, ut celeriter quod mandatum erat exsequeretur.

V. 199. *θάνατοι*] exitus violenti, de quo observavit Seidlerus ad Electr. 479. PFLUGK.

δειναί τε τύχαι σφάλλουσι δόμους.
καίτοι τάδε μὲν κέρδος ἀκεῖσθαι
μολπαῖσι βροτούς· ἵνα δ' εὔδειπνοι
δαῖτες, τί μάτην τείνουσι βοήν;
τὸ παρὸν γὰρ ἔχει τέρψιν ἀφ' αὑτοῦ
δαιτὸς πλήρωμα βροτοῖσιν.

ΧΟΡΟΣ.

ἐπῳδός.

ἰαχὰν ἄϊον πολύστονον γόων,
λιγυρὰ δ' ἄχεα μογερὰ βοᾷ
τὸν ἐν λέχει προδόταν κακόνυμφον·
θεοκλυτεῖ δ' ἄδικα παθοῦσα
τὰν Ζηνὸς ὁρκίαν Θέμιν,
ἅ νιν ἔβασεν
Ἑλλάδ' ἐς ἀντίπορον
δι' ἅλα νύχιον ἐφ' ἁλμυρὰν
πόντου κλῇδ' ἀπέραντον.

V. 202. *μολπῆσι βροτοῖς* (corr. in *ούς* ab ead. m.) B. *βροτούς* ceteri.
V. 203. *βοήν* B. *βοάν* ceteri.
V. 206. *πολυστόνων ἄιον ἰαχὰν* (*ἀχὰν* Duebneri cod. A. et B a pr. m.) *γόων* Scriptor Chr. pat. v. 809.
V. 207. *μογερά* (gl. *κακῇ*) B. *μογερᾷ* C*B* *μογερά* fortasse ceteri.
V. 208. *λέχαισι* *B*.
V. 209. *θεοκλυτεῖ δέ τ' ἄδικα* B*B*. *θεοκλυτεῖ δ' ἄδικα* videtur esse in ceteris omnibus.
V. 212. *εἰς* B*B*.

Sic dicuntur clarae mortes pro patria oppetitae Ciceroni *Disp.* Tusc. I. 48, 116. et paulo post optabiles mortes cum gloria ibid. c. 49.

V. 206 sqq. Constructionis rationem explicavit G. Hermannus ap. Seidler. ad Troad. 123. cf. ibid. 351 (335). *βοάσατ' εὖ τὸν Ὑμέναιον ὢ μακαρίαις ἀοιδαῖς ἰαχαῖς τε νύμφαν.* PFLUGK. Adde Sophoclis Trach. 49. *Δέσποινα Δηϊάνειρα, πολλὰ μέν σ' ἐγὼ Κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα Τὴν Ἡρακλείαν ἔξοδον γοωμένην.* Est illic accusativus rei in lamentatione alicuius personae effectae. Conf. Fr. Trawinski de usu accusativi ex phrasibus apti apud tragicos Graecos (Berol. 1865.) p. 9.

V. 211 sqq. *ἅ νιν ἔβασεν*] Scil. Iasonis iureiurando fidentem. — *δι' ἅλα νύχιον*, propter nocturnam fugam. Denique *πόντου κλῇδα* intellege, ut scholiastes interpretatur, *τὸ στενὸν* Ponti Euxini, *παρὰ τὸ ὥσπερ κλεῖδα εἶναι τοῦ προκειμένου Πόντου*, et in voc. *ἀπέραντον*, ut videtur Elmsleio, poëta Homericum *Ἑλλήσποντον ἀπείρονα* respexit. PFLUGK.

ΜΗΔΕΙΑ.

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
μή μοί τι μέμφησθ᾽· οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,

V. 215. Habet Plutarch. Timol. 32.

V. 216. μέμφοισθ᾽ B μέμφησθ᾽ CEacd μέμψοισθ᾽ *B.* μέμψησθ᾽ *C.* Laudant Photius p. 437. Suidas II. 2. p. 712.

V. 217. ὀμμάτων τ᾽ (e corr. eiusdem man.) B. ὀμμάτων τ᾽ E.

V. 215. *Κορίνθιαι γυναῖκες κτέ.*] Vertit haec liberius Ennius, ut e Ciceronis epist. VII. 6, 1. colligi potest, ubi haec leguntur: *Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medeae, quae Corinthum arcem altam habebant, matronae opulentae, optumates, quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illae verterent, quod abesset a patria. Nam multi suam rem bene gessere et publicam patria procul: multi etiam, qui domi aetatem agerent, propterea sunt improbati.* unaque illud recte hinc colligi potest, Ennium ad patriam rettulisse, quod Euripides de aedibus dixerat, qua de re vide Mureti Var. lect. VIII. 17. O. Ribbeck Tragicor. Lat. reliqu. p. 249.

V. 215 sqq. Medea dicit se prodisse ex aedibus, ne in reprehensionem incurreret, quia cognovisset facile homines invidiam multitudinis subire. Alios enim, sive procul ab oculis hominum aetatem egissent sive sese dedissent populo ac multitudini cognoscendos, severos nimium, i. e. fastidiosos atque austeros, habitos esse: alios vero, qui ipsi quoque reprehensionis ansas non dedissent et nihil nisi quiete egissent, ignominiam invenisse ac levitatis crimen. Non enim iudicare populum, sed odio duci, antequam cognitos animos hominum haberet. Hanc sententiam in his verbis inesse recte iam Scholiastae viderunt, quamquam interpretes in singulis verbis interpretandis in alia omnia abierunt. De his iam singula videamus.

V. 217. *σεμνοὺς γεγῶτας*] id est, tristes atque austeros esse habitos, qua de significatione iam dixit Photius p. 506, 15. (p. 437. ed. Lips.) Σεμνὸν — ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑπερηφάνου τιθέασιν, Εὐριπίδης Μηδείᾳ· οἶδα — γεγῶτας. καὶ ἐν Ἱππολύτῳ (93): *Μισεῖν τὸ σεμνὸν καὶ τὸ μὴ πᾶσιν φίλον.* cl. Suida II. 2. p. 712., qui similia habet. Eodem fere modo etiam Schol. ad h. l. explicant.

V. 217 sq. *τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο, τοὺς δ᾽ ἐν θυραίοις*] De his recte sensit Scholiastes, qui dicit: πολλοὶ γὰρ ἀνθρώπων διὰ τὸ κεχωρίσθαι καὶ μὴ ὁμιλεῖν τισὶν ἀλαζόνες καὶ ὑπερήφανοι ἔδοξαν εἶναι· οἱ δὲ ἐκ τῶν ἐναντίων συνεχῶς φαινόμενοι καὶ ἐπιπολάζοντες ὀχληροὶ καὶ ἐπαχθεῖς ἔδοξαν εἶναι. Ita igitur οἱ ἀπ᾽ ὀμμάτων opponuntur τοῖς ἐν θυραίοις, ut alteri sint, qui procul ab hominum conspectu suas res agant, alteri autem, qui foras spectent atque multitudini se committant, uti κατ᾽ οἶκον et θυραῖος inter se opponuntur in Sophoclis Trach. 541. et ἔναυλος atque θυραῖος in Philoct. 150. vide Fr. Ellendt Lexic. Soph. vol. I. p. 820., et τὰ ἔνδον opponuntur τοῖς θύραζε in Euripidis Orest. 604. Atque de hac quidem ratione vix credas quemquam dubitare posse. Tamen aliam ineundam putavit rationem horum verborum interpretandorum

τοὺς δ' ἐν θυραίοις· οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς
δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν.
δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν,
ὅστις πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς
στυγεῖ δεδορκώς, οὐδὲν ἠδικημένος.
χρὴ δὲ ξένον μὲν κάρτα προσχωρεῖν πόλει·

V. 220. 21. habet Eustathius in Il. vol. I. p. 415, 12.
V. 221. *ἐκμαθεῖν* libri excepto *C*, qui *ἐκμάθοι*. Eustathius *ἐκμάθῃ*.
V. 222. 23. Eustathius in Il. p. 55, 29.
V. 223. habet Scholiastes Soph. Oed. Col. 171. v. 223—25. Stobaeus floril. XLV. 10. vol. II. p. 216.

A. Seidlerus, qui vertit haec verba ita: Novi multos homines austeros, alios, quos ipse oculis meis vidi, alios, de quibus audivi, cl. Aeschyli Agam. 997. *Πεύθομαι ἀπ' ὀμμάτων νόστον αὐτόμαρτυς ὤν.* et Sophoclis Oed. Colon. 14. *πύργοι μέν, οἳ πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρόσω.*, quos locos ab hoc loco Euripidis prorsus alienos esse facile intellegitur, ut hanc rationem commendatam olim a G. Hermanno, comprobatam a Pflugkio non operae pretium sit pluribus refellere.

V. 218. *οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς*] *οἷον ἡσύχιον βίον ἐπανῃρημένοι — μηδὲν δὲ πράττοντες, ἀλλ' ἡσυχίαν ἄγοντες.* SCHOL.

V. 219. *ῥᾳθυμίαν κτήσασθαι* est *αἰτίαν ἔχειν ῥᾳθυμίας*. Ex locis ab Elmsleio comparatis maxime huc pertinet Soph. Antig. 924. *τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.* Sic etiam Eurip. Iphig. Taur. 676. *καὶ δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι.* Helen. 272. *ὅστις τὰ μὴ προσόντα κέκτηται κακά.* PFLUGK.

V. 220. *ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς*] De repetita praepositione Pflugkius de Graecis contulit Bacch. 269. *ἐν τοῖς λόγοισι δ' οὐκ ἔνεισί σοι φρένες.* Isocrat. c. Soph. §. 10. *κακῶς εἰδότες, ὅτι μεγάλας ποιοῦσι τὰς τέχνας οὐχ οἱ τολμῶντες ἀλαζονεύεσθαι περὶ αὐτῶν, ἀλλ' οἵτινες ἄν, ὅσον ἔνεστιν ἐν ἑκάστῃ, τοῦτ' ἐξευρεῖν δυνηθῶσιν.* Fr. Jacobs de Latinis Terent. Eun. I. 1, 14. *In amore haec omnia insunt vitia.* Nep. Alc. 1, 4. *admirabantur inesse in uno homine tantam dissimilitudinem.*, ubi vid. Bardili. De re ipsa poterit conferri Cicero Planc. 4, 9. *Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia* etc.

V. 221. *ὅστις*, ut saepe, ad pluralem *βροτῶν* refertur. Homer. Il. XIX. 260. *ἀνθρώπους τίνυνται, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.* Cf. Pindar. Ol. III. 9. Eurip. Androm. 180. Hec. 356 sq. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 593. PFLUGK.

V. 223. Eadem sententia apud Sophocl. Oed. Col. 171. *Ὦ πάτερ, ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν Εἴκοντας ἃ δεῖ κἀκούοντας.* Cf. Eurip. Suppl. 892 sqq. PFLUGK. Adde Cic. de off. I. 34, 125. *Peregrini atque incolae officium est nihil praeter suum negotium agere, nihil de alieno anquirere minimeque esse in aliena re publ. curiosum.* Quod autem Elmsleius dixit pro *προσχωρεῖν* usitatius fuisse *συγχωρεῖν*, cl. Eurip. El. 1052. *γυναῖκα γὰρ χρῆν πάντα συγχωρεῖν πόσει, Ἥτις φρενήρης.*, in

οὐδ' ἀστὸν ἤνεσ', ὅστις αὐθάδης γεγὼς
πικρὸς πολίταις ἐστὶν ἀμαθίας ὕπο.
ἐμοὶ δ' ἄελπτον πρᾶγμα προσπεσὸν τόδε
ψυχὴν διέφθαρκ'· οἴχομαι δὲ καὶ βίου
χάριν μεθεῖσα κατθανεῖν χρῄζω, φίλαι.
ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα, γιγνώσκω καλῶς,

αις
V. 225. πολίτης B. πολίταις ceteri cum Stobaeo.
V. 229. γινώσκειν libri. γιγνώσκω Canterus, Fix. Vide adnot. exeget.

eo non satis diligenter iudicavit vir doctissimus. Aliud enim est συγχωρεῖν, aliud προσχωρεῖν. Illud est concedere simpliciter, hoc est accedere aut sese accommodare, ut similis eius esse videare, cui te applicaveris. Conf. Herod. IIII. 104. τὰ δ' ἄλλα νόμαια Θρήϊξι προσκεχωρήκασι, i. e. in ceteris institutis ac moribus se Thracibus accommodaverunt aut dicam similes sunt facti. In simili sententia verbum ἐφαρμόζεσθαι usurpat Poëta ap. Athen. VII. p. 317. A. τοῖσιν ἐφαρμόζου τῶν κεν κατὰ δῆμον ἵκηαι.

V. 224. οὐδ' ἀστὸν ἤνεσ'] Ad similem sententiam de ipso cive proferendam his verbis poëta sic sibi transitum parat, quasi Latine dicas: Neque tamen hoc ita dictum existimari velim quasi laudaverim civem, qui etc. De usu aoristi ἤνεσα Pflugkius' contulit Ionem Chium ap. Athen. III. p. 91. D. ἀλλ' ἔν τε χέρσῳ τὰς λέοντος ἤνεσα Ἢ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζυρὰς τέχνας. G. Hermann. ad Viger. p. 746. n. 162. Rost gr. Gr. §. 116. adn. 4. p. 589. ed. VII; A. Matthiae gr. Gr. ampl. 506. V. 1. Utrum his versibus Euripides Cleonem, qui tum in civitate populari plurimum valuit, notare voluerit, id quod G. Hermanno visum est, necne, in medio relinquam.

V. 226. Orest. 1173. εἴ ποθεν ἄελπτος παραπέσοι σωτηρία. Cf. Wyttenbach. ad Plutarch. T. I. p. 378. PFLUGK.

V. 227 sq. βίου χάριν μεθεῖσα] Pflugkius attulit Lysiae adv. Andocid. §. 28. καίτοι τίς χάρις τῷ βίῳ, κακοπαθεῖν μὲν πολλάκις, ἀναπαύσασθαι δὲ μηδέποτε; et Hippol. 1408. ὄλωλα, τέκνον, οὐδέ μοι χάρις βίου. Sic etiam Latini dixerunt gratia est alicuius rei aut non est, veluti Vergilius Georg. I. 83. *nec nulla interea est inaratae gratia terrae*, i. e. nec fit, ut nulla interea gratia sit terrae non aratae.

V. 229. ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα] Haec verba per se dicuntur, hac fere sententia: in quo nostrae spes opesque omnes sitae erant, ut fere dicit Terentius Adelph. III. 1, 33 (331). Phorm. III. 1, 6 (470). Cf. Aristophanis Acharn. 449. ἐπελαθόμην, ἐν ᾧπέρ ἐστι πάντα μοι τὰ πράγματα. Ciceronis epist. XV. 14, 5. *Sic velim evitare quasi in eo mihi sint omnia.* Similiterque Medeam dicentem facit Ovidius epist. XII. 161 sq. *Deseror, amissis regno patriaque domoque, Coniuge, qui nobis omnia solus erat.* Contra in Platonis Protag. p. 313. A. eadem formula est, sed adiuncto tamen infinitivo, ὃ δὲ περὶ πλείονος τοῦ σώματος ἡγεῖ, τὴν ψυχήν, καὶ ἐν ᾧ πάντ' ἐστὶ τὰ σὰ ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττειν, χρηστοῦ ἢ πονηροῦ αὐτοῦ γενομένου, περὶ δὲ τούτου οὔτε τῷ ἀδελφῷ κοι-

κάκιστος ἀνδρῶν ἐκβέβηχ' οὑμὸς πόσις.
πάντων δ' ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα καὶ γνώμην ἔχει
γυναῖκές ἐσμεν ἀθλιώτατον φυτόν·

V. 231—35. habet Stobaeus flor. LXXIII. 27. vol. III. p. 43, 28. Meineke.
V. 232. Porphyrius ap. Euseb. praepar. euang. X. p. 466.

νωνήσω οὔθ' ἡμῶν τῶν ἑταίρων οὐδενὶ κτἑ. Hinc G. Hermannus olim ad Elmsleii Medeam p. 352. ed. Lips. hanc rationem inivit, ut diceret hic quoque librorum scripturam *γιγνώσκειν* retinendam atque sic legendam: *ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι, πάντα γιγνώσκειν καλῶς*, hanc habere sententiam: *in quo mihi situm erat, ut omnia recte instituerem*, cl. de formula Eurip. Iphig. Aul. 107. *ἃ δ' οὐ καλῶς Ἔγνων τότ', αὖθις μεταγράφω καλῶς πάλιν.* Sed ex Scholiis tamen licet agnoscere olim aliam scripturam in hoc loco fuisse, in quibus haec leguntur: *ἐν ᾧ γὰρ ἦν· ἐν ᾧ ἦν μοι πάντα, κάκιστος ἀνδρῶν ἐκβέβηκεν· οἱ δ' ὑποκριταὶ οὐ συμπεριφερόμενοι τῷ τρόπῳ λέγουσι 'γιγνώσκειν καλῶς'.* Ex his verbis apparet et verba *ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα*, absolute intellecta esse ab Scholiaste et figuram orationis in his verbis fuisse, qua non intellecta histriones (*οὐ συμπεριφερομένους τῷ τρόπῳ*) alia verba: *γιγνώσκειν καλῶς*, intulisse. Inde probabilis admodum Canteri (Nov. Lect. IIII. 11.) coniectura *γιγνώσκω καλῶς*, quam Fixii nomine propositam commendavit iure etiam Kirchhoffius, recepit Schoenius, ut Medea quasi per parenthesin dicat: bene intellego. Cf. infra v. 922. *κἀμοὶ τάδ' ἐστὶ λῷστα, γιγνώσκω καλῶς.* et Heraclid. 981 sq. *δεινόν τι καὶ συγγνωστόν, ὦ γύναι, σ' ἔχει Νεῖκος πρὸς ἄνδρα τόνδε, γιγνώσκω καλῶς.* Alcest. 939 sq. *ἐγὼ δ' ὃν οὐ χρῆν ζῆν παρεὶς τὸ μόρσιμον Λυπρὸν διάξω βίοτον, ἄρτι μανθάνω.* cl. Bacch. 1295. eodemque modo Tibullus I. 3, 25 sq. dixit: *Quidve (profuit) — pureque lavari Te, memini, et puro secubuisse toro.* et sunt alia id genus multa. Musgravii coniectura: *γιγνώσκεις καλῶς*, quam receperunt multi grammatici, hic rationem nullam habet.

V. 232. *φυτόν*] Geschöpf. De mulieribus rursus Hipp. 630. *ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτόν.* Cf. Valckenar. ad Callim. p. 153. Heindorf. ad Platon. Soph. p. 333. Respexit haec Lucianus dial. mort. XXVIIII. 2. Ceterum recte dicit Scholiastes haec praeter consuetudinem heroicae aetatis dici, coll. Homeri Il. XI. 244., cui addit Elmsleius Hippol. v. 627. PFLUGK. Huic Euripidis loco iam Porphyrius ap. Euseb. praep. euang. l. c. opposuit Theodectis in Alcmeone (cl. A. Nauck. Tragicor. Graec. fragm. p. 622. n. 1.): *Σαφὴς μὲν ἐν βροτοῖσιν ὑμνεῖται λόγος· Ὡς οὐδέν ἐστιν ἀθλιώτερον φυτὸν Γυναικός.* Hoc autem dicitur aut ad misericordiam commovendam, ut in his locis, aut per contemptum, ut dicit Alexis apud Athenaeum III. p. 123. F. vol. I. p. 223. Meineke. *Εἶτ' οὐ περίοπτόν ἐστιν ἄνθρωπος φυτὸν Ὑπεναντιωτάτοις τε πλείστοις χρώμενον κτἑ.* et Euripides in Hipp. l. c. Quod autem heroicae aetatis morem cum aetate sua commutasse dicunt Euripidem, idem accidit Vergilio, qui Georg. I. 31 sq. de Augusto dicit: *An deus immensi venias maris — Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis?* et Ovidio Metam. IIII. 705. *Promittuntque super (Per-*

ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ
πόσιν πρίασθαι δεσπότην τε σώματος
λαβεῖν· κακοῦ γὰρ τοῦδ' ἔτ' ἄλγιον κακόν,
κἀν τῷδ' ἀγὼν μέγιστος, ἢ κακὸν λαβεῖν
ἢ χρηστόν. οὐ γὰρ εὐκλεεῖς ἀπαλλαγαὶ
γυναιξίν, οὐδ' οἷόν τ' ἀνήνασθαι πόσιν.
εἰς καινὰ δ' ἤθη καὶ νόμους ἀφιγμένην
δεῖ μάντιν εἶναι, μὴ μαθοῦσαν οἴκοθεν,

V. 235. *τοῦτ' ἄλγιον* B[C]Ed. *τοῦτό γ' ἄλγιον* a. *τοῦδε τ' ἄλγιον B*. *τοῦδ' ἔτ' ἄλγιον C*. *τοῦτό γ'* Stobaeus (*τοῦ γ'* Cod. A.) *τοῦτ' ἔτ' ἄλγιον* Brunckius.
V. 236. *λάβῃ* (supra scr. *γρ. λαβεῖν*) B. *λαβεῖν* ceteri, ut videtur.

seo) regnum dotale parentes (Andromedae). Sed aliis quoque locis munera inter soceros et generos promiscua in nuptiis commemorantur, ut recte vidit Heynius ad Vergil. l. c. vol. I. p. 288. ed. IIII.

V. 233. *ἃς πρῶτα μὲν δεῖ*] Post *πρῶτα μὲν* non sequitur hoc loco *ἔπειτα* aut quid simile, sed priore parte orationis latius amplificata deinceps v. 239 sq. alia quadam ratione infertur: *εἰς καινὰ δ' ἤθη καὶ νόμους ἀφιγμένην κτέ.*

V. 234. *δεσπότην τε σώματος λαβεῖν*] eumque quasi dominum corporis adsumere.

V. 235. *κακοῦ γὰρ τοῦδ' ἔτ' ἄλγιον κακόν*] Hoc quod coniecerat Elmsleius, totidem litteris legitur in C, nec multum recedit *B*, in quo scriptum est *τοῦδε τ'*. Refertur hoc ad alteram partem prioris enuntiati, eoque significatur praeter emptionem mariti illud permolestum atque adeo molestius esse, quod in eius potestatem committitur puella, quae nubit viro. Sic recte Scholiastes explicavit: *Κακὸν μὲν τὸ χρημάτων ὑπερβολῇ πρίασθαι, ἀλγεινότερον δὲ κακὸν τὸ καὶ δεσπότην αὐτὸν ἄντικρυς λαμβάνειν.*

V. 237. *οὐ γὰρ εὐκλεεῖς ἀπαλλαγαὶ*] Hoc dicit: Nam, si minus commode evenerit, ignominiosae discessiones sunt etc., in quam sententiam adnotavit Pflugkius: 'Respexisse videtur ius Atticum, difficile ac morosum mulieribus *ἀπόλειψιν* molientibus. Vide Meier Att. Process. p. 414.' Schoenius comparavit Anandridam ap. Stobaeum flor. LXXIIII. 1. vol. III. p. 50. ed. Meineke. *Χαλεπή, λέγω σοι, καὶ προσάντης, ὦ τέκνον, Ὁδός ἐστιν ὡς τὸν πατέρ' ἀπελθεῖν οἴκαδε Παρὰ τἀνδρός, ἥτις ἐστὶ κοσμία γυνή. Ὁ γὰρ δίαυλός ἐστιν αἰσχύνην φέρων.* et A. G. Beckeri Charicl. vol. II. p. 489. Adde Bähr, ad Plut. Alc. 8. p. 103 sqq. C. Fr. Hermann Lehrb. der griech. Staatsalterth. §. 122. 4.

V. 238. *ἀνήνασθαι*] repudiare, Pindar. Nem. V. 35. *εὐθὺς δ' ἀπανάνατο νύμφαν.* Cf. Eurip. Bacch. 533. PFLUGK. Ceterum viri, qui repudiabant uxores, proprie dicebantur illas *ἀποπέμπειν*. Cf. C. Fr. Hermann. l. c.

V. 239. *εἰς καινὰ δ' ἤθη καὶ νόμους κτέ.*] Similia in alteram partem dicuntur in Terentii Andr. I. 2, 18 (189). *Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.*

ὅτῳ μάλιστα χρήσεται συνευνέτῃ.
κἂν μὲν τάδ' ἡμῖν ἐκπονουμέναισιν εὖ
πόσις ξυνοικῇ, μὴ βίᾳ φέρων ζυγόν,
ζηλωτὸς αἰών· εἰ δὲ μή, θανεῖν χρεών.
ἀνὴρ δ' ὅταν τοῖς ἔνδον ἄχθηται ξυνών,
ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίαν ἄσης,
ἢ πρὸς φίλων τιν' ἢ πρὸς ἥλικας τραπείς·
ἡμῖν δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν.

V. 243. ξυνοικεῖ (ῇ superscr.) B. μὴ βίᾳ ζυγὸν φέρων [a] c. in d dicitur esse μὴ φέρων βίᾳ ζυγόν. Kirchhoffio scribendum videtur μὴ βίᾳ φέρειν ζυγόν.
V. 246. καρδίαν ἄτης B. καρδίαν ἄσην C. καρδίαν ἄσης Eacd *C* cum Eustathio in Il. p. 739, 36. καρδίαν ἄσσης *B*. καρδίας ἄσην Olympiodorus in Plat. Alcib. p. 188.
V. 247. φίλον B Ea *B*. φίλων C cd *C* ἥλικα libri. ἥλικας C., ut voluit Porsonus.

V. 241. ὅτῳ μάλιστα χρήσεται συνευνέτῃ] Quod G. Hermannus οἵῳ pro ὅτῳ Musgravii coniecturam denuo commendaverat, responderam ego esse hoc solvendum: ὅστις μάλιστα ἔσται, ᾧ χρήσεται συνευνέτῃ. et coniectura opus non esse. In eam sententiam ascripsit Schoenius Sophocl. Oed. reg. 414. κοὐ βλέπεις ἵν' εἶ κακοῦ Οὐδ' ἔνθα ναίεις οὐδ' ὅτων κυρεῖς μέτα.

V. 243. μὴ βίᾳ φέρων ζυγόν] Hoc tum fit, quum maritus lene imperium in mulierem exercet. Recte enim A. Nauckius in Mémoires de l'Acad. impériale l. c. p. 115. dixit ζυγὸν pertinere ad unam quamque συζυγίαν, quae in matrimonio esset. Mutanda haec verba nullo modo sunt.

V. 246. Aeque bene dicitur παύειν καρδίαν ἄσης ac π. καρδίας ἄσην. Soph. Electr. 798. εἰ τήνδ' ἔπαυσας τῆς πολυγλώσσου βοῆς. PFLUGK. De Euripide conf. Bacch. 280. ὃ παύει τοὺς ταλαιπώρους λύπης, et de altera quidem constructione huius fab. v. 195. στυγίους δὲ βροτῶν οὐδεὶς λύπας εὕρετο μούσῃ καὶ πολυχόρδοις ᾠδαῖς παύειν.

V. 247. ἢ πρὸς ἥλικας τραπείς] 'πρὸς ἥλικας, ad aequalium coetum, ut Phoen. 1761. πρὸς ἥλικας φάνηθι σάς.' PORSONUS.

V. 248. πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν] Antipater ap. Stobaei floril. LXVII. 25. vol. III. p. 13. Meineke. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι κοινωνίαι καὶ ἑτέρας τινὰς ἀποστροφὰς ἔχουσι, 'ταύτας δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν', τὴν τοῦ ἀνδρός. Sic etiam Gloss. cod. Vatic. et Flor. 10. μίαν ψυχήν· τὴν τοῦ ἀνδρός. neque aliter plerique interpretes. Bothius tamen, quem Schoenius nuper secutus est, rettulit ad unam ipsius mulieris animam. Quod h. l. est falsissimum. Haec enim sententia est, virum praeter mulierem habere aut aliquem amicum aut etiam aequales suos, et posse foris rerum suarum domesticarum, si quando aegrotent, solacium quaerere. Sed mulierem unum habere maritum, ad quem spectet. Non enim de eo, quod secum consideret mulier aut etiam maritus, agitur hoc loco.

λέγουσι δ' ἡμᾶς, ὡς ἀκίνδυνον βίον
ζῶμεν κατ' οἴκους, οἱ δὲ μάρνανται δορί,
κακῶς φρονοῦντες· ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ.
ἀλλ' οὐ γὰρ αὑτὸς πρὸς σὲ κἄμ' ἥκει λόγος·
σοὶ μὲν πόλις θ' ἥδ' ἐστὶ καὶ πατρὸς δόμοι
βίου τ' ὄνησις καὶ φίλων συνουσία,
ἐγὼ δ' ἔρημος ἄπολις οὖσ' ὑβρίζομαι
πρὸς ἀνδρός, ἐκ γῆς βαρβάρου λελῃσμένη,
οὐ μητέρ', οὐκ ἀδελφόν, οὐχὶ συγγενῆ
μεθορμίσασθαι τῆσδ' ἔχουσα συμφορᾶς.
τοσοῦτον οὖν σου τυγχάνειν βουλήσομαι,
ἤν μοι πόρος τις μηχανή τ' ἐξευρεθῇ

V. 251. cf. Luciani somn. §. 19.
V. 253. *αὐτὸς* libri. Correxit Porsonus.
V. 254. *σοὶ μὲν γὰρ πόλις ἥδ'* B. *σοὶ μὲν πόλις ἥδ'* Ccd., ut videtur, etiam Ea. *σοὶ μὲν πόλις θ' ἥδ'* *B*[*C*] correcti.
V. 255. *συνουσία* libri. In E ascriptum: *γρ. κοινωνία*, in c. *κοινωνία* supra scriptum habet *συνουσία*.
V. 258. *οὐδὲ συγγενῆ* *B*[*C*] cum Script. Chr. pat. v. 757.
V. 260. *τοσοῦτον δὲ σοῦ* B *τοσοῦτον δέ σου* Ccd, etiam Ea. *τοσοῦτον οὖν σου* *B*[*C*] correcti. Kirchhoffius suspicatur: *τοσόνδε τοί νυν σοῦ τυχεῖν βουλήσομαι.* Probabilius Nauckius: *Τοσόνδε δή σου τυγχάνειν βουλήσομαι.*

V. 251. *κακῶς φρονοῦντες*] Haec iunge cum verbo *λέγουσι.* Sic Heracl. 56. *Ἦ που καθῆσθαι τήνδ' ἕδραν καλὴν δοκεῖς Πόλιν δ' ἀφῖχθαι σύμμαχον, κακῶς φρονῶν.* Cf. Isocrat. Philipp. §. 7. Philostr. Vit. Apoll. I. 2. p. 3. PFLUGK.

Ibid. *παρ' ἀσπίδα στῆναι*] Phoen. 1008. *στάντες παρ' ἀσπίδ' οὐκ ὀκνήσουσιν θανεῖν.* Laudat h. l. Lucian. Somn. s. Gall. §. 19. PFLUGK. Ennius ap. Varronem de ling. Lat. V. §. 81. Müll. et ap. Nonium p. 261, 18. in hunc modum: *Nam ter sub armis malim vitam cernere quam semel modo parere.* conf. O. Ribbeck Tragic. Lat. reliqu. p. 39. et Io. Vahlen Ennianae poes. reliqu. p. 128.

V. 256. *ἔρημος ἄπολις οὖσ'*] Asyndeton in eius modi verbis usitatissimum, veluti in Soph. Antig. 29. *ἐᾶν δ' ἄκλαυτον ἄταφον κτἑ.*

V. 259. *μεθορμίσασθαι*] Tamquam statione mutata praesentem calamitatem subterfugere. Translatus huius verbi usus, quo etiam infra v. 439 sq. *οὔτε πατρὸς δόμοι — μεθορμίσασθαι μόχθων πάρα.* et in Alc. 798. hoc verbum cum genetivo iungitur, manavit ex illa satis pervulgata ratione, qua vita hominum cum navigatione comparatur. PFLUGK. Ceterum verborum ordinem recte monstravit Scholiastes: *Τὸ δὲ ἑξῆς· οὐ μητέρ', οὐκ ἀδελφόν, οὐ συγγενῆ σχοῦσαν πρὸς τὸ καταφυγοῦσαν πρός τινα τούτων μεταβληθῆναι τῆς συμφορᾶς.*

V. 261. Similiter in Hipp. 710. petit Phaedra a choro, ut quae

πόσιν δίκῃ τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν
τὸν δόντα τ' αὐτῷ θυγατέρ' ἥν τ' ἐγήματο,

V. 262. δίκῃ libri excepto d, qui δίκην habet natum ex δίκηι, ut videtur, id quod restitui Elmsleius iniuria voluit.

V. 263. δόντα γ' *BC*. ἥν τ' ἐγήματο libri cum Eustathio in Il. vol. I. p. 694, 24.

viderit taceat. Cf. Sophocl. Electr. 468. PFLUGK. Schoenius comparat Horatii art. poët. 200., ubi in chori officiis est, ut commissa tegat, ad quem locum vide quae adnotavit Orellius p. 735. ed. tert.

V. 262. πόσιν δίκῃ τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν] Iure mihi Pflugkius videtur δίκῃ iure aut uti par est retinuisse id, quod chorus infra v. 268. similiter pronuntiat: ἐνδίκως γὰρ ἐκτίσει πόσιν. conf. Soph. Antig. 94. ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προσκείσει δίκῃ. δίκην, quod auctore Elmsleio vulgo nunc reposuerunt, minime requiritur ad genetivum τῶνδε κακῶν explicandum, vide Homeri Il. III. 366. ἦ τ' ἐφάμην τίσεσθαι Ἀλέξανδρον κακότητος. Platonis Conviv. p. 213 D. ἀλλὰ τούτων μὲν εἰσαῦθίς σε τιμωρήσομαι. et quae habet A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 368. a. p. 682. ed. sec.

V. 263. ἥν τ' ἐγήματο] Hanc scripturam, quae est in libris itemque agnoscitur ab Eustathio, intactam reliquit Pflugkius. Notavit autem Eustathius ad Iliad. p. 694, 24 hunc locum propterea, quod Euripides contra regulam grammaticorum γήμασθαι pro γῆμαι dixisset. Οὕτω καὶ Εὐριπίδης, inquit, τὸ ἔγημε παθητικῶς ἔφη ἐν τῷ ἥν ἐγήματο, ut nullo modo dubitari posse videatur quin ea scriptura antiquitus tradita fuerit. Sed quaeritur, quam ob rem Euripides medium posuerit ibi, ubi exspectaveris activum. Id ut explicarent, alii aliam viam ingressi sunt. Ac Porsonus quidem, quod γήμασθαι aliquando ita esset dictum de viris, ut significaretur eos non ut viros, qui domini aedium essent, sed ut mulieres, quae in potestate virorum esse deberent, matrimonium inivisse, non ut imperarent uxori, sed ut servirent, in quam rem Ammonius s. v. γῆμαι p. 36 sq. Anacreontis versum et Antiphanis adfert, v. Th. Bergk. Anacreontis carmin. reliqu. (Lips. 1834), n. 84. p. 216 sqq., voluit hoc quoque loco id ita intellegi ac restitui: ἥ τ' ἐγήματο, ut id acerbe a Medea de nuptiis Iasonis cum Glauce factis diceretur. Id tamen a severitate tragoediae abhorrere non est quod dicam. Contra Seidlerus ad Eurip. Electr. 246. ita voluit intellegi verba ἥν τ' ἐγήματο, ut per attractionem propter accusativos, qui ante leguntur, id positum esset pro ἥ τ' ἐγήματο. Elmsleius vero ἥ τ' ἐγήματο scribi voluit, coll. v. 515. πτωχοὺς ἀλᾶσθαι παῖδας ἥ τ' ἔσωσά σε. Denique G. Hermannus ἐγήματο rettulit ad Creontem, ut hoc diceretur: et qui dedit ei filiam et quam dedit. Γήμασθαι enim esse proprie dare in matrimonium. Postremo Lentingius et nuper etiam Nauckius existimaverunt hunc versum ex v. 287. τὸν δόντα καὶ γήμαντα καὶ γαμουμένην interpolatum esse. Equidem ἥν τ' ἐγήματο ita retinendum censeo, ut dicam medium non cum dativo, sed cum accusativo propterea positum esse ab Euripide, ut significaret Iasonem matrimonio suo cum Glauce inito aliquid magni sibi visum esse impetrare, quasi nostra lingua dicas: die er sich erheirathet hat.

σιγᾶν. γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα,
κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾶν·
ὅταν δ' ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρῇ,
οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα.

ΧΟΡΟΣ.

δράσω τάδ'· ἐνδίκως γὰρ ἐκτίσει πόσιν,
Μήδεια. πενθεῖν δ' οὔ σε θαυμάζω τύχας.
ὁρῶ δὲ καὶ Κρέοντα, τῆσδ' ἄνακτα γῆς,
στείχοντα, καινῶν ἄγγελον βουλευμάτων.

ΚΡΕΩΝ.

σὲ τὴν σκυθρωπὸν καὶ πόσει θυμουμένην,
Μήδειαν, εἶπον τῆσδε γῆς ἔξω περᾶν
φυγάδα, λαβοῦσαν δισσὰ σὺν σαυτῇ τέκνα,
καὶ μή τι μέλλειν· ὡς ἐγὼ βραβεὺς λόγου

V. 264—67. habet Stobaeus floril. LXXIII. 8. vol. III. p. 39. Meineke. Duo priores etiam Schol. ad Soph. Antig. 61.
V. 266. 267. habet Eumathius IX. p. 583, 20. ed. Didot.
δράσω
V. 268. δρᾶσον B. δρᾶσον CEcd*C* δράσω *B*.
V. 274. σὺν αὐτῇ (corr. in αὑτῇ) B. σὺν αὑτῇ C. σὺν αὑτῇ *BC*.

Sic enim medium suam vim habet nec abhorret tamen oratio a severitate tragoediae et sententia est eius modi, quae saepius in hac fabula profertur. Cf. v. 18. 556 sqq. 593. 872.

V. 264. **φόβου πλέα**] Aesch. Prom. 695. *Πρό γε στενάζεις καὶ φόβου πλέα τις εἶ.*

V. 266. **ὅταν δ' ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρῇ**] Conf. Senecae Med. 579 sqq. *Nulla vis flammae tumidique venti Tanta nec teli metuenda torti, Quanta cum coniux viduata taedis Ardet et odit etc.*

V. 268. **δράσω τάδ'**] I. e. σιγήσομαι.

V. 270 sq. iam chorus novam personam denuntiat, quam videat advenientem, quo fere fieri solet modo, ut auditores sciant quis accedat. Fit autem hoc similiter etiam in aliis tragoediis, ut in Troad. 709 sq. *Τίν' αὖ δέδορκα τόνδ' Ἀχαϊκὸν λάτριν Στείχοντα, καινῶν ἄγγελον βουλευμάτων*; et minime offendere debet in eius modi locis, si eadem fere verba usurpantur, ut in illo ipso Troadum versu.

V. 273. **εἶπον**] Vide ad v. 224. Proditur autem hac ipsa oratione, qua utitur Creon, fastus quidam et contemtus, veluti in Aeschyli Prometh. 946. *σὲ τὸν σοφιστήν, τὸν πικρῶς ὑπέρπικρον, Τὸν ἐξαμαρτόντ' εἰς θεοὺς ἐφημέροις Πορόντα τιμάς, τὸν πυρὸς κλέπτην λέγω.* et Soph. Antig. 428. *σὲ δή, σὲ τὴν νεύουσαν ἐς πέδον κάρα, Φῂς ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε;* De Euripide conf. Hippol. 1283 sqq.

V. 275 sq. **ὡς ἐγὼ βραβεὺς λόγου τοῦδ' εἰμί, κοὐκ ἄπειμι κτέ.**] Pro imperio loqui Creontem intellegitur etiam ex hac ipsa oratione, quae colorem etiam eo adsumit, quod non sine aliquo pondere allitteratio nascitur in verbis: **τοῦδ' εἰμὶ κοὐκ ἄπειμι.** Eadem vi dici-

τοῦδ' εἰμί, κοὐκ ἄπειμι πρὸς δόμους πάλιν,
πρὶν ἄν σε γαίας τερμόνων ἔξω βάλω.

ΜΗΔΕΙΑ.

αἰαῖ· πανώλης ἡ τάλαιν' ἀπόλλυμαι.
ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι πάντα δὴ κάλων,
κοὐκ ἔστιν ἄτης εὐπρόσοιστος ἔκβασις.
ἐρήσομαι δὲ καὶ κακῶς πάσχουσ' ὅμως,
τίνος μ' ἕκατι γῆς ἀποστέλλεις, Κρέον;

ΚΡΕΩΝ.

δέδοικά σ', οὐδὲν δεῖ παραμπίσχειν λόγους,
μή μοί τι δράσῃς παῖδ' ἀνήκεστον κακόν.
συμβάλλεται δὲ πολλὰ τοῦδε δείματος·

V. 279. habet Schol. Soph. Ai. 1043.
V. 281. *καὶ κακῶς λέγουσ' ὅμως* E.
V. 282. *τῆσδε γῆς* B. *ἀποστέλλεις· ἀπείργεις, κωλύεις. Εὐριπίδης Μηδείᾳ* Hesychius vol. I. p. 486.
V. 283. *παραμπέχειν* BCE. bcd. *C. παραμπίσχειν* a *περιαμπίσχειν B.* Schol. Vide infra adn. exeget.

tur in Plauti Trin. I. 2, 130 (167). *me absente atque insciente, inconsultu meo.* Vide infra ad v. 341.

V. 279. *ἐξιᾶσι πάντα δὴ κάλων*] Haec Scholiastes ita interpretatur: *οἱ ἐχθροὶ οὐριοδρομοῦσι καθ' ἡμῶν καὶ ὥρμηνται πάντα τρόπον ἐφ' ἡμᾶς, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν οὐριοδρομούντων καὶ χαλώντων πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ ἀρτέμονος*, et sic explicat Valckenarius in Diatribe in Eurip. fragm. p. 233 B. 'Non ante rudentes tendebantur, quam quum vela ventis darent; qui igitur velis plenissimis navigabant, omni fune contento, *πάντα κάλων τείναντες*, navigabant'. Conf. Aristophanis Equit. 753. *νῦν δεῖ σε πάντα δὴ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ*, et Eurip. Herc. fur. 837. *κίνει, φόνιον ἐξίει κάλων.* Sic *πάντα κάλων ἐκτείνειν* Plato dixit in Protag. p. 338 A. *πάντα κάλων κινεῖν* Lucianus Scyth. §. 11. Contraria autem sententia dicitur. quod olim cum his consociaverat Pflugkius, *πάντα κάλων ἀνιέναι* ap. Dion. Chrysost. orat. IIII. p. 165. ed. Reisk., id quod recte G. Hermannus notavit ad Eurip. Helen. 1609. p. 158.

V. 280. *κοὐκ ἔστιν ἄτης εὐπρόσοιστος ἔκβασις*] Cf. Aesch. Suppl. 470 sq. *ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὔπορον Τόδ' ἐσβέβηκε κοὐδαμοῦ λιμὴν κακῶν. εὐπρόσοιστος ἔκβασις* dicitur rectissime h. l. de exscensione e mari, ad quam non facile te admovere possis, i. e. non est locus ad egrediendum idoneus.

V. 283. *παραμπίσχειν· παραμπέχειν, ἀντὶ τοῦ περικαλύπτειν. ὁ δὲ νοῦς· εὐσχημόνως οὐ δεῖ τοὺς λόγους λέγειν καὶ περιστέλλειν καὶ περικαλύπτειν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐμφαίνειν καὶ ἄντικρυς λέγειν ὅτι δέδοικά σε, ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῆς ἀμπεχόνης.* SCHOLIASTES. Apparet verbum intensivum *παραμπίσχειν* aptius esse quam *παραμπέχειν*, quare alterum recepi.

V. 285. *τοῦδε δείματος*] I. e. *ἐς τόδε δεῖμα*, interprete

σοφὴ πέφυκας καὶ κακῶν πολλῶν ἴδρις,
λυπεῖ δὲ λέκτρων ἀνδρὸς ἐστερημένη.
κλύω δ' ἀπειλεῖν σ', ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι,
τὸν δόντα καὶ γήμαντα καὶ γαμουμένην
δράσειν τι. ταῦτ' οὖν πρὶν παθεῖν φυλάξομαι.
κρεῖσσον δέ μοι νῦν πρός σ' ἀπέχθεσθαι, γύναι,
ἢ μαλθακισθένθ' ὕστερον μέγα στένειν.

V. 286. cf. Gregor. Naz. vol. II. p. 187. A. Nicet. Eugen. 7, 251.
V. 288. ἀπειλεῖν BCE *B*. ἀπειλεῖς a c d ἀπειλαῖς b ἀπειλεῖν σ' σ *C*. Hinc colligit Kirchhoffius in cod. archetypo fuisse ἀπειλειν.
V. 289. Plutarchus Alex. 10.
V. 290. ἀπέχθεσθαι libri. ἀπεχθέσθαι verum existimat Nauckius in Mémoires de l'Acad. impér. l. c. p. 117.
V. 291. 292. habet Plutarchus de tuenda sanit. p. 124. de vitioso pud. p. 530.

Musgravio, quem secutus est A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 326. 3. ed. sec. Quamquam quae idem in commentariis criticis de structurae satis insolentis ratione exposuit, ea nescio an aliis, mihi quidem minime satis faciunt. Cogitasse enim poëtam de συλλαμβάνεσθαι, συνάρασθαί τινος, adiuvare, cuius vis in συμβάλλεσθαι, conferre ad aliquid, quodam modo insit. Mihi genetivi a voc. πολλά pendere videntur, hac sententia: multa huius timoris (i. e. multa quae hunc timorem excitent, multae huius timoris causae) conveniunt. Aeschyl. Choëph. 999. Blomf. φόνου δὲ κηκὶς ξὺν χρόνῳ ξυμβάλλεται Πολλὰς βαφὰς φθείρουσα τοῦ ποικίλματος. PFLUGK. Non satis recte dixisse mihi videtur simpliciter Pflugkius genetivum τοῦδε δείματος suspensum esse a vocabulo πολλά. Namque ille genetivus non est ab eo vocabulo suspensus nisi per quandam prolepsin. Proprie enim hoc dicitur: Concurrunt vero multa quae sint eius timoris, i. e. quae faciant ad illum timorem eumque in nobis excitent. cl. Ter. And. III. 2, 31 (511). *Multa concurrunt simul, qui coniecturam hanc nunc facio.* Tale quid videtur A. Matthiae in mente habuisse, sed ille rem parum explicate dixit.

V. 288. κλύω δ' ἀπειλεῖν σ', ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι] Non est in his verbis eius modi tautologia, quae aliquid in se contineret, quod plane supervacaneum esset. Nam eo, quod post verbum κλύω adiungitur haec quasi nova adseveratio: ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι, illud Creon indicat, se de his ipsis rebus, quas Medea in animo habeat, certiorem esse factum et non temere haec suspicari. Conf. Phoeniss. 740. ἕπτ' ἄνδρας αὐτοῖς φασίν, ὡς ἤκουσ' ἐγώ, — Λόχων ἀνάσσειν, ἑπτὰ προσκεῖσθαι πύλαις.

V. 290. φυλάξομαι] Pflugkius monstravit Aeschinis Epist. V. 4. p. 476. Bekk. ἃ γὰρ ἐγὼ παθὼν ἐδιδάχθην, ταῦτα πρὶν παθεῖν φυλάττεται, σοφίᾳ καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ ἄφρονες πείρᾳ διδασκόμενος. Non vult igitur Creon de se dici: ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω (Il. XVII. 32.) aut: παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω (Hesiod. ἔργ. κ. ἡμ. 218), sed potius cavere ne quid sibi et suis accidat.

V. 292. ὕστερον μέγα στένειν] Quod A. Nauckius nuper in Mémoires de l'Acad. impér.

ΜΗΔΕΙΑ.

φεῦ φεῦ·
οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις, Κρέον,
ἔβλαψε δόξα μεγάλα τ' εἴργασται κακά.
χρὴ δ' οὔποθ' ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ
παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς·
χωρὶς γὰρ ἄλλης ἧς ἔχουσιν ἀργίας

V. 294. 295. habet Stobaeus flor. XXXVI. 3. vol. II. p. 40. qui legit ἔβλαψε γλῶσσα v. 294.

V. 296—299. habet Aristoteles rhet. II. 21., ubi πρὸς ἀνδρῶν pro πρὸς ἀστῶν legitur v. 298. Duo priores versus habet etiam Gregorius Cor. ap. Walzium Tom. VII. p. 1154.

l. c. p. 118. scribendum esse necessario putavit μεταστένειν, commemoro notionem, quam inferri per praepositionem loquelarem voluit Nauckius, eam iam inesse in voce ὕστερον, μέγα στένειν autem rectissime dici, quod non leve quoddam malum sibi illatum iri a Medea exspectat, sed potius gravius atque acerbius, si nunc inimicitias Medeae reverens cesset.

V. 294. οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις] Haec aut eorum similia verba saepius leguntur apud Euripidem, maxime si loci communes proponuntur aut aliqua graviore adseveratione opus est, veluti infra v. 448. οὐ νῦν κατεῖδον πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις κτἑ. et Helen. 957. ἐγὼ μὲν οὐ νῦν, ἀλλὰ πολλάκις κτἑ. Non recte tamen faceret, qui inde interpolationis suspitionem moveret. Vide quae disputavi ad Helen. l. c. p. 122. ed. sec. et in simili causa ad Alcest. 207 sq. p. 53. ed. sec.

V. 295. ἔβλαψε δόξα· δόκησις. SCHOL. Est ea opinio, falsa maxime et praeiudicata, quae est hominum de nobis, hic Creontis de Medea.

V. 296. ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνήρ] Ἀρτίφρων· ὑγιὴς τὴν φρένα, σώφρων, συνετός. HESYCHIUS. Significat eum, cui in sano corpore est mens sana, der den Verstand am richtigen Orte hat. Conf. Troad. 417. οὐ γὰρ ἀρτίως ἔχεις φρένας.

V. 297. ἐκδιδάσκεσθαι] instituendum curare (vid. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 517. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 492. c.), σοφούς, ὥστε σοφοὺς γενέσθαι, conf. Matthiae l. c. §. 420. 3. PFLUGK. De usu Luciani dixi ad Gall. s. somn. §. 26. p. 74 sq. De περισσῶς, quod modum excedit et fere respondet nostro überschwänglich, conf. Soph. Antig. 67. τὸ γὰρ περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα.

V. 298. Sententiam bene expressit Matthiae: Praeterquam enim, quod inertiae insimulantur, quia in otio aetatem degunt, in invidiam etiam civium incidunt. Male Wyttenbachius ad Ecl. hist. p. 293. Lips. et ad Plutarch. Tom. I. p. 418. ἀργίαν interpretatur otium sapientis. Ἀργίαν ἔχειν est ἀργίας αἰτίαν ἔχειν (vid. adn. ad v. 219. et Schaefer. ap. Iacobs. ad Anth. Palat. p. 973.) et ἄλλης abundat, ut apud Platonem Gorg. §. 64. ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων. PFLUGK. Non abundat quidem ἄλλος in eius modi locis, sed res notione ipsa inter se dissimillimas, quae ad unum denique finem spectant et ita pro-

φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ.
σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ
δόξεις ἀχρεῖος κοὐ σοφὸς πεφυκέναι·
τῶν δ' αὖ δοκούντων εἰδέναι τι ποικίλον
κρείσσων νομισθεὶς λυπρὸς ἐν πόλει φανεῖ.
ἐγὼ δὲ καὐτὴ τῆσδε κοινωνῶ τύχης.
σοφὴ γὰρ οὖσα, τοῖς μέν εἰμ' ἐπίφθονος,
τοῖς δ' ἡσυχαία, τοῖς δὲ θατέρου τρόπου,

V. 300. *σκαιοῖς BC. προσφέρων ἔπη* a.
V. 301. Tzetzes exeg. p. 91.
V. 303. *ἐν πόλει λυπρὸς φανῇ BC.*

ponuntur, quasi sint ipso genere similes, disiungit, tamquam si sint pares inter se, quo in genere maxime huc pertinet Demosth. de fals. leg. §. 83. Bekk. p. 367, 7 Reisk. *καὶ μὴν ὅτι χωρὶς τῆς ἄλλης αἰσχύνης καὶ ἀδοξίας, ἣν τὰ πεπραγμένα ἔχει, καὶ μεγάλοι κίνδυνοι περιεστᾶσιν ἐκ τούτων τὴν πόλιν, ῥᾴδιον δεῖξαι.* De attractione, quae inest in verbis *ἧς ἔχουσιν ἀργίας*, conf. Soph. Electr. 763. *μέγιστα τούτων ὧν ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.*

V. 300. *καινὰ προσφέρων σοφά*] Sic libri et vett. edd. omnes praeter a, qui habet *ἔπη* pro *σοφά*. Id Porsonus pro indicio duplicis recensionis habuit. Nam quum Euripides propter hanc ipsam formulam derisus esset ab Aristophane in Thesmoph. v. 1141. *Σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφά, Μάτην ἀναλίσκοις ἄν*, mutasse eum in secundis curis *σοφά* in *ἔπη*. Hoc mihi non recte iudicatum videtur. Nam primum, quod iam intellexit Elmsleius, potest fieri, ut Aristophanes etiam alium Euripidis locum ante oculos habuerit, tum unius vocabuli mutatione vix derisio ista declinari poterat, quam ne credo quidem omnino Euripidem ita reveritum esse, ut ob eam rem sollicite singula emendaret verba. Deinde locutio *προσφέρειν σοφά* proverbialis fuisse videtur, non propria Euripidis, qua usus est etiam Sophocles ap. Athen. X. p. 433. E. *Διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ οὐκ ἂν πλέον τέρψειας ἢ πιεῖν διδούς.* Postremo vero etiam ille ipse liber, qui *ἔπη* pro *σοφά* habet, quum sit deterioris familiae, non potest esse documento antiquam istam scripturam esse, quae ab eo videtur esse librario, qui quum *σοφά* quo referret parum intellexisset, pro glossemate, quod esse posset, *ἔπη* receperit. Vide quae Pflugkius de universa hac fabula disputavit supra p. 7 sqq.

V. 305 sq. *τοῖς μέν εἰμ' ἐπίφθονος, τοῖς δ' ἡσυχαία κτἑ.*] Haec omnia aequabiliter faciunt ad sapientiae vituperationem. Hoc enim dicit Medea: Quod prudens sim, aliis sum invidiosa, quod putant se a me ingenio atque intellegentia superari, aliis vero desidiosa, quod non eis rebus operam dare soleo, quae magis sub oculos cadunt, atque otiari semper videor, aliis vero etiam contraria natura esse videor, ut animus meus acute moveatur atque iracunda (*ὀργίλος*) sim, aliis rursus sum offensioni, quod se a me laedi putant et gravia a me metuunt omnino: sum autem non nimium sapiens, quod dicit Medea, ut invidiam orationis suae deprecetur.

V. 306. hunc versum, quod in-

τοῖς δ' αὖ προσάντης· εἰμὶ δ' οὐκ ἄγαν σοφή.
σὺ δ' οὖν φοβεῖ με μή τι πλημμελὲς πάθῃς.
οὐχ ὧδ' ἔχει μοι, μὴ τρέσῃς ἡμᾶς, Κρέον,
ὥστ' εἰς τυράννους ἄνδρας ἐξαμαρτάνειν.
τί γὰρ σύ μ' ἠδίκηκας; ἐξέδου κόρην
ὅτῳ σε θυμὸς ἦγεν. ἀλλ' ἐμὸν πόσιν
μισῶ· σὺ δ', οἶμαι, σωφρονῶν ἔδρας τάδε.
καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν οὐ φθονῶ καλῶς ἔχειν.
νυμφεύετ', εὖ πράσσοιτε· τήνδε δὲ χθόνα
ἐᾶτέ μ' οἰκεῖν· καὶ γὰρ ἠδικημένοι
σιγησόμεσθα, κρεισσόνων νικώμενοι.

ΚΡΕΩΝ.

λέγεις ἀκοῦσαι μαλθάκ', ἀλλ' εἴσω φρενῶν
ὀρρωδία μοι μή τι βουλεύσῃς κακόν,

V. 307. *τοῖσδ' οὖν B.*
V. 308. *σὺ δ' οὖν B*[*C*]. *σὺ δ' αὖ* ceteri.
V. 309. *ἔχοιμι* BCd. *ἔχει μοι* ceteri.
V. 311. *σὺ γὰρ τί μ' B*[*C*].
V. 315. *τήνδε δὴ B.*
V. 319. *βουλεύσῃς* libri. *βουλεύῃς* Elmsleius.

fra v. 803. similia ponuntur verba in simili causa, primus Piersonus Veri simil. p. 58. suppositicium esse putavit, quem secuti sunt Porsonus, Matthiae, Elmsleius, Dindorfii, Nauckius, Kirchhoffius, alii critici. Unus recte defendit Firnhaberus l. c. p. 138 sqq. Vide quae infra dicentur ad v. 803. et conferas de repetitis verbis quae modo dixi ad v. 294.

V. 309. *οὐχ ὧδ' ἔχει μοι*] non ea est rerum mearum condicio, ut reges laedere sustineam. Simillimus est locus Isocratis Trapez. §. 46. *μετὰ ποίας δ' ἂν ἐλπίδος ἢ τί διανοηθεὶς ἀδίκως ἦλθον ἐπὶ τοῦτον; Πότερον ὡς δείσας τὴν δύναμιν τὴν ἐμὴν ἤμελλεν εὐθύς μοι δώσειν ἀργύριον; ἀλλ' οὐχ οὕτως ἑκάτερος ἡμῶν ἔπραττεν.* PFLUGK. Vide infra v. 718. *οὕτω δ' ἔχει μοι.*

Ibid. *μὴ τρέσῃς ἡμᾶς*] De interposita quasi per *παρένθεσιν* hac voce conf. Heraclid. 715. *οἶδ' οὐ προδώσουσίν σε, μὴ τρέσῃς, ξένοι.* et fragm. n. 969. p. 527. ed. Nauck. *οὔτοι προσελθοῦσ' ἡ Δίκη σε, μὴ τρέσῃς, Παίσει πρὸς ἧπαρ κτέ.*

V. 316. *ἠδικημένοι*] Masculinum pro feminino, ex more tragicorum, quum plurali numero utuntur de una muliere. Sic infra 768. *μολόντες.* Hecub. 237. 511. Androm. 355 sqq. Conf. G. Hermann. ad Viger. p. 713. ed. tert. Bremi in Allgem. Schulz. 1828. n. 33. p. 260 sq. PFLUGK.

V. 317. *κρεισσόνων νικώμενοι*] Eadem structura Troad. 23. Cf. Iphig. Aul. 1357. Cycl. 454. Pindar. Nem. VIIII. 2., ubi cf. Dissen. Adde Abresch. ad Aeschyl. t. II. p. 209. Valckenar. ad Hippol. p. 217. PFLUGK.

V. 319. *μή τι βουλεύσῃς κακόν*] Falso Elmsleius *βουλεύῃς* scribendum proposuerat, quem secuti multi sunt. Potuit enim Medeae eodem iure dici: ve-

τοσῷδε δ' ἧσσον ἢ πάρος πέποιθά σοι·
γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὔτως ἀνήρ,
ῥᾴων φυλάσσειν ἢ σιωπηλὸς σοφός.
ἀλλ' ἔξιθ' ὡς τάχιστα, μὴ λόγους λέγε·
ὡς ταῦτ' ἄραρε, κοὐκ ἔχεις τέχνην, ὅπως
μένῃς παρ' ἡμῖν, οὖσα δυσμενὴς ἐμοί.

ΜΗΔΕΙΑ.

μή, πρός σε γονάτων τῆς τε νεογάμου κόρης.

ΚΡΕΩΝ.

λόγους ἀναλοῖς· οὐ γὰρ ἂν πείσαις ποτέ.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἀλλ' ἐξελᾷς με κοὐδὲν αἰδέσει λιτάς;

ΚΡΕΩΝ.

φιλῶ γὰρ οὐ σὲ μᾶλλον ἢ δόμους ἐμούς.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὦ πατρίς, ὥς σου κάρτα νῦν μνείαν ἔχω.

V. 320. *τοσῶδε γ' ἧσσον* *BC.*
V. 321. *αὔτως* libri. Scribendum omnino *αὐτῶς.* KIRCHH. v. 321. 322. est in Bekkeri Anecd. I. p. 412. apud. Suid. I. 1. p. 508.
γρ. καὶ μενεῖς
V. 525. *μένῃς* B. *μένης* CEbcd. *μενεῖς* *B*[*C*].

reor ne quid mali meditata sis et id moliare, quo: vereor ne quid meditere. Immo illud fere melius dicitur quam hoc.

V. 320. *τοσῷδε δ' ἧσσον·* *τοσούτῳ δέ, φησίν, ὅσῳ γλυκεῖα μὲν τῷ λόγῳ, ἄλλα δὲ φρονεῖς, τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιστότερος περὶ σὲ τυγχάνω ἢ πρὶν τῶν λόγων σου τούτων ἀκοῦσαι.* SCHOL.

V. 323. *μὴ λόγους λέγε*] Falso olim Valckenarius ad Phoen. 497. scripsit: *μὴ λόγους πλέκε.* Multo simplicius multoque aptius vulgata scriptura est. *λόγους λέγειν* satis usitata formula dicitur de iis, qui verba faciunt ita, ut ipsa dicendi arte vincere aut fallere alios velint. Conf. Aristophanis Acharn. 299. *μηδὲ λέγε μοι σὺ λόγον.* et rursus ibid. 302. *σοῦ δ' ἐγὼ λόγους λέγοντος οὐκ ἀκούσομαι μακρούς.*

V. 324. *ὡς ταῦτ' ἄραρε*] quoniam haec stat sententia. Androm. 255. *ὡς τοῦτ' ἄραρε, κοὐ μενῶ πόσιν μολεῖν.* PFLUGK.

V. 325. non sine idonea causa videtur dici: *μένῃς παρ' ἡμῖν, οὖσα δυσμενὴς ἐμοί.* Cf. quae supra scripsi ad v. 277. et infra ad v. 342. et 473.

V. 326. *μή, πρός σε·* *μέμφονται τῷ Εὐριπίδῃ, ὅτι πεποίηκε τὴν Μήδειαν ἐξ ὧν λέγει φανερὰν γινομένην τῷ Κρέοντι ὡς ὑπούλως* (iram dissimulans) *ἔχει πρὸς τὴν νύμφην.* SCHOL. Id non satis recte iudicatum est. Medea enim acerbissima quaeque et a sua persona maxime aliena in se suscipit, modo istud, quod in animo volvit, possit perficere, itaque muliebri astutia fortitudinem ac potestatem regum frangere conatur, quoniam alia ratione

KPEΩN.

πλὴν γὰρ τέκνων ἔμοιγε φίλτατον πόλις.

MHΔEIA.

φεῦ φεῦ· βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα.

KPEΩN.

ὅπως ἄν, οἶμαι, καὶ παραστῶσιν τύχαι.

MHΔEIA.

Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν.

KPEΩN.

ἕρπ', ὦ ματαία, καί μ' ἀπάλλαξον πόνων.

MHΔEIA.

πονοῦμεν ἡμεῖς κοὐ πόνων κεχρήμεθα.

V. 331. *πλεῖν* (*ὴν* supra scriptum ab alia manu) B. *πλὴν* ceteri. *φίλτατον ἔμοιγε πολύ* B. *ἔμοιγε φίλτατον πολύ* CcBC *ἔμοιγε φίλτατον πόλις* E[a] *ἔμοιγε φίλτατον ἐμοί* d. Kirchhoffio scribendum videtur *κἄμοιγε*. Vide adn. exeg.

V. 332. habet Stobaeus floril. LXIIII. 23. vol. II. p. 422.

V. 334. habent Athenaeus IIII. p. 156. Plutarchus Brut. 51. Appianus bell. civ. IIII. 130. Zonaras ann. 10, 20.

id quod cupit efficere non potest. Id adeo ipsa deinceps explicat v. 370 sq. *δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτε, Εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην.*

V. 331. *πλὴν γὰρ τέκνων ἔμοιγε φίλτατον πόλις*] Quod Kirchhoffius scribi voluit *κἄμοιγε*, eo opus non est. Nam referri hanc orationem ad ea, quae Medea proposuerat, iam per particulam *γάρ* significatur, qua idem se quoque sentire quod Medeam Creon pronuntiat.

V. 333. Versu praecedenti Medea amores hominibus exitiosos dixerat. Hanc sententiam Creon eo restringit, ut eventum eorum varium pro fortuna esse dicat. Apte Elmsleius commemoravit Troad. v. 1051., ubi quum Hecuba dixisset: *οὐκ ἔστ' ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ*, subiicit Menelaus: *ὅπως ἂν ἐκβῇ τῶν ἐρωμένων ὁ νοῦς.* PFLUGK.

V. 336. Speciosa est Musgravii coniectura: *πόνος μέν· ἡμεῖς δ' οὐ πόνῳ κεχρήμεθα.* Sed vulgatam recte explicavit A. Matthiae: Immo vero ego in molestia et miseriis versor nec labore careo. (Similia vide apud Brunckium ad Soph. Oed. reg. 57.) Verbi structuram idem illustravit exemplis Euripideis, Suppl. 457. *ἥκεις δὲ δὴ τί τῆσδε γῆς κεχρημένος*; Iphig. Aul. 382. *τοῦ κέχρησαι*; Elmsl. ad Heracl. 801. p. 128. ed. Lips. PFLUGK. Non est autem in his verbis frigidus iocus, quem dixit Elmsleius, sed acerbitas quaedam orationis in his Medeae verbis conspicua. Nam quum Creon se a molestia liberari cupisset, quam sibi adferret Medea, illa ait se satis habere ipsam molestiarum neque ita egere molestiis, ut in aliis eas excitare velit. Id rectissime sensit Fr. Iacobs, qui in editione Pflugkiana prima ascripserat: 'Haec exspectabatur sententia: non est talis nostra condicio, ut aliis inferentes mala nostras augeamus miserias.' Non enim ponuntur haec *ἐκ παραλλήλου*.

ΚΡΕΩΝ.

τάχ' ἐξ ὀπαδῶν χειρὸς ὠσθήσει βίᾳ.

ΜΗΔΕΙΑ.

μὴ δῆτα τοῦτό γ', ἀλλά σ' αἰτοῦμαι, Κρέον....

ΚΡΕΩΝ.

ὄχλον παρέξεις, ὡς ἔοικας, ὦ γύναι.

ΜΗΔΕΙΑ.

φευξούμεθ'· οὐ τοῦθ' ἱκέτευσά σου τυχεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

τί δ' οὖν βιάζει κοὐκ ἀπαλλάσσει χθονός;

ΜΗΔΕΙΑ.

μίαν με μεῖναι τήνδ' ἔασον ἡμέραν
καὶ ξυμπερᾶναι φροντίδ', ᾗ φευξούμεθα,
παισίν τ' ἀφορμὴν τοῖς ἐμοῖς, ἐπεὶ πατὴρ
οὐδὲν προτιμᾷ μηχανήσασθαι τέκνοις.
οἴκτειρε δ' αὐτούς· καὶ σύ τοι παίδων πατὴρ
πέφυκας· εἰκὸς δ' ἐστὶν εὔνοιάν σ' ἔχειν.
τοὐμοῦ γὰρ οὔ μοι φροντίς, εἰ φευξούμεθα,
κείνους δὲ κλαίω συμφορᾷ κεχρημένους.

V. 337. *ὠθήσῃ* B*B*. *ὠσθήσῃ* E*C*. De ceteris non constat.
V. 341. *τί δ' οὖν B*. *τί δ' αὖ* ceteri.

V. 338. *ἀλλά σ' αἰτοῦμαι, Κρέον....*] Volebat addere *ἐᾶσαί με μίαν τήνδε ἡμέραν μεῖναι*, sed interpellavit orationem Creon. Alcest. 308. *μὴ δῆτα δράσῃς ταῦτά γ', αἰτοῦμαί σ' ἐγώ.* PFLUGK.

V. 339. *ὡς ἔοικας*] pro *ὡς ἔοικε*. Euripidea dedit Elmsleius ad Heracl. 681. Soph. Elect. 516. *ἀνειμένη μέν, ὡς ἔοικας, αὖ στρέφει.* Xenoph. Conviv. 4, 53. *σὺ δ', ὡς ἔοικας, εἰ τοῦτο γένοιτο, νομίζεις ἂν διαφθαρῆναι αὐτόν;* Saepe Plato, Alcib. I. p. 109. A. Hipp. mai. p. 293. A. de re publ. II. p. 372. C. III. p. 404. D. IIII. p. 426. B. PFLUGK.

V. 340. *οὐ τοῦθ' ἱκέτευσα*] Cf. supra ad v. 224. 273.

V. 342. *μίαν με μεῖναι*] Est quaedam non quaesita, sed tamen, ut opinor, non renitente poëta nata mollitudo orationis in repetito *μ* conspicua. Nam postquam a Naekio accurate de allitteratione Latini sermonis expositum est, vide Musei Rhenani vol. III. fasc. III. p. 324 sqq., etiam de Graeco sermone amplius dubitari non poterit. Animadverterunt rem partim iam veteres grammatici; vide quae infra adferentur ad huius fab. v. 476. et quae significata sunt ad v. 276 et 325. cf. infra v. 357.

V. 343. *ᾗ φευξούμεθα*] Elmsleius *οἷ* coniecit. Falso. Illud est qua, i. e. in quam regionem aut in quam partem terrarum. Vide quae exposui ad Devar. vol. II. p. 571.

V. 345. *οὐδὲν προτιμᾷ*] non magno opere curat. Cf. Valcken. ad Hippol. 48. PFLUGK.

ΚΡΕΩΝ

ἥκιστα τοὐμὸν λῆμ' ἔφυ τυραννικόν,
αἰδούμενος δὲ πολλὰ δὴ διέφθορα·
καὶ νῦν ὁρῶ μὲν ἐξαμαρτάνων, γύναι,
ὅμως δὲ τεύξει τοῦδε· προὐννέπω δέ σοι,
εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ
καὶ παῖδας ἐντὸς τῆσδε τερμόνων χθονός,
θανεῖ· λέλεκται μῦθος ἀψευδὴς ὅδε.
νῦν δ', εἰ μένειν δεῖ, μίμν' ἐφ' ἡμέραν μίαν·
οὐ γάρ τι δράσεις δεινὸν ὧν φόβος μ' ἔχει.

ΧΟΡΟΣ.

δύστανε γύναι,

V. 358. *δράσαις* BCd. *δράσεις* *B*[*C*]. De ceteris parum constat. Kirchhoffius: 'Fort. *εἰ γάρ τι δράσαις, δεινόν· ὧν φόβος μ' ἔχει.*'
V. 359. om. *BC*. Non recte quis ageret, qui propter hanc omissionem opinaretur, revera haec omittenda esse. Nam nulla ratio excogitari mihi posse videtur, quam ob rem in anapaestis monometro

V. 352. *ὁρῶ μὲν ἐξαμαρτάνων*] Etiam *ὁρᾶν* in eorum numero verborum est, quae nominativum participii asciscunt. Thucyd. 1. 32. *καὶ ἡμεῖς ἀδύνατοι ὁρῶμεν ὄντες περιγενέσθαι.* Cf. Isocr. *π. ἀντιδ.* §. 8. PFLUGK. Vide quae supra dicta sunt ad v. 26.
V. 354 sq. Pertinet huc Cic. pro Rab. Post. 11, 29. *Nemo vestrum ignorat, etiam si experti non sumus, consuetudinem regiam. Regum autem sunt haec imperia: Animadverte et dicto pare, et: Praeter rogitatum si quippiam, et illae minae: Si te secundo lumine hic offendero, Moriere.* cl. ad Att. VII. ep. 26. §. 1. tum O. Ribbeck Tragic. Lat. reliqu. p. 39. et p. 249. et Io. Vahlen Ennianae poës. reliqu. p. 128.
V. 357. *μίμν' ἐφ' ἡμέραν μίαν*] Non satis caute scripsit Porsonus: *μίμν' ἔθ' ἡμέραν μίαν*, ut oratio melius congrueret cum v. 342. 375. 392. Nam Creontis orationi magis consentaneum est definiri terminum, quoad manere possit, accuratius. Alio enim modo dicitur in unum diem, alio unum diem manere. Atque alterum hoc loco satius est dici, ut concedatur Medeae in hunc diem, qui commodum agitur, manere, sed prius, quam alter dies illuxerit, ut hinc proficiscatur.
V. 358. *οὐ γάρ τι δράσεις δεινόν*] i. e. neque enim credo te diri quidquam effecturam esse (in hoc tempore) earum rerum, quas metuo. Optativum, quo mera rei cogitatio, non ad eventum revocata ponitur, in hunc locum cadere non nego, vide G. Hermann. de *ἄν* particula p. 161., quamquam *δράσεις* futurum eodem iure obtineri potest. Ad verba *δεινὸν ὧν φόβος μ' ἔχει* i. e. *δεινόν τι τοιούτων ὧν*, recte Schoenius attulit Soph. Philoct. 52. *ἤν τι καινὸν ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας κλύῃς.* His verbis denuntiatis Creon discedit.
V. 359 sqq. iam chorus locum, in quo constiterat, mutat, anapaestis versibus statum, in quo Medea sit, deplorans.

φεῦ φεῦ, μελέα τῶν σῶν ἀχέων.
ποῖ ποτε τρέψει; τίνα προξενίαν
ἢ δόμον ἢ χθόνα σωτῆρα κακῶν
ἐξευρήσεις;
ὡς εἰς ἄπορόν σε κλύδωνα θεός,
Μήδεια, κακῶν ἐπόρευσε.

ΜΗΔΕΙΑ.

κακῶς πέπρακται πανταχῇ· τίς ἀντερεῖ;
ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πω.
ἔτ' εἴσ' ἀγῶνες τοῖς νεωστὶ νυμφίοις,
καὶ τοῖσι κηδεύσασιν οὐ σμικροὶ πόνοι.
δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτε,

abstinuerint poëtae, quod olim Seidlero visum erat in Epist. ad Lobeckium ad calcem Aiacis p. 433.

V. 361. πρὸς ξενίαν BCbcd *C*. προξενίαν *B*.

V. 366. πανταχοῦ Scriptor Christ. pat. v. 1063.

ς
V. 367. πως B πω C πῶ ceteri cum Script. Christ. pat. 1064.

V. 369. μικροί BC.

V. 370. ποτ' ἂν *B*[*C*].

V. 362. σωτῆρα] Animadverte generis quam dicunt enallagen in hoc vocabulo satis frequentem. Soph. Oed. reg. 80. εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ Σωτῆρι βαίη. Philoct. 1470. Νύμφαις ἐπευξάμενοι νόστου σωτῆρος ἱκέσθαι. Adde Aesch. Agam. 672. Eurip. Electr. 993. PFLUGK. Idem, quod a Graecis etiam in aliis eius modi substantivis factum est, fecerunt etiam Latini, veluti Plaut. Trin. I. 2, 70 (107). *Id ita esse ut credas rem tibi auctorem dabo.* Livius VII. 40. *omissis ira et spe fallacibus auctoribus.* Ovid. fast. VI. 709. *Sum tamen inventrix auctorque ego carminis huius.*

V. 366. τίς ἀντερεῖ] Alc. 615. ἐσθλῆς γὰρ — οὐδεὶς ἀντερεῖ — καὶ σώφρονος γυναικὸς ἡμάρτηκας. Cf. Hipp. 402. PFLUGK. Adde Alc. 152. πῶς δ' οὐκ ἀρίστη; τίς δ' ἐναντιώσεται; ibid. 1083. γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακες· τίς ἀντερεῖ;

V. 367. ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα] in his verbis non sine causa vox similis simili et ab eadem ductae origine succedit, cf. Aeschyli Prometh. 510. οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω τελεσφόρος Κρᾶναι πέπρωται. Cf. Aristophanis Equit. 839. οὐκ, ὦ 'γαθοί, ταῦτ' ἐστί πω ταύτῃ μὰ τὸν Ποσειδῶ. Itaque vertit Ennius, cuius verba leguntur apud Cic. de nat. deor. III. 25, 65., pro ingenio Latinae linguae ipse quoque eadem orationis forma usus, haec rectissime: *Nequaquam istuc istac ibit: magna inest certatio. Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia?* Cf. O. Ribbeck Tragic. Lat. reliqu. p. 39. et rursus p. 249. Io. Vahlen Ennianae poësis reliqu. p. 129. Ceterum facile in hoc quidem loco et in locis huius similibus, ubi verbum appositum non est ad perficiendam sententiam, intellegitur ἀποβήσεται vel aliquid eius modi. Vide Valckenar. ad Hipp. 41.

εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;
οὐδ' ἂν προσεῖπον, οὐδ' ἂν ἡψάμην χεροῖν.
ὁ δ' εἰς τοσοῦτον μωρίας ἀφίκετο,
ὥστ', ἐξὸν αὐτῷ τἄμ' ἑλεῖν βουλεύματα
γῆς ἐκβαλόντι, τήνδ' ἀφῆκεν ἡμέραν
μεῖναί μ', ἐν ᾗ τρεῖς τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν νεκροὺς
θήσω, πατέρα τε καὶ κόρην πόσιν τ' ἐμόν.
πολλὰς δ' ἔχουσα θανασίμους αὐτοῖς ὁδούς,
οὐκ οἶδ', ὁποίᾳ πρῶτον ἐγχειρῶ, φίλαι·
πότερον ὑφάψω δῶμα νυμφικὸν πυρί,
ἢ θηκτὸν ὤσω φάσγανον δι' ἥπατος
σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος.
ἀλλ' ἕν τί μοι πρόσαντες· εἰ ληφθήσομαι
δόμους ὑπερβαίνουσα καὶ τεχνωμένη,
θανοῦσα θήσω τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς γέλων.

V. 378. est in Bekkeri Anecd. I. p. 99.
V. 382. ἐσβᾶσ' *C.*

V. 371. **εἰ μή τι κερδαίνουσαν κτἑ.**] De constructione conf. Aeschyli Agam. 1109. **ποῖ δή με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες; οὐδέν ποτ' εἰ μὴ ξυνθανουμένην. τί γάρ;** Vide quae adnotavimus ad Devarium vol. II. p. 524.

V. 373 sq. ὁ δ' εἰς τοσοῦτον μωρίας ἀφίκετο κτἑ.] Haec Ennius vertit paulo liberius apud Cic. de nat. deor. III. 26, 60. ita: *Ille transversa mente mi hodie tradidit repagula, Quibus ego iram omnem recludam atque illi perniciem dabo: Mihi maerores, illi luctum, exitium illi, exsilium mihi.* quorum postrema pertinent ad v. 402 sq. Cf. O. Ribbeck l. c. p. 39. et rursus p. 249 sq. Io. Vahlen l. c. p. 129.

V. 374. ἑλεῖν] occupare vincere, et v. sequ. ἀφῆκεν, remisit. PFLUGK.

V. 375. γῆς ἐκβαλόντι] Quod Elmsleius coniectura scribi voluit **ἐκβαλόντα**, commemoro concinniorem orationem videri, si ἐκβαλόντι retineas. Vide v. 446. 1227.

V. 381. ἢ θηκτόν· ὧδε καλῶς κεῖται. Δίδυμος σημειοῦται, ὅτι κακῶς οἱ ὑποκριταὶ τάσσουσιν ἐπὶ τῶν δύο τὸ σιγῇ δόμους εἰσβᾶσα, καύσω ἢ σφάξω αὐτούς. Hoc sibi vult: verba σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος rettulerant etiam ad v. 380., quum pertinerent tantummodo ad v. 381. Minus etiam apte Didymus illum versum post v. 358. collocari voluerat. Ceterum iam supra ad v. 41. dixi ne hoc quidem loco repetitum versum ullo modo pro suppositicio haberi posse. Accurate enim novisse debebat nutrix Medeae animum atque ingenium dominae suae. Hinc illa ita antea descripsit, qualem se praebitura esset Medea, ut tum, quum res ipsa iam ageretur, veritas illius descriptionis morum, quae facta erat a nutrice, etiam in singulis verbis exstaret. Quis enim vituperet hoc, poëtam sibi ipsum constitisse?

κράτιστα τὴν εὐθεῖαν, ᾗ πεφύκαμεν
σοφαὶ μάλιστα, φαρμάκοις αὐτοὺς ἑλεῖν.
εἶεν·
καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις;
τίς γῆν ἄσυλον καὶ δόμους ἐχεγγύους
ξένος παρασχὼν ῥύσεται τοὐμὸν δέμας;
οὐκ ἔστι. μείνασ' οὖν ἔτι σμικρὸν χρόνον,
ἢν μέν τις ἡμῖν πύργος ἀσφαλὴς φανῇ,
δόλῳ μέτειμι τόνδε καὶ σιγῇ φόνον·
ἢν δ' ἐξελαύνῃ ξυμφορά μ' ἀμήχανος,
αὐτὴ ξίφος λαβοῦσα, κεἰ μέλλω θανεῖν,
κτενῶ σφε, τόλμης δ' εἶμι πρὸς τὸ καρτερόν.

V. 387. ἑλεῖν (κτανεῖν) B. ἑλεῖν CEabcd. *κτανεῖν B* κτανεῖν (γρ. ἑλεῖν) *C*.
V. 391. δέμας τόδε Scriptor Chr. pat. 890.
V. 396. κἂν μέλλω bc.

V. 386. τὴν εὐθεῖαν] Scil. ὁδόν. Sic Plutarch. vit. Themistocl. 3. τὴν ἐναντίαν ἀεὶ πορευόμενον αὐτῷ. Cf. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 282. Hinc simul intellegis brevius elocutum esse Euripidem quae plene sic oportebat: κράτιστα τὴν εὐθεῖαν πορευομένην — φαρμάκοις αὐτοὺς ἑλεῖν sive mavis πορεύεσθαι, ut alter infinitivus explicative sit adiectus, quem ad modum apud Platonem Menex. p. 235. B. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ταὐτὰ ταῦτα δοκοῦσί μοι πάσχειν καὶ πρὸς ἐμὲ καὶ πρὸς τὴν πόλιν, θαυμασιωτέραν αὐτὴν ἡγεῖσθαι εἶναι ἢ πρότερον. PFLUGK.

V. 387. σοφαὶ μάλιστα] Quod putaverunt haec ad unam Medeam pertinere, coniecerunt scribendum esse σοφοὶ μάλιστα, quod, si ad unam Medeam oratio spectaret, necesse esset scribi, qua de re conf. G. Hermannum ad Viger. p. 715. ed. tert. et quae supra ad v. 317. adlata sunt, sed pertinent haec ad universum genus mulierum, in quam rem vide quae infra dicentur ad v. 410 sqq.

V. 389. καὶ δὴ τεθνᾶσι] fac mortuos esse. De hoc usu particularum καὶ δή post G. Hermannum ad Viger. p. 837. n. 331. dixit Elmsleius, laudans infra v. 1107. Aristoph. Vesp. 1219. Adde Euripid. Helen. 1059. καὶ δὴ παρεῖκεν. Lucian. de merc. cond. §. 12. εἶεν, καὶ δὴ εὐτύχηταί σοι πάντα τῆς εὐχῆς μειζόνως. PFLUGK. Vide quae dixi ad Devarium vol. II. p. 646 sq.

V. 393. πύργος] praesidium. Alcest. 311. καὶ παῖς μὲν ἄρσην πατέρ' ἔχει πύργον μέγαν. PFLUGK. Addidit Fr. Iacobs Alcaei fragm., quod Th. Bergk in Anthol. lyric. p. 276. sic scriptum edidit: Ἄνδρες πόληος πύργος ἀρήιοι.

V. 396. κεἰ μέλλω θανεῖν] Pauci libri κἂν μέλλω θανεῖν. Conf. Eurip. Ion. 760. εὑρήσεταί τοι, κεἰ θανεῖν μέλλω διπλῇ.

V. 397. τόλμης δ' εἶμι πρὸς τὸ καρτερόν] Sophocles ab Elmsleio laudatus Creus. fragm. I. [p. 164. n. 324 ed Nauck.] ὅστις δὲ τόλμης πρὸς τὸ δεινὸν

οὐ γάρ, μὰ τὴν δέσποιναν, ἣν ἐγὼ σέβω
μάλιστα πάντων καὶ ξυνεργὸν εἱλόμην,
Ἑκάτην, μυχοῖς ναίουσαν ἑστίας ἐμῆς,
χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.
πικροὺς δ' ἐγώ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους,
πικρὸν δὲ κῆδος καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός.
ἀλλ' εἶα· φείδου μηδὲν ὧν ἐπίστασαι,
Μήδεια, βουλεύουσα καὶ τεχνωμένη·
ἕρπ' εἰς τὸ δεινόν· νῦν ἀγὼν εὐψυχίας.
ὁρᾷς ἃ πάσχεις; οὐ γέλωτα δεῖ σ' ὀφλεῖν
τοῖς Σισυφείοις τοῖς τ' Ἰάσονος γάμοις,

V. 398 sqq. risit Eupolis Dem. 2.
V. 402. σφι CE. Conf. Phil. Buttmann. Lexilog. I. p. 60, ed. sec.
V. 404. Eustathius in Il. vol. I. p. 107, 26.
V. 406. τὰ δεινά Scriptor Chr. pat. 481.
V. 407. καὶ γέλωτα C. ὀφλεῖν Elmsleius. ὄφλειν libri.

ἔρχεται. Euripides Heracl. 562. ἐπεὶ σφαγῆς γε πρὸς τὸ δεινὸν εἶμ' ἐγώ. PFLUGK. Vide infra v. 406. ἕρπ' εἰς τὸ δεινόν.

V. 398—401. οὐ γὰρ — ἀλγυνεῖ κέαρ] Haec παρῳδεῖ Eupolis apud Longinum περὶ ὕψους c. 26. οὐ γάρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην, Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ. Verba sunt Miltiadis, ni fallor, in fabula Δήμοις, de qua videndus Valckenar. Diatrib. p. 252. ELMSLEIUS. Cf. A. Meineke fragm. comicor. Gr. vol. II. p. 457. n. 2. et Toupium ad Longini l. c.

V. 399. ἣν ἐγὼ σέβω μάλιστα πάντων] Masculinum genus πάντων propterea hic positum, quod non solum deas, verum etiam deos omnes intellegit, cf. Cic. Tim. 10. *Iam vero Terram — antiquissimam deorum omnium voluit esse eorum, qui intra caelum gignerentur.* Ceterum similiter invocat Medea Hecaten apud Ovid. Metam. VII. 194. *Tuque triceps Hecate, quae coeptis conscia nostris adiutrixque venis.* cl. Seneca Med. 6 sq.

V. 402 sq. vertit haec quoque Ennius liberius. Vide quae supra adlata sunt ad v. 373.

V. 406. νῦν ἀγὼν εὐψυχίας] Vergil. Aen. VI. 252. *Nunc opus est animis, opus est et pectore firmo.*

V. 407. ὁρᾷς ἃ πάσχεις] Derisit haec Aristoph. Nub. 662. ὁρᾷς ἃ πάσχεις, τήν τε θήλειαν καλεῖς Ἀλεκτρυόνα κατὰ ταὐτὸ καὶ τὸν ἄρρενα.

V. 408. τοῖς Σισυφείοις] Non sine quadam orationis acerbitate Sisyphias dicit Medea has nuptias, quod Sisyphus, antiquus Corinthiorum rex ab Atheniensibus maxime male audiebat, quos, quoad vixit, latrociniis suis satis vexavisse perhibetur: ab illo autem genus ducebat Glauce, quam in matrimonium duxerat Iaso. Sensit hoc iam Hesychius: Σισυφείοις· Κορινθίοις κακοῖς, ἀπὸ Σισύφου βασιλέως. Hinc Ulixes apud Ovidium Metam. XIII. 31. dicitur: *sanguine cretus Sisyphio furtisque et fraude simillimus illi.* Similiterque Laomedontea dicitur Troia apud Vergilium Georg. I. 502. *Satis iam pridem sanguine nostro Laomedonteae luimus periuria Troiae.*

γεγῶσαν ἐσθλοῦ πατρὸς Ἡλίου τ' ἄπο.
ἐπίστασαι δέ· πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν,
γυναῖκες, εἰς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώταται,
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'.

ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί,

V. 411. *ἐς* C.

V 411. 412. habent Stobaeus floril. LXXIII. 32. vol. III. p. 48. Eumathius III. p. 538, 32. Didot. Schol. Aristoph. Lysistr. 368.

V. 413. Metra stropharum:

α'.

⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – –
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ –
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏓ –́ ⏑ – ⏒
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ –
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ – –

β'.

⏑ –́ ⏑ – –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏓
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
⏒ – ⏑⏑ – ⏑ – –
⏑ –́ ⏑⏑ – –

V. 413. habet Zenobius II. 56. Schol. Theocr. I. 133. Suidas T. I. P. I. p. 458. Theodorus Metoch. p. 578. Schol. Luciani p.

V. 409. *Ἡλίου τ' ἄπο*] Medea enim per patrem Aeeten, qui erat filius Solis e Perseide, genus ducebat ab Sole. Cf. Apollod. bibl. I. 9, 1. ibique Heynium.

V. 410 sqq. Iniuria hos tres versus Hartungius in diss. de Euripidis fabularum interpolatione, quam in exordio Iphigeniae Aul. p. 33. posuit, Euripidis esse negavit. Nam quod ille dixit hos versus non cadere in ingenium Medeae, et, si caderent, certe non fuisse a Medea ipsa pronuntianda, nihil ego eius modi possum in istis verbis agnoscere. Medeam enim sibi consciam esse artium malarum, id nos minime potest offendere, praesertim quum adrogantiam deprecentur verba ea, quae mox transferunt rem ad universum genus mulierum. Si quis autem hoc dicat, non recte instituisse poëtam, ut haec profitentem ipsam Medeam faceret, mulieres omnium malarum rerum artifices esse, ne id quidem nobis poterit offensioni esse, quod illae artes, quamvis sint malignae atque perniciosae, Medeae tamen iure in Iasonem atque in eos omnes, quos sibi inimicos esse existimat, adhiberi videntur.

V. 412. *τέκτονες*] Cycl. 476. *Σιγᾶτε νῦν· δόλον γὰρ ἐξεπίστασαι· Χὤταν κελεύω, τοῖσιν ἀρχιτέκτοσι Πείθεσθ'.* PFLUGK. De Latinis conf. Cic. Cluent. 22, 60. *architectus sceleris.* et Plauti mil. glor. III. 3, 28 (901).

V. 413. Propter insignem la-

καὶ δίκα καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.
ἀνδράσι μὲν δόλιαι βουλαί, θεῶν δ'
οὐκέτι πίστις ἄραρε·
τὰν δ' ἐμὰν εὔκλειαν ἔχειν βιοτὰν
στρέφουσι φᾶμαι·
ἔρχεται τιμὰ γυναικείῳ γένει·
οὐκέτι δυσκέλαδος φάμα γυναῖκας ἕξει.

ἀντιστροφὴ α'.

μοῦσαι δὲ παλαιγενέων λήξουσ' ἀοιδᾶν
τὰν ἐμὰν ὑμνεῦσαι ἀπιστοσύναν.

68. Iacob. Firmus Epist. 5. in Muratori Anecd. p. 285. *παγαί* (η supra α) B. *πηγαί BC.*

V. 414. *καὶ πάλιν πάντα BC.*

V. 418. *στρέψουσι* vel *στέψουσι* P. Elmsleius. *στρέφουσι* libri. *φῆμαι* c.

V. 421. *λήξουσιν* libri. Correxit Heathius. *ἀοιδῶν* C. *ἀοιδᾶν* ceteri cum Schol.

V. 422. *ὑμνέουσαι* BCc. *ὑμνεῦσ' C.* *ὑμνεῦσαι* d*B*. Eustathius in Il. vol. I. p. 634, 13. Vide infra adnot. exeget.

sonis perfidiam sperat chorus fore, ut iam non, ut olim, mulieres, sed viri male audiant. Medeae autem condicionem longe miserrimam deflet, quippe quae patria, viro, domicilio privata, nullo relicto perfugio pellatur. — *Ἄνω ποταμῶν· Παροιμία,* inquit Hesychius, *ἐπὶ τῶν ἐπ' ἐναντία γενομένων. κέχρηνται καὶ Αἰσχύλος καὶ Εὐριπίδης.* Sic Suppl. 520. *ἄνω γὰρ ἂν ῥέοι Τὰ πράγμαθ' οὕτως, εἰ 'πιταξόμεσθα δή.* Cf. Lucian. dial. mort. VI. 2. de merc. cond. §. 1. Diog. Laërt. VI. 36. PFLUGK. Adde Demosth. de falsa leg. §. 287. Bekk. p. 433, 24. Reisk. *ἀλλὰ δῆτα ἄνω ποταμῶν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ πάντες — ἐῤῥύησαν λόγοι.* De Latinis conf. Ovid. epist. V. 29 sq. De adiectivo *ἱερῶν* vide quae dicta sunt supra ad v. 69.

V. 418. *στρέφουσι φᾶμαι*] Recte vidit G. Hermannus ad hanc sententiam unice verum esse verbum *στρέφειν*, quod Elmsleius cum verbo *στέφειν* ita commutari voluerat, ut scriberetur *στέψουσιν*. Constructio autem non ita explicanda est, ut, quod A. Matthiae et Pflugkius olim statuerant, *στρέφουσι* intransitive diceretur, sed id potius dicitur ita, ut fere sit idem quod: Fama vertendo efficit, ut nostra vita laudem inveniat. Quod autem in antistropha in illa sede longa syllaba est, Elmsleius, si non *στέψουσι* acciperetur, *στρέψουσι* scribendum proposuerat, quem plerique grammatici praeter Kirchhoffium et me secuti sunt. Pflugkius sic istud incommodi tolli voluit, ut hanc et praecedentem versum in unum coniungeret, quo forma versus perfrequens efficeretur:

–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ –́ ⏑ – ⏓.

V. 421. *παλαιγενέων — ἀοιδᾶν*] Respexisse videtur Homeri Odyss. XI. 456. *ἐπεὶ οὐκέτι πιστὰ γυναιξίν.* et Hesiod. *ἔργ. κ. ἡμ.* 373. *ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φηλήτῃσιν.* Ceterum similem spem chorus fovet in Ione v. 1109 sqq. PFLUGK.

V. 422. *ὑμνεῦσαι*] De forma Ionica, quam praeter multos

οὐ γὰρ ἐν ἁμετέρᾳ γνώμᾳ λύρας
ὤπασε θέσπιν ἀοιδὰν
Φοῖβος, ἁγήτωρ μελέων· ἐπεὶ ἀντ-
άχησ' ἂν ὕμνον
ἀρσένων γέννᾳ· μακρὸς δ' αἰὼν ἔχει

V. 424. ἔπνευσε pro ὤπασε a.
V. 425. Eustathius in Il. vol. I. p. 20, 28. ἀντάχησαν libri.
ὕμνον
V. 426. ὕμνοις B. ὕμνον ceteri. De Schol. vide infra adnot. exeg.

codices tuentur etiam Schol. ad h. l. et Eustathius in Il. vol. I. p. 634, 13., disputavit Elmsleius adferens duo ex Euripideis fabulis exempla, ἀύτευν Hippol. 167. et μυθεῦσαι Iphig. Aul. 789., ubi Matthiae rescripsit μυθεύουσαι. item duo Aeschyli ex Prometh. 121. εἰσοιχνεῦσιν et 646. πολεύμεναι. PFLUGK. De vi ac potestate verbi ὑμνεῖν conf. Eustathium, qui l. c. haec habet: τὸ ὑμνεῖν φαύλως ἐκλαμβάνεταί ποτε κατὰ βαρεῖαν ἀντίφρασιν. Σοφοκλῆς (El. 375.) ὑμνεύσεις κακά, ἤγουν ὑβρίσεις. καὶ ἐν Οἰδίποδι τυράννῳ (1375)· τοιαῦτ' ἐφυμνῶν ἤγουν δυσφημῶν. Αἰσχύλος (Sept. adv. Theb. 7)· ὑμνεῖται ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις πολυρρόθοις καὶ Εὐριπίδης (Med. l. c.)· τὴν ἐμὴν ὑμνεῦσαι ἀπιστοσύνην ἤγουν κακολογοῦσαι. καὶ ἐπεὶ ἀντάχησαν ὕμνοι, αἱ κατὰ τῶν ἀνδρῶν ὕβρεις δηλαδή.

V. 423. ἐν ἁμετέρᾳ γνώμᾳ] τὸ ἐν ἡμετέρᾳ γνώμῃ ἀντὶ τοῦ γυναικείᾳ φύσει οὐ δέδωκεν ὁ Ἀπόλλων ἤτοι ἡμῖν ταῖς γυναιξὶ τὸ δύνασθαι λέγειν. SCHOL. De hoc exquisitiore usu praepositionis ἐν pro simplici dativo conf. Iphig. Aul. 579 sqq. ὃς τᾶς Ἑλένας Ἐν ἀντωποῖς βλεφάροισιν Ἔρωτα δέδωκας. et quae Porsonus ad huius fab. v. 626. p. 68 sq. ed. in Germ. III. adnotavit. In ὤπασε Homericae dictionis vestigia invenisse sibi visus est Elmsleius comparans Odyss. VIII. 498. ὡς ἄρα τοι πρόφρων θεὸς ὤπασε θέσπιν ἀοιδήν. Poterat etiam Hesiodum appellare Theog. 442. ῥηϊδίως δ' ἄγρην κυδνὴ θεὸς ὤπασε πολλήν. cl. 973. aut Pindarum Olymp. VI. 111 (65). ἔνθα οἱ ὤπασε θησαυρὸν δίδυμον Μαντοσύνας. aut quemvis poëtam vetustiorem. cf. etiam infra v. 514.

V. 425 sqq. Nam si mihi versuum pangendorum facultas esset, occinerem viris carmen, plenum scilicet opprobriorum, qualia multa longa aetas et de nostra et de virorum condicione suppeditat. PFLUGK. Scite Scholiastes narratiunculam de leone huc vocavit. Λέων γάρ, inquit, ἰδὼν λέοντα ὑπὸ ἀνδρὸς ἀγχόμενον ἐν γραφῇ εἶπε· καὶ ἡμεῖς εἰ ᾔδειμεν γράφειν ἢ πλάσσειν, ἔμπαλιν ἂν οἱ ἄνθρωποι ἐτίθεντο ἀγχόμενοι ὑπὸ λεόντων.

Ibid. ἐπεὶ ἀντάχησ' ἂν ὕμνον] Hoc, ut esset pro ἀντάχησα ἄν, recte Ios. Scaliger primus restituit, quem omnes fere critici secuti sunt. Sic transitive dicitur etiam, quamquam alio quodam modo, in Alcest. 423. πάρεστε καὶ μένοντες ἀντηχήσατε Παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ. Etenim illa scriptura, quae videtur indicari a Schol. et Eustathio l. c. ἀντάχησαν ὕμνοι, ut hoc intransitive dicatur, iam propterea locum habere non potest, quia ἂν particula hoc loco carere non possumus.

πολλὰ μὲν ἁμετέραν ἀνδρῶν τε μοῖραν εἰπεῖν.

στροφὴ β'.

σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρῴων ἔπλευσας
μαινομένᾳ κραδίᾳ, διδύμας ὁρίσασα πόντου
πέτρας· ἐπὶ δὲ ξένᾳ
ναίεις χθονί, τᾶς ἀνάνδρου
κοίτας ὀλέσασα λέκτρον
τάλαινα, φυγὰς δὲ χώρας
ἄτιμος ἐλαύνει.

ἀντιστροφὴ β'.

βέβακε δ' ὅρκων χάρις, οὐδ' ἔτ' αἰδὼς

V. 429. **πατρῴων**] Sic libri omnes. Propter metrum olim scriptum erat **πατρίων**, quod iniuria probavit Elmsleius. Nam neque sententia concedit, ut **πατρῴων** in **πατρίων** mutemus, et metrum hic correptionem syllabae paenultimae facile patitur. Vid. G. Hermann. ad h. l. et ad Hecub. 80.

V. 430. *διδύμας* BCE*B*. *δίδυμος* b. De ceteris non constat.

V. 431. *ξείνᾳ* (*ξείνῳ* d. *ξεῖνον* *C*) omnes.

V. 436. *βέβακεν ὅρκων* *B*.

V. 428. Post **πολλὰ μὲν ἁμετέραν** ex vulgari consuetudine dicere debebat: **πολλὰ δὲ τὴν τῶν ἀνδρῶν μοῖραν εἰπεῖν** (cf. Reiz. ad Viger. p. 841. ed. tert.), sed hoc, ut alibi saepe, reliquit Euripides. Cf. adnot. ad v. 125. PFLUGK.

V. 430. *μαινομένᾳ κραδίᾳ*] Cf. Aeschyli Sept. adv. Theb. 780 sq. *ἐπ' ἄλγει δυσφορῶν Μαινομένᾳ κραδίᾳ Δίδυμα κάκ' ἐτέλεσεν.* et Hippol. 1264. *θέλγει δ' Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ Πτανὸς ἀφορμάσῃ Χρυσοφαής.* Vertit haec Ennius apud Non. p. 297, 18. *Utinam ne umquam, Medea, Colchis cupido corde pedem extulisses.* Cf. Th. Bergk. in Mus. Rhen. III. a. 1835. p. 71. A. Meineke in Analect. Alex. p. 45 sq., tum O. Ribbeck Tragicor. Lat. reliqu. p. 41. et praef. p. IX. Io. Vahlen Ennianae poës. reliqu. p. 130.

Ibid. *ὁρίσασα*] egressa. Rariorem voc. significationem illustravit Musgravius ex Aeschyli Suppl. 553 (547). *διχῇ δ' ἀντίπορον γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα, πόρον κυματίαν ὁρίζει*, et Euripidis Heracl. 16. *ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἐξορίζοντες πόλιν.* PFLUGK. Conferri poterit Latinum verbum legere, veluti *legere pontum* dicitur a Vergilio Aen. II. 207. *l. mare Ionium Icariumque* ab Ovidio fast. IIII. 566. *l. oram* a Livio XXI. 51. atque alia id genus multa.

V. 432. *τᾶς ἀνάνδρου κτέ.*] Aeschyl. Pers. 302. *ὅστ' ἐπὶ σκηπτουχίᾳ Ταχθεὶς ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανών.* FR. IACOBS.

V. 433. *κοίτας — λέκτρον*] De hac accurata ac subtili lecti descriptione conferas similem Sophoclis locum Antig. 410 sqq. *ἡ παῖς ὁρᾶται, κἀνακωκύει πικρῶς Ὄρνιθος ὀξὺν φθόγγον, ὡς ὅταν κενῆς Εὐνῆς νεοσσῶν ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος.* Rost gr. Gr. §. 140. 4. c. p. 774. ed. sept.

V. 436. *οὐδ' ἔτ' αἰδὼς — αἰθερίᾳ δ' ἀνέπτα*] Cf. Hesiodi ἔργ. κ. ἡμ. 197 sqq. *καὶ*

Ἑλλάδι τᾷ μεγάλᾳ μένει, αἰθερία δ' ἀνέπτα.
σοὶ δ' οὔτε πατρὸς δόμοι,
δύστανε, μεθορμίσασθαι
μόχθων πάρα, τῶν δὲ λέκτρων
ἄλλα βασίλεια κρείσσων
δόμοισιν ἐπέστα.

ΙΑΣΩΝ.

οὐ νῦν κατεῖδον πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις
τραχεῖαν ὀργὴν ὡς ἀμήχανον κακόν.
σοὶ γὰρ παρὸν γῆν τήνδε καὶ δόμους ἔχειν

V. 437. *μίμνει B*, fortasse etiam *C*.
V. 441. *ἀλλὰ* libri. Correxit Heathius.
V. 442. *δόμοις* Bbd*BC*. *δόμοισιν* Musurus. De ceteris libris non constat. *ἀνέστη* B. *ἐπέστη* Cd. *ἐπέστα* [*BC*] *μετέστη* bc.
V. 443. 444. habet Stobaeus floril. XX. 35. vol. I. p. 336.

τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης Λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν Ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους Αἰδὼς καὶ Νέμεσις. cl. Ovid. Metam. I. 149 sq.

V. 438 sqq. **σοὶ δ' οὔτε πατρὸς δόμοι — μεθορμίσασθαι μόχθων πάρα**] Recte libri **πάρα**, ut id sit idem quod **πάρεισιν**. De formula autem ipsa vide adnot. ad v. 260. Quod autem Porsonus in altero membro post **οὔτε** non **δέ**, sed **τὲ** scribi voluit, id iure repudiavit G. Hermann. 'Saepe', inquit, 'inter se **τὲ** et **δὲ** ibi respondent, ubi singula membra et verbum suum habent et res eius modi est, ut quae per **τὲ** et partes disiungi coepta erant, etiam opponi inter se possint. Sophocles Oed. Col. 367. **πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρως Κρέοντί τε Θρόνους ἐᾶσθαι, μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν.** Vide Brunck. ad Aesch. Sept. adv. Theb. 835. Sic etiam Latini et et autem coniungunt. Est autem in his rebus illa quam dicunt grata neglegentia posita, quae libera ab exili grammaticorum severitate ita quoque in loco conformat orationem, uti sententia postulat'. Haec Hermannus. Conferas quae dixi ad Devarium, vol. II. p. 714. et quae disputavi ad Orest. 292. p. 65.

V. 440. **τῶν δὲ λέκτρων**] quod de Porsoni coniectura plerique grammatici nunc ediderunt **σῶν δὲ λέκτρων**, id satis mirari non queo. Hoc enim tum demum necessarium esse videretur, si non praecederet haec distinctio **οὔτε πατρὸς δόμοι.** Nunc autem tantum abest, ut languidum sit **τῶν δὲ λέκτρων κτέ.**, ut id aptissime dicatur propterea, quod fortius opponitur **τῶν δὲ λέκτρων** quam **σῶν δὲ λέκτρων.** Laudo igitur Kirchhoffium, qui solus, quantum scio, recentiorum criticorum librorum auctoritatem obtinuit.

V. 443. **οὐ νῦν κατεῖδον πρῶτον κτέ.**] Vide quae dicta sunt supra ad v. 294.

V. 445 sqq. **σοὶ γὰρ παρὸν κτέ.**] Quod Elmsleius dixit elegantius fuisse: **Σὺ γάρ, παρὸν γῆν τήνδε καὶ δόμους ἔχειν, Κούφως φέρουσαν κρεισσόνων βουλεύματα, Λόγων ματαίων οὕνεκ' ἐκπεσεῖ χθονός.**, dupliciter ille falsus est. Nam multo concinnior ideoque etiam elegan-

κούφως φερούσῃ κρεισσόνων βουλεύματα,
λόγων ματαίων οὕνεκ' ἐκπεσεῖ χθονός.
κἀμοὶ μὲν οὐδὲν πρᾶγμα, μὴ παύσῃ ποτὲ
λέγουσ' Ἰάσων ὡς κάκιστός ἐστ' ἀνήρ·
ἃ δ' εἰς τυράννους ἐστί σοι λελεγμένα,
πᾶν κέρδος ἡγοῦ ζημιουμένη φυγῇ.
κἀγὼ μὲν ἀεὶ βασιλέων θυμουμένων
ὀργὰς ἀφῄρουν καί σ' ἐβουλόμην μένειν,
σὺ δ' οὐκ ἀνίεις μωρίας, λέγουσ' ἀεὶ
κακῶς τυράννους· τοιγὰρ ἐκπεσεῖ χθονός.
ὅμως δὲ κἀκ τῶνδ' οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις

V. 448. *μὴ οὐ παύσῃ* H. Sauppe.
V. 449. *Ἰάσον'* Elmsleius.
V. 452. *ἀεί* BC*B*.
V. 454. *ἀνίης* A. Matthiae.
V. 455. *ἐκπεσεῖ B*.

tior oratio est, si *σοὶ γάρ*, quam si *σὺ γάρ* dicitur, in quam rem comparari potest, quem ipse laudavit, Sophoclis locus Antig. 76. *σοὶ δ' εἰ δοκεῖ, Τὰ τῶν θεῶν ἔντιμ' ἀτιμάσας ἔχε*, quem tamen locum male Elmsleius mutatum cupit. Elegantior etiam oratio est, si *φερούσῃ* quam si *φέρουσαν* legitur, qua de re dixi ad v. 375. *γῆς ἐκβαλόντι.*

V. 448 sq. *κἀμοὶ μὲν οὐδὲν πρᾶγμα, μὴ παύσῃ κτέ.*] Atque mihi quidem nihil negotii facessit quo verear ne tu umquam desinas me dicere etc. Nam sine dubio tu numquam desines de me detrahere atque in personam meam contumelias dicere. Subtili illa quidem, sed acerba ironia dicuntur haec. Elevatur autem huius rei gravitas et significatur huic rei multum tribuendum non esse eo, quod deinceps ponuntur haec: *ἃ δ' εἰς τυράννους* et quae sequuntur, quae periculosiora esse dicuntur Medeae. Sauppius locum parum intellexit, quod *μὴ οὐ* pro *μὴ* reponendum esse putavit.

V. 450 sq. Verte: ad probra in reges iacta quod attinet, vel maxime te felicem praedica, quae non graviorem exsilio poenam subieris. *Τύραννοι*, ut mox *βασιλεῖς*, intellegi videntur Creon et Glauce. Diodorus Sic. XVIIII. 52. *Εὐρυδίκην καὶ Φίλιππον τοὺς βασιλεῖς.* Cf. interpp. ad Liv. I. 39, 2. — *πᾶν κέρδος ἡγοῦ.* Heracl. 959. *καὶ κερδανεῖς ἅπαντα.* PFLUGK.

V. 454. *σὺ δ' οὐκ ἀνίεις*] Recte Elmsleius obtinuit hanc omnium librorum scripturam, quam A. Matthiae in praesens *ἀνίης* mutaverat. Ponuntur enim haec omnia, *ἀφῄρουν* et *ἐβουλόμην* et *ἀνίεις*, uno eodemque modo. Nam quod Matthiae dixit, recte de Iasone imperfectum tempus poni, non item de Medea, quae usque adhuc in male dicendo pergeret, valde erravit. Respicitur enim illud tempus, ante quam Creon edictum illud de Medeae exsilio proponeret.

V. 456. *ὅμως δὲ κἀκ τῶνδ'*] tamen vel tali rerum statu. Soph. Aiac. 537. *τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἂν ὠφελοῖμί σε*; Eurip. Androm. 1185. *οὗτός γ' ἂν ἐκ τῶνδ' ἐτιμᾶτ' ἄν, γέρον, Θανών.* Vide F. V. Fritzschium Quaestt. Lucian. p. 179 sq. PFLUGK.

ἥκω, τὸ σὸν δὲ προσκοπούμενος, γύναι,
ὡς μήτ' ἀχρήμων σὺν τέκνοισιν ἐκπέσῃς
μήτ' ἐνδεής του· πόλλ' ἐφέλκεται φυγὴ
κακὰ ξὺν αὐτῇ. καὶ γὰρ εἰ σύ με στυγεῖς,
οὐκ ἂν δυναίμην σοὶ κακῶς φρονεῖν ποτε.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὦ παγκάκιστε, τοῦτο γάρ σ' εἰπεῖν ἔχω
γλώσσῃ μέγιστον εἰς ἀνανδρίαν κακόν,

V. 457. τὸ σόνδε B. τὸ σὸν δέ CcC. τοσόνδε E. τοσὸν δὲ a. τοσόν γε d*B*. Scriptor Chr. pat. v. 247. 1976., sed utroque loco Duebneri cod. τοσόνδε.

V. 460. αὐτῇ libri. Correxit Barnesius. Verba πόλλ' ἐφέλκεται φυγὴ κακὰ ξὺν αὐτῇ Kirchhoffius in interpolationis suspitionem vocavit.

Ibid. οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις] Vide Pflugkium ad Androm. 187. ἀπανδᾶς ἐν κακοῖς φίλοισι σοῖς. p. 30 sq. et me ad Alcest. 487. p. 80 sq. ed. sec.

V. 457. τὸ σὸν δὲ προσκοπούμενος] tibi vel tuo commodo prospiciens. Supra v. 346. τοὐμοῦ γὰρ οὔ μοι φροντίς. Vide Schaefer ad Bosii Ellips. p. 171. PFLUGK. τὸ σόν γε, quod fuerunt qui restitui ex paucis libris vellent, neque auctoritate librorum neque sententia receptae scripturae praestat. Multo enim melius lenis ista oppositio post verba οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις nascitur, quam adfert δὲ particula. Vide v. 707. καὶ μή μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσαν εἰσίδῃς, Δέξαι δὲ χώρᾳ καὶ δόμους ἐφέστιον.

V. 458. ἀχρήμων· πένης. HESYCHIUS.

V. 459 sq. πόλλ' ἐφέλκεται φυγὴ κακὰ ξὺν αὐτῇ] Haec verba non esse suo loco Kirchhoffius suspicatus est, qua in re ego cum homine doctissimo dissentio. Dicuntur enim satis recte, si referimus ad ea, quae proxime antecedunt, ut iis ratio reddatur, quam ob rem Medeae iam cum liberis suis proficiscenti Iason prospexerit.

V. 460. καὶ γὰρ εἰ] nam etiam si. Infra v. 1238. καὶ γὰρ εἰ κτενεῖς σφ', ὅμως Φίλοι γ' ἔφυσαν. Cf. Meineke ad Menand. p. 343 sq. PFLUGK.

V. 462 sq. 'O pessime! nam pessimum vere te dicere possum, probrorum, quae quidem in animum tuum minime virilem dici possunt, gravissimum'. Τοῦτο referendum ad voc. παγκάκιστε. [Vide quae notata sunt ad Phoeniss. 12. p. 16]. — κακόν, probrum, ut apud Soph. Aiac. 1012. ποῖον οὐκ ἐρεῖ κακὸν Τὸν ἐκ δορὸς γεγῶτα πολεμίου νόθον; Cf. ad Hecub. 576. PFLUGK. Praeterea adnotandum videtur in dativo γλώσσῃ non hanc quidem, quam voluit Matthiae, oppositionem indicari: quum manu te ulcisci nequeam, sed eam vocem lenem tamen adferre oppositionem ad rem, quae vituperatur in altero. Alioquin omissa esset vox a poeta. Similis locus est Euripidis apud Stobaeum in Floril. LXIII. 20. vol. III. p. 41. ed. Meineke. p. 450. n. 670. ed. Nauck. Ὦ παγκακίστη καὶ γυνή· τί γὰρ λέγων Μεῖζόν σε τοῦδ' ὄνειδος ἐξείποι τις ἄν; quo in loco id verbo λέγων indicatur, quod hic dativo γλώσσῃ exprimitur. Propter ea, quae H. Weilius nuper scripsit in Nov. ann. phil. et paed. vol. XCV. p. 377., vide praef.

ἦλθες πρὸς ἡμᾶς, ἦλθες, ἔχθιστος γεγὼς
θεοῖς τε κἀμοὶ παντί τ' ἀνθρώπων γένει;
οὔτοι θράσος τόδ' ἐστίν, οὐδ' εὐτολμία,
φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν,
ἀλλ' ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων
πασῶν, ἀναίδει'· εὖ δ' ἐποίησας μολών.
ἐγώ τε γὰρ λέξασα κουφισθήσομαι

V. **465.** e v. **1313.** huc retractum esse dixit Brunckius.
V. **466—469.** habent Stobaeus floril. XXXII. 5. vol. II. p. 32.
V. **466. 67.** Herodianus *περὶ ἀκυρολ.* in Boissonadii Anecd. III. p. 268.
V. **466.** *οὔτι BC.* Etymol. Gud. p. 255.

V. **465.** Imperite sane hic quoque artem criticam factitarunt, qui hunc versum, qui infra v. 1313. in simili sententia ponitur, deleverunt, quamquam libri omnes et Script. Chr. pat. v. 286. agnoscunt. Sunt enim haec verba eius modi, ut Graecis, praesertim copiosiore epicorum poëtarum sermone adsuefactis, nullam plane molestiam facere potuerint, si quando in simili causa repeterentur. Nam qui dixerunt Iasoni magis convenire posteriore loco ea verba quam hoc loco Medeae, ne isti valde errant. Etenim summa laedendi cupiditate ducitur hic Medea, ut non tam hoc mirandum sit, quod post vocem: *ἔχθιστος γεγώς*, adiunxerit: *θεοῖς τε κἀμοὶ παντί τ' ἀνθρώπων γένει*, quibus summa hominis exsecratio continetur, quam si non adiecisset irata mulier, quae ad statum personae sunt aptissima. Nam quod G. Hermannus dixit Iasonem Medeae quidem pessimum videri posse, sed non iam dis atque hominibus, id argumentum nihil valet, primum quod si omitteretur hic versus, ne Medeae quidem persona, cui infensus esset, indicaretur, tum quod Iason, qui ius iurandum atque fidem, quam dederat Medeae, violaverat, iure iam hoc loco dici poterat, inimicissimus esse non solum Medeae, verum etiam dis atque omni hominum generi. Cf. Firnhaber l. c. p. 151 sqq.

V. 466. *οὔτοι θράσος τόδ' ἐστὶν κτἑ.*] *θράσος* in bonam partem accipitur, cuius rei exempla Elmsleius haec posuit Sophoclis Philoct. 104. Electr. 479. Euripidis Alcest. 604., ubi v. Monkium, Suppl. 609. His Pflugkius addidit interpp. ad Lucian. t. III. p. 94 sq. commemoravitque hunc locum notatum esse a grammatico e schedis Kulencampii edito ante Ammon. Valcken. p. LII. ed. Lips., ubi haec verba corrupta, sed facilia tamen ad restituendum haberentur: *οὐ θράσος τόδ' ἔστιν, οὐδὲ τόλμη [οὐδ' εὐτολμία] κακῶς φίλους δράσαντας [δράσαντ'] ἐναντίως βλέπειν.*

V. 467. *φίλους κακῶς δράσαντ'*] Hecub. 845. *καὶ τοὺς κακοὺς δρᾶν πανταχοῦ κακῶς ἀεί.* Cf. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 415. PFLUGK.

V. 470 sq. Recte observavit Elmsleius hunc verborum ordinem nostris fortasse hominibus minus elegantem videri, sed aliter sensisse veteres. Illi potius eo, quod usitata verborum collocatione non uterentur, et magis attentos reddere voluerunt animos auditorum et una illud efficere, ut singulae res, quae dicerentur, magis exstarent. Comparavit de hoc genere Elmsleius Sopho-

ψυχὴν κακῶς σε καὶ σὺ λυπήσει κλύων.
ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν·
ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι
ταὐτὸν συνεισέβησαν Ἀργῷον σκάφος,
πεμφθέντα ταύρων πυρπνόων ἐπιστάτην
ζεύγλαισι καὶ σπεροῦντα θανάσιμον γύην·

V. 473. Eustathius in Il. vol. I. p. 813, 46. 896, 56. in Odyss. vol. II. p. 1379, 58.
V. 476. ζεύγλῃσι *B.*

clis Oed. reg. 644. *Μή νυν ὀναίμην, ἀλλ' ἀραῖος, εἴ σέ τι Δέδοικ', ὀλοίμην, ὧν ἀπαιτιᾷ με δρᾶν.* et Euripidis Orest. 600 sq. *ἀλλ' ὡς μὲν οὐκ εὖ μὴ λέγ' εἴργασται τόδε, Ἡμῖν δὲ τοῖς δράσασιν οὐκ εὐδαιμόνως.* Addi poterat etiam huius fab. v. 11 sq. *ἁνδάνουσα μὲν φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα.* Hoc autem loco propterea retracta verba *κακῶς σε* in alterum versum sunt, quod *κακῶς* etiam ad verbum *κλύων* pertinet.

V. 472. *ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον*] Est hoc in universo sermone humano positum, ut, ubi adsurgit oratio aut cum granditate quadam verborum incedit, ibi syllabae sono et cognatione inter se similes ponantur, uti externa etiam quasi veste orationis ipsius argumenti causa ac ratio sese prodat. Eandem rationem quum Latini scriptores tum haud raro etiam Graeci et poëtae et oratores secuti sunt, ut hoc loco non solum v. 472. se iactat oratio seseque conspiciendam praebet in verbis his: *ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν*, verum luxuriatur etiam, quamquam alio quodam modo, in sequentibus: *ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι ταὐτὸν συνεισέβησαν κτἑ.* Attulerunt in eam rem interpretes Euripidis Iphig. Taur. v. 772. *τὸ σῶμα σώσας τοὺς λόγους σώσεις ἐμοί.* et Sophoclis Oed. reg. v. 1481. *ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας.*, ubi simili quadam orationis luxuria similes inter se syllabae saepius repetuntur, quod non quidem studentibus, sed tamen non renitentibus poëtis factum esse videtur. Id quoniam Euripides saepius fecit ac studio quodam in quibusdam locis consectatus esse videbatur, iam a poëtis comicis antiquissimo tempore ob eam causam exagitatus est, cuius rei non solum Scholiastes ad h. l., qui appellat Platonem et Eubulum comicos, verum etiam Eustathius saepius mentionem fecit, veluti p. 813, 44. p. 896, 55. p. 1379, 56.

V. 474. *Ἀργῷον σκάφος*] Vide ad v. 1.

V. 475 sqq. totum hunc locum, qui est de tauris aeripedibus et ignivomis, descripsit diligentius Apollodorus bibl. I. 9, 23 sqq. tum Ovidius Metam. VII. 115 sqq.

V. 476. *ζεύγλαισι*] hoc est, loris subiugiis, quae dicit Cato de re rust. 135, 5. cl. Ovidio l. c. 118. *Subpositosque iugo pondus grave cogit aratri Ducere.* Ceterum ad hunc locum pertinent, quae servavit de Ennii, ut vidit Welckerus trag. Graec. p. 1378., Medea Charisius IIII. p. 284, 9. Keil. *Non commemoro quod draconis saevi sopivi impetum, Non quod domui vim taurorum et segetis armatae manus.* Cf. O. Ribbeck Tragic. Lat. reliqu. p. 222. et p. 250. Io. Vahlen Enn. poes. reliqu. p. 130.

δράκοντα δ', ὃς πάγχρυσον ἀμφέπων δέρας
σπείραις ἔσωζε πολυπλόκοις ἄυπνος ὤν,
κτείνασ' ἀνέσχον σοὶ φάος σωτήριον.
αὐτὴ δὲ πατέρα καὶ δόμους προδοῦσ' ἐμοὺς
τὴν Πηλιῶτιν εἰς Ἰωλκὸν ἱκόμην
σὺν σοί, πρόθυμος μᾶλλον ἢ σοφωτέρα,
Πελίαν τ' ἀπέκτειν', ὥσπερ ἄλγιστον θανεῖν,
παίδων ὑπ' αὐτοῦ, πάντα δ' ἐξεῖλον φόβον.
καὶ ταῦθ' ὑφ' ἡμῶν, ὦ κάκιστ' ἀνδρῶν, παθὼν
προὔδωκας ἡμᾶς, καινὰ δ' ἐκτήσω λέχη,
παίδων γεγώτων· εἰ γὰρ ἦσθ' ἄπαις ἔτι,
συγγνωστὸν ἦν σοι τοῦδ' ἐρασθῆναι λέχους.

V. 477. *δράκοντα δ'* B*B*. *δράκοντα θ'* videtur in ceteris libris legi. *ἀμπέχων* libri. *ἀμφέπων* Musurus. *δέρος C*.

V. 478. Etym. Gudian. p. 231, 33.

V. 482. *σὺν σοὶ*] Sic praeter libros etiam Scholiastes, quos instituto meo in eius modi locis secutus sum. Vulgo: *ξὺν σοί*. Kirchhoffius scripsit *σύν σοι*.

V. 484. *ὑπ' αὐτοῦ*] Elmsleius maluit *ὑφ' αὐτοῦ*. Multo aptius est quod nunc legitur. V. R. Klotz. Quaestt. critt. I. p. 45 sqq. *πάντα τ' B*[*C*]. *φόβον* B[CEbcd] *φόβον* (mrg. *δόμον*) a. *δόμον BC*. Scholiastes utramque scripturam novit.

καὶ νέα
V. 486. *καινά* B.

V. 488. *συγγνωστὸν ἦν σοι* BCEabcd *σύγγνωστ' ἂν σοι* (corr. in *σύγγνωστ' ἂν ἦν σοι*) *B*. *σύγγνωστ' ἂν ἦν σοι C*.

V. 479. *ἀνέσχον σοὶ φάος κτἑ.*] Dux tibi fui et tamquam facem praetuli ad salutem. Conferri quodam modo potest Electr. 586. *ἔδειξας ἐμφανῆ πόλει πυρσόν*. PFLUGK. *κτείνασι* dixit, quod consopitum medicamento draconem Iasoni interficiendum tradidit.

V. 482. *πρόθυμος μᾶλλον ἢ σοφωτέρα*] Lysias pro bon. Aristoph. §. 15. *ὃν οἱ πολλοὶ βελτίονα ἡγοῦνται εἶναι ἢ πλουσιώτερον*. Cf. G. Hermann. ad Viger. p. 719. n. 60. ed. tert. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 456. PFLUGK. Minor tamen de gradu adseveratio est in hac ratione, quam in altera, qua usus Aeschylus est in Agam. 1600. *προθύμως μᾶλλον ἢ φίλως*.

V. 483. Fabulam enarravit Diodorus Sic. IIII. 53. Cf. Ovid. Metam. VII. 297. Peliae caedem per filias in vase picto illustravit C. A. Boettiger Vasengemälde. II. p. 164 sqq. A. Hirt in Amalth. vol. I. p. 161. FR. IACOBS. Hoc argumentum pertractaverunt Euripides ipse in prima, quam scripsit, fabula, quae Peliadum nomine inscribitur. Vide A. Nauck. Tragicor. Graec. fragm. p. 434 sqq.

V. 484. *πάντα δ' ἐξεῖλον φόβον*] Sc. *σοῦ*. Phoen. 998. *ὡς εὖ πατρὸς ἐξεῖλον φόβον*. PFLUGK.

V. 488. *συγγνωστὸν ἦν σοι κτἑ.*] Hanc scripturam meliores libri satis tuentur. Quod Elmsleius attulit Sophoclis Oed. reg. 255. *οὐδ' εἰ γὰρ ἦν*

ὅρκων δὲ φρούδη πίστις, οὐδ' ἔχω μαθεῖν,
ἢ θεοὺς νομίζεις τοὺς τότ' οὐκ ἄρχειν ἔτι,

V. 489—92. habet Scholiastes Aeschinis III. p. 768.

V. 490. ἦ (gl. ἄρα) *B.* ἢ ceteri εἰ Reiskius et Musgravius. νομίζω Schol. Aesch.

τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον, Ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν., sed tamen rectius addi ἂν putavit, quod in Euripidis Electr. 1024. eodem modo diceretur συγγνωστ' ἂν ἦν, recte G. Hermannus reposuit: 'Cur tandem rectius? In Sophoclis quidem exemplo non recte adderetur particula, in Euripidis autem locis et addi eam et omitti posse, qui huius particulae vim et potestatem perspexerit, intelleget.'

V. 489 sqq. οὐδ' ἔχω μαθεῖν, ἦ θεοὺς νομίζεις κτέ.] ἦ iure restituit Kirchhoffius e cod. B, cuius glossa ἄρα legenda erat ἆρα, vide quae scripsi ad Devarium vol. II. p. 575., illud enim, quod e suspecto Puteani libro repositum erat, εἰ dubitari non poterit quin e mera sit coniectura profectum. Et praeter duplicem hanc interrogationem πότερον — ἢ et alteram εἰ — ἢ etiam in usu Graecis fuisse tertiam ἦ — ἢ iam docui pluribus adlatis exemplis ad Devarium vol. II. p. 575 sq. Et quum quaerimus quid discriminis intercedat inter has tres interrogandi formulas, facile hoc intellegamus, in particulis πότερον — ἢ, quae plane respondent Latinis particulis *utrum — an*, bipartitam orationem maximo opere spectari, cuius vis etiam tum non prorsus evanescit, si ad ἢ, quod sequitur, etiam alterum ἢ accedit, tum in εἰ — ἢ particulis, quod εἰ plane respondet Latinae particulae *si*, quae ipsa quoque in interrogatione ponitur, magis condicionis rationem haberi, cuius constructionis exempla posui ad Devarium vol. II. p. 575., denique in particulis ἦ — ἢ adseverationem magis exstare, easque particulas fere Latinae interrogationi: *sitne — necne* vel *sitne — an non sit*, respondere. In eo autem olim peccavi et ad h. l. ipsum et ad Devarium vol. II. p. 577 sqq., quod has particulas potius ἢ — ἢ quam ἦ — ἢ scribendas esse putavi. Hoc igitur ἦ — ἢ iam non solum locis, quos attuli, Homericis, Iliad. I. 189 sqq. II. 299 sq. v. 671 sq. XVI. 435 sqq. XX. 310 sq. XXI. 225 sq. Odyss. XV. 300., verum etiam ceteris, quos ad Devarium vol. II. p. 577 sqq. posui, locis reddendum esse censeo, Herodoti I. 65., ubi est in oraculo scribendum: Δίζω ἦ σε θεὸν μαντεύσεαι ἢ ἄνθρωπον., et Aeschyli Prom. 780., ubi legendum est: Ἑλοῦ γάρ, ἦ πόνων τὰ λοιπά σοι φράσω σαφηνῶς ἢ τὸν ἐκλύσοντ' ἐμέ. et Choëph. 890. Εἰδῶμεν, ἦ νικῶμεν ἢ νικώμεθα. tum Sophoclis Oed. Col. 80. οἵδε γὰρ κρινοῦσί γε Ἦ χρή σε μίμνειν ἢ πορεύεσθαι πάλιν., ut recte legitur etiam in directa interrogatione in Oed. reg. 1168. ἦ δοῦλος ἢ 'κείνου τις ἐγγενὴς γεγώς; et in eadem fab. v. 993. ἦ ῥητὸν ἢ οὐχὶ θεμιτὸν ἄλλον εἰδέναι; Praeterea etiam in Aeschyli Choeph. 743. legendum erit ἦ λιμὸς ἢ δίψησις ἢ λιψουρία Ἔχει. Sed plura exquirere non iam huius loci est. — Quod autem Scholiastes Aeschinis l. c. νομίζω pro νομίζεις scriptum habet, id si non errore describentis librarii factum est, manavit ex antecedenti voce: οὐδ' ἔχω μαθεῖν, nec quidquam hoc momenti debet habere ad h. l. aut constituendum aut explicandum.

ἢ καινὰ κεῖσθαι θέσμ' ἐν ἀνθρώποις τὰ νῦν,
ἐπεὶ σύνοισθά γ' εἰς ἔμ' οὐκ εὔορκος ὤν.
φεῦ δεξιὰ χεὶρ ἧς σὺ πόλλ' ἐλαμβάνου
καὶ τῶνδε γονάτων, ὡς μάτην κεχρώσμεθα
κακοῦ πρὸς ἀνδρός, ἐλπίδων δ' ἡμάρτομεν.
ἄγ', ὡς φίλῳ γὰρ ὄντι σοι κοινώσομαι,
δοκοῦσα μὲν τί πρός γε σοῦ πράξειν καλῶς;
ὅμως δ'· ἐρωτηθεὶς γὰρ αἰσχίων φανεῖ.
νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,
οὓς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην;
ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας; καλῶς γ' ἂν οὖν
δέξαιντό μ' οἴκοις ὧν πατέρα κατέκτανον.
ἔχει γὰρ οὕτω· τοῖς μὲν οἴκοθεν φίλοις
ἐχθρὰ καθέστηχ', οὓς δέ μ' οὐκ ἐχρῆν κακῶς
δρᾶν σοὶ χάριν φέρουσα πολεμίους ἔχω.

V. 491. θέσμι' ἐν B. θέσμια ἐν C. θέσμ' ἐν [ab] cd. θέσμι' ἀνθρώποις *B*[*C*]. H. Weilius in Nov. ann. philol. et paed. vol. XCV. p. 378. scribit θέσμι' ἐν βροτοῖς.

V. 497. μέν τι libri. in a ascriptum γρ. δοκοῦσα μή τι πρός. Novit hanc scripturam etiam Scholiastes. μὲν τί Elmsleius.

V. 498. δ' om. Bd.

V. 501. τ' ἂν οὖν (corr. in γ' ἂν οὖν) B. τανῦν C[a]bc τ' ἂν οὖν E. γ' ἂν οὖν *B*[*C*].

V. 491. **θέσμ' ἐν ἀνθρώποις τὰ νῦν**] cf. Sophoclis Antig. 451. οἳ (Ζεὺς καὶ Δίκη) τούσδ' ἐν ἀνθρώποισιν ὥρισαν νόμους.

V. 494. **καὶ τῶνδε γονάτων**] Debebat dici: ὦ δεξιὰ χεὶρ — καὶ τάδε γόνατα. Sed praecedenti ἐλαμβάνου inductus genetivum posuit, ut recte monet Erfurdt. ad Soph. Ai. 993. A. MATTHIAE.

V. 497. **δοκοῦσα μὲν τί πρός γε σοῦ πράξειν καλῶς;**] Haec per interrogationem efferenda esse recte intellexerunt Elmsleius et Hermannus, quos recentiores secuti sunt. Nam per interrogationem denique idem efficitur, quod per negationem, vide supra v. 311. et infra v. 562., hoc autem loco multo acerbius hoc dicitur per interrogationem quam per negationem: Age, quasi sis amicus, te participem faciam consilii mei, quamquam quid exspectans a te boni? verumtamen: interrogatus enim turpior inveniеris. Vide quae dixi ad Devarium vol. II. p. 733.

V. 499 sq. Haec ita Ennius transtulit in Medeam suam: *Quo nunc me vertam? quod iter incipiam ingredi? Domum paternamne anne ad Peliae filias?* conf. Cic. de or. III. 58, 217. O. Ribbeck Tragicor. Lat. reliqu. p. 40. et p. 250. tum Io. Vahlen Ennianae poës. reliqu. p. 130. omninoque est locus a Graecis et Latinis rhetoribus maxime celebratus. Similis querella est etiam Ariadnae apud Catull. LXIIII. 177 sqq.

V. 501. **καλῶς γ' ἂν οὖν**] Sic recte nunc scriptum est. Vide quae infra ad v. 585. a me dicentur.

V. 505. **σοὶ χάριν φέρου-**

τοιγάρ με πολλαῖς μακαρίαν ἀν' Ἑλλάδα
ἔθηκας ἀντὶ τῶνδε· θαυμαστὸν δέ σε
ἔχω πόσιν καὶ πιστὸν ἡ τάλαιν' ἐγώ,
εἰ φεύξομαί γε γαῖαν ἐκβεβλημένη,
φίλων ἔρημος, σὺν τέκνοις μόνη μόνοις·
καλόν γ' ὄνειδος τῷ νεωστὶ νυμφίῳ,
πτωχοὺς ἀλᾶσθαι παῖδας ἥ τ' ἔσωσά σε.
ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν ὃς κίβδηλος ᾖ

V. 506—10. habet Herodianus de schem. ap. Walz. tom. VIII. p. 596. cf. Zonaeum ibid. p. 679. tres priores habet Alexander de schem. ib. p. 451. cl. Tryphone ib. p. 757.

γρ. ἑλληνίδων

V. 506. μακαρίαν καθ' ἑλλάδα B. μακαρί' ἀν' ἑλλάδα C. καθ' ἑλλάδα Ed ἀν' ἑλλάδα abc μακαρίαν ἑλλάδα libri Herodiani et Zonaei. μακαρίαν ἑλληνίδων *BC* cum Alexandro.

V. 508. καὶ σεμνὸν Alexander.

V. 509. φεύξομαί τε BEabcd φεύξομαι δὲ C *BC*. φεύξομαί γε cod. Havn. Herodiani.

V. 510. δόμων ἔρημος Herodianus. μόνοις μόνη libri aliquot Herodiani.

V. 511. τῶν νεωστὶ νυμφίων (iota subscripto a manu div.) B.

V. 513—16. habet Clemens Alexandr. strom. VI. p. 265. Stobaeus floril. II. 16. I. p. 66. ultimos duo Lucianus de par. 4.

V. 513. ἦν Clemens et Stobaeus.

σα] Iphig. Aul. 1454. ἔσθ' ὅ,τι κατ' Ἄργος δρῶσά σοι χάριν φέρω. Andocides de reditu §. 24. τουτὶ τὸ ψήφισμα, ὃ ἠκούσατε, ψηφισάμενοί μοι, ὦ Ἀθηναῖοι, ὕστερον ἀφείλεσθε χάριν ἑτέρῳ φέροντες. Convenit Homericum ἦρα φέρειν vel ἐπὶ ἦρα φέρειν, de quo Buttmannus Lexilog. I. p. 149. PFLUGK.

V. 506. μακαρίαν ἀν' Ἑλλάδα] De veritate huius scripturae vix videtur dubitari posse. Quum enim ἀν' propter praecedens μακαρίαν omissum esset, librarii varie suppleverunt, aut καθ' interponentes aut etiam liberius interpolantes Ἑλληνίδων, quae scriptura iam antiquiore tempore orta esse videtur. πολλαῖς autem ἀν' Ἑλλάδα denique nihil aliud est atque πολλαῖς Ἑλληνίδων. Dativus autem aptius est cum μακαρίαν coniungendus ea sententia, quae paulo uberius dicitur in Herc. fur. 494. θνήσκει πατὴρ σὸς καὶ τέκν', ὄλλυμαι δ' ἐγώ, Ἣ πρὶν μακαρία διὰ σ' ἐκληζόμην βροτοῖς.

V. 509. εἰ φεύξομαί γε] Sic cod. Havniensis Herodiani, quo etiam meliores Euripidis libri ducunt, qui τε pro γε habent. Olim legebatur δὲ plena interpunctione post v. 508. posita. De vi particulae γὲ vide ad Devarium vol. II. p. 329 sq.

V. 511. καλόν γ' ὄνειδος] crimen, quo gloriari scilicet novus sponsus queat. Differt locus verbis simillimus Iphig. Aul. 305. καλόν γέ μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας. — Vs. seq. ἥ τ' ἔσωσά σε expl. καὶ ἐμέ, ἣ ἔσωσά σε. PFLUGK.

V. 513. ὃς κίβδηλος ᾖ] Vulgaris sermo requirebat: ὃς ἂν κ. ᾖ. Soph. El. 771. οὐδὲ γὰρ κακῶς Πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται. Eurip. Iphig. Taur.

τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ,
ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι,
οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι;

ΧΟΡΟΣ.

δεινή τις ὀργὴ καὶ δυσίατος πέλει,
ὅταν φίλοι φίλοισι συμβάλωσ' ἔριν.

ΙΑΣΩΝ.

δεῖ μ', ὡς ἔοικε, μὴ κακὸν φῦναι λέγειν,
ἀλλ' ὥστε ναὸς κεδνὸν οἰακοστρόφον
ἄκροισι λαίφους κρασπέδοις ὑπεκδραμεῖν

V. 517. 18. Stobaeus flor. XX. 36. vol. I. p. 336. cl. Choricio Gaz. p. 29. ed. Boisson.
V. 519. εἶναι λέγειν B.
V. 520. ναός (η superscr.) B. νηός BC. ναός ceteri.

1064. καλόν τοι γλῶσσ', ὅτῳ πίστις παρῇ. Cf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 527. adn. 2. PFLUGK. Coniunctivus in eius modi locis tum sine ἂν particula ponitur, non solum apud poëtas, verum etiam apud oratores Atticos, si solus eventus ponitur, res ad experientiam non revocatur. Hinc factum est, ut in locis communibus, qualis hic est, saepius hanc formam orationis habeamus. Vide Rost gr. Gr. §. 123. adn. 3. p. 669 sq. ed. VII. G. Hermann. De particula ἂν lib. II. cap. 7. p. 95 sqq. me ad Devarium vol. II. p. 499 sq. p. 545 sq. — De re conf. Theogn. v. 119 sqq.

V. 520. Si his similia leguntur apud Aeschyl. Sept. adv. Theb. 62 sq. σὺ δ' ὥστε ναὸς κεδνὸς οἰακοστρόφος Φράξαι πόλισμα, πρὶν καταιγίσαι πνοὰς Ἄρεος., hinc non sequitur haec petivisse Euripidem ab Aeschylo, id quod suspicatus est Valckenarius ad Hippol. 1226. Erant enim omnibus haec Graecis in medio posita.

V. 521. ἄκροισι λαίφους κρασπέδοις κτέ.] Quod olim statuerat Elmsleius indicari his verbis pleno velo navigandum esse, recte Lentingius et Matthiae contra docuerant his verbis significari, ita navigandum esse, ut velis subductis aut contractis tantummodo extremis veli partibus navem moveas, quod fieri solet, si quis tempestatem subterfugere studet, cl. Aristophanis Ran. 997 sqq. ἀλλ' ὅπως, ὦ γεννάδα, Μὴ πρὸς ὀργὴν ἀντιλέξεις, Ἀλλὰ συστείλας ἄκροισι Χρώμενος τοῖς ἱστίοις, Εἶτα μᾶλλον μᾶλλον ἄξεις καὶ φυλάξεις, Ἡνίκ' ἂν τὸ πνεῦμα λεῖον Καὶ καθεστηκὸς λάβῃς. Nam Euripidem hoc ipso loco ab Aristophane tangi intellegitur ex eo, quod ita pergit: Ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνὰ Καὶ κοσμήσας τραγικὸν λῆρον θαρρῶν τὸν κρουνὸν ἀφίει. Scholiastes autem ad Aristophanis verba: ἄκροισι χρώμενος τοῖς ἱστίοις, haec ascripsit: Τοῦτο δὲ εἴρηκεν ἐκ μεταφορᾶς τῶν πλεόντων, οἳ, ὅταν πνεῦμα σφοδρὸν ἐμπνεύσῃ, συστέλλουσι τὰ ἱστία, ἵνα μὴ τῇ βιαίᾳ τούτου φορᾷ ἀνατραπείῃ τὸ σκάφος, χαλῶντες δὲ ἤδη κατὰ

τὴν σὴν στόμαργον, ὦ γύναι, γλωσσαλγίαν.
ἐγὼ δ', ἐπειδὴ καὶ λίαν πυργοῖς χάριν,
Κύπριν νομίζω τῆς ἐμῆς ναυκληρίας
σώτειραν εἶναι θεῶν τε κἀνθρώπων μόνην.
σοὶ δ' ἔστι μὲν νοῦς λεπτός, ἀλλ' ἐπίφθονος
λόγος διελθεῖν, ὡς Ἔρως σ' ἠνάγκασε
τόξοις ἀφύκτοις τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

V. 523. *ἐγὼ δ'* libri. *ἔγωγ'* Aldus.
πόνων ἀφύκτων
V. 528. *τόξοις ἀφύκτοις* B. *τόφις ἀφύκτοις* C. *τόξοις ἀφύκτοις* E[a]b[cd] *πόνων ἀφύκτων* *B*. utrumque videtur esse in *C*. *χέρας* pro *δέμας* *B*.

μικρὸν ἄγουσι τὴν ναῦν εἰς τὸ πρόσω τοῦ πλοῦ. Ἄκροισι δὲ τοῖς ἐν ἄκρῳ δεχομένοις τὸ πνεῦμα καὶ μὴ κατὰ μέσον. Pflugkius igitur recte: Detracta, inquit, similitudine haec relinquitur sententia: Haud exigua mihi opus est prudentia, quo ne tuis probris tamquam cautibus adhaerescat et pereat defensio mea.

V. 523. *ἐπειδὴ καὶ λίαν πυργοῖς χάριν*] Soph. Philoct. 380. *καὶ ταῦτ' ἐπειδὴ καὶ λέγεις θρασυστομῶν, Οὐ μή ποτ' ἐς τὴν Σκῦρον ἐκπλεύσῃς ἔχων.* Oed. reg. 412. *λέγω δ', ἐπειδὴ καὶ τυφλόν μ' ὠνείδισας, Σὺ καὶ δεδορκὼς οὐ βλέπεις, ἵν' εἶ κακοῦ.* Cf. Philostr. Vit. Apoll. VIII. 16. p. 360. Ex his locis apparere existimo in hoc versu non iungenda esse *καὶ λίαν*, ut voluerat Elmsleius, qui quae de particulae *καὶ* vi augendi egregie disputat, iis exquisita quaedam addi poterunt, collecta a F. V. Fritzschio in erudito libello Quaestionum Lucianearum p. 5 sqq. PFLUGK.

Ibid. *πυργοῖς*] Notatur propter huius verbi usum Euripides ab Aristophane in Ran. v. 1004 sq. Vide quae modo dicta sunt supra ad v. 521.

V. 526. *σοὶ δ' ἔστι μὲν νοῦς λεπτὸς κτἑ.*] tibi quidem subtilis mens est, ut intellegere hoc atque agnoscere facile possis, sed tamen invidiae plena oratio est, si ipse doceo te amore adductam esse, ut me servares. Expressit ea, quae sequuntur, Ennius ita apud Cic. Disp. Tusc. IIII. 32, 69. *Tu me amoris magis quam honoris servavisti gratia.* Cf. O. Ribbeck Tragic. Lat. reliqu. p. 40. et p. 250. Io. Vahlen Ennian. poës. reliqu. p. 131.

V. 528. *τόξοις ἀφύκτοις*] Eo, quod et infra v. 531. habemus *ἄφυκτον οἰστόν.* et in Hippol. 1416. hoc ipsum *τόξοις ἀφύκτοις* legitur, non efficitur hoc loco, ubi praestantiores libri *τόξοις ἀφύκτοις* habent, id ex glossemate ortum esse, veram autem illam scripturam, quae et minore librorum auctoritate defenditur et sententiam parum idoneam habet, *πόνων ἀφύκτων*. Quae scriptura si non casu nata est, fortasse suspitionem movet olim hic pleniorem orationem fuisse, in qua etiam genetivus *πόνων* locum habere posset. Sed quis in re admodum incerta quidquam audeat pro certo adfirmare? Id tantum ego contendo, sententiam, quae est in hoc loco, si *τόξοις ἀφύκτοις* retinemus, esse aptissimam.

ἀλλ' οὐκ ἀκριβῶς αὐτὸ θήσομαι λίαν·
ὅπῃ γὰρ οὖν ὤνησας, οὐ κακῶς ἔχει.
μείζω γε μέντοι τῆς ἐμῆς σωτηρίας
εἴληφας ἢ δέδωκας, ὡς ἐγὼ φράσω.
πρῶτον μὲν Ἑλλάδ' ἀντὶ βαρβάρου χθονὸς
γαῖαν κατοικεῖς, καὶ δίκην ἐπίστασαι
νόμοις τε χρῆσθαι μὴ πρὸς ἰσχύος χάριν·
πάντες δέ σ' ᾔσθοντ' οὖσαν Ἕλληνες σοφήν,
καὶ δόξαν ἔσχες· εἰ δὲ γῆς ἐπ' ἐσχάτοις
ὅροισιν ᾤκεις, οὐκ ἂν ἦν λόγος σέθεν.
εἴη δ' ἔμοιγε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις

V. 529. αὐτὸ BCEabC αὐτὰ cdB.
V. 535. Scholiastes: τὸ χάριν γράφεται θράσει.

V. 531. *μείζω — τῆς ἐμῆς σωτηρίας εἴληφας*] De genetivo a verbo λαμβάνειν suspenso conf. Orest. 502. τὸ σῶφρόν τ' ἔλαβεν ἂν τῆς συμφορᾶς, ad quem locum vide quae a me adnotata sunt p. 89 sq.

V. 533 sqq. Similem sententiam, sed alio quodam modo explicat servus apud Theophilum comicum in Bekkeri Anecd. p. 724, 26. *Καίτοι τί φημι καὶ τί δρᾶν βουλεύομαι; Προδοὺς ἀπιέναι τὸν ἀγαπητὸν δεσπότην, Τὸν τροφέα, τὸν σωτῆρα, δι' ὃν εἶδον νόμους Ἕλληνας, ἔμαθον γράμματ', ἐμυήθην θεοῖς*; cf. A. Meineke fragm. comic. Graec. vol. III. p. 626. Vide quae dixi ad Orest. v. 487. p. 88.

V. 534 sq. *καὶ δίκην ἐπίστασαι νόμοις τε χρῆσθαι*] a verbo ἐπίστασαι et accusativus et qui sequitur infinitivus suspensus est, constructione Graecis admodum usitata, Soph. Antig. 350. *ὀργὰς ἐδιδάξατο καὶ δυσαύλων πάγων ὑπαίθρεια καὶ δύσομβρα φεύγειν βέλη*.

V. 535. Delevi comma post χρῆσθαι. Sententia est: neque legibus potiorem ducere vim. Orest. 487. καὶ τῶν νόμων γε μὴ πρότερον εἶναι θέλειν (sc. Ἑλληνικόν ἐστι). PFLUGK. Proprie est legibus ita uti, ut non ad vim ac lubidinem iis abutare. Itaque recte etiam Kirchhoffius ac Nauckius comma, quod iniuria retinuit Schoenius, deleverunt.

V. 539 sq. *εἴη δ' ἔμοιγε μήτε χρυσὸς κτέ.*] Quod Elmsleius dixit, hoc loco ex sua potius quam ex Iasonis persona locutum esse poëtam: nam divitiarum optationem aeque tragico Atheniensi atque Argonautarum principi convenire, non item alteram partem optationis, id ille non recte statuit. Quamvis enim libenter concedamus ab Euripide Iasonem non ita loquentem inductum esse, quemadmodum verum illum, si umquam fuit, Argonautarum ducem olim locutum esse probabile est, tamen non poterat poëta aliter loquentem facere Iasonem, atque princeps aliquis civitatis Atticae suo tempore loqui posset. Quum igitur principis personae aetate sua conveniret etiam ars musica, qua de re conf. Cic. Disp. Tusc. I. 2. 4. Nepos praef. 2. Id. Epamin. 2, 1., Euripides haec loquentem fecit Iasonem in laudem atque honorem etiam fortasse artis musicae, sed non quasi in persona poëtae tragici sic locutus est Iaso, quod esset ineptissimum. Universam potius sen-

μήτ' Ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος,
εἰ μὴ 'πίσημος ἡ τύχη γένοιτό μοι.
τοσαῦτα μέν σοι τῶν ἐμῶν πόνων πέρι
ἔλεξ'· ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων.
ἃ δ' εἰς γάμους μοι βασιλικοὺς ὠνείδισας,
ἐν τῷδε δείξω πρῶτα μὲν σοφὸς γεγώς,
ἔπειτα σώφρων, εἶτα σοὶ μέγας φίλος
καὶ παισὶ τοῖς ἐμοῖσιν· ἀλλ' ἔχ' ἡσύχως.
ἐπεὶ μετέστην δεῦρ' Ἰωλκίας χθονὸς
πολλὰς ἐφέλκων συμφορὰς ἀμηχάνους,
τί τοῦδ' ἂν εὕρημ' εὗρον εὐτυχέστερον

V. 540. *κάλλιον* B. cd (?) *BC*. Eustathius in Il. p. 666, 47. p. 801, 54. *βέλτιον* Cb. *βέλτιστον* a.
V. 542. *μέντοι* BC[Ea]cd *μέν σοι* *BC*. Hoc recepi et quod facilis error erat et quod ad sententiam aptissimum est.
V. 547. *ἡσύχως* BCE. *ἥσυχος* ceteri, ut videtur, omnes.

tentiam agnovit etiam Scholiastes: *μήτ' Ὀρφέως· οὔτε τοῦ πλούτου, φησίν, οὐδὲν ὄφελος οὔτε τῆς θειοτάτης σοφίας, εἰ μὴ καὶ διαβόητοι εἶεν καὶ ἐπισημότατοι οἱ ταῦτα κεκτημένοι, ὥστε πρὸς τὴν δόξαν ἅπαντα δεῖ πράττειν καὶ μήτε πλουτοῦντα κρύπτειν τὸν πλοῦτον μήτε τοὺς ἐλλογίμους τὴν ἀρετήν.*

V. 543. *ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων*] Cf. Suppl. v. 427.

V. 544. *ἃ δ' εἰς γάμους*] quod attinet ad nuptias regias, quas mihi exprobrasti. Cf. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 478. cl. v. 450. PFLUGK.

V. 545. *δείξω — γεγώς*] V. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 549. 5. — *πρῶτα μέν*. Sequitur *ἔπειτα* omisso *δέ*. Infra v. 715 sq. *πρῶτα μὲν θεῶν, Ἔπειτα παίδων*. Cf. Demosth. Phil. prim. §. 2. §. 34. al. PFLUGK.

V. 547. *ἀλλ' ἔχ' ἡσύχως*] Hanc e melioribus libris recipiendam duxi scripturam pro vulgato *ἥσυχος*. Non est enim hoc loco usitata ista formula, qua aliquem iubemus quiescere, sed potius eius oratio repraesentatur, qui intellegit se ab altero interpellari. Eodem modo in Suppl. 305 sq. *ἡσύχως ἔχειν* dicitur: *πρὸς τοῖσδε δ', εἰ μὲν μὴ ἀδικουμένοις ἐχρῆν Τιμωρὸν εἶναι, κάρτ' ἂν εἶχον ἡσύχως.* recteque Fr. Iacobs ad h. l. haec adnotavit: '*Μὴ θορύβει*. Sic solent oratores, quum dicturi sunt aliquid, quod auditoribus displiciturum esse suspicantur. Cf. Demosth. or. de pace p. 60, 26. Plato Apol. Socrat. p. 21. A. *καὶ ὅπερ λέγω, μὴ θορυβεῖτε, ὦ ἄνδρες.*' Adde G. H. Schaeferi Apparat. Demosth. vol. I. p. 688. et vol. II. p. 529. Praeterea conf. quae dixi ad Orest. v. 1170. p. 161.

V. 549. *ἀμηχάνους*] graves, unde aegre te expedias. v. 642. *τὸν ἀμαχανίας ἔχουσα Δυσπέρατον αἰῶνα.* Androm. 771. *εἴ τι γὰρ πάσχοι τις ἀμήχανον, Ἀλκᾶς οὐ σπάνις εὐγενέτας.* PFLUGK. De verbo *ἐφέλκων* conferas v. 459.

V. 550. *εὕρημ' εὗρον*] Lucrum praeter opinionem nactus sum. Infra v. 711. *εὕρημα δ' οὐκ οἶσθ' οἷον εὕρηκας τόδε.* Heracl. 533. Hippol. 716. Ion. 1518. Cf. Philostr. Vit. Apoll. I.

ἢ παῖδα γῆμαι βασιλέως φυγὰς γεγώς;
οὐχ, ᾗ σὺ κνίζει, σὸν μὲν ἐχθαίρων λέχος,
καινῆς δὲ νύμφης ἱμέρῳ πεπληγμένος,
οὐδ' εἰς ἅμιλλαν πολύτεκνον σπουδὴν ἔχων·
ἅλις γὰρ οἱ γεγῶτες, οὐδὲ μέμφομαι·
ἀλλ' ὡς, τὸ μὲν μέγιστον, οἰκοῖμεν καλῶς
καὶ μὴ σπανιζοίμεσθα, γιγνώσκων ὅτι
πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος,
παῖδας δὲ θρέψαιμ' ἀξίως δόμων ἐμῶν,

V. 551. γεγὼς φυγάς B. φυγὰς γεγώς ceteri, ut videtur. Comparavit Elmsleius 545. σοφὸς γεγώς. Orest. 1617. κακὸς γεγώς. Bacch. 284. θεὸς γεγώς.

V. 552. ἐχθραίνων Aldus.

V. 557. σπανιζόμεσθα B. σπανιζοίμεθα *BC*.

V. 558. habet Clemens Alex. stromat. VI. p. 263.

V. 559. παῖδάς τε *BC*. ἀξίως ἐμῶν (ἐμὴν b) δόμων bc (adde ad) propter accentum.

18. p. 22. VI. 39. p. 276. Heroic. p. 751. PFLUGK. De vi, quae inest in eiusdem radicis vocabulis, conf. supra quae ad v. 472. a me dicta sunt p. 72.

V. 551. ἢ παῖδα γῆμαι] De ἢ particula post τοῦδε illata conferatur Eurip. Heracl. v. 298 sq. Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας, Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι, Γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν. et quae ad eum locum Pflugkius adnotavit p. 63. ed. sec. De Latinis exemplis vide, quae eo adlata sunt, et adde Plauti mil. glor. I. 1, 21 sq. *Periuriorem hoc hominem si quis viderit Aut gloriarum pleniorem quam illic est, Me sibi habeto* etc. et quae de eo loco dixi in Io. Chr. Iahnii Nov. annal. philol. et paedag. vol. LXIIII. p. 198.

V. 552. ᾗ σὺ κνίζει] Infra v. 763. ᾗ μάλιστ' ἐκάμνομεν. Heracl. 544. ἀλλ' ᾗ γένοιτ' ἂν ἐνδικωτέρως, φράσω. κνίζεσθαι proprie de invidia et dolore amantium dicitur. PFLUGK.

V. 553. Aeschylus Agam. 552. τῶν ἀντερώντων ἱμέρῳ πεπληγμένοι. Versum sequentem interpretor: nec numerosae liberorum progeniei cupidus; ἅμιλλα πολύτεκνος est ἅμιλλα πολυτεκνίας. Iphig. Taur. 411. φιλόπλουτον ἅμιλλαν αὔξοντες μελάθροισιν. PFLUGK.

V. 556. τὸ μὲν μέγιστον] Isocrat. Philipp. 95. τὸ μὲν τοίνυν μέγιστον, σὺ μὲν τοὺς Ἕλληνας εὔνους ἕξεις. Cf. G. H. Schaeferi Appar. crit. ad Demosth. vol. I. p. 552. Rost gr. Gr. §. 98. adn. 7. — οἰκοῖμεν — σπανιζοίμεσθα, ego sc. et liberi. Sed participium γιγνώσκων, ut res ipsa postulat, rursus ad unum Iasonem redit. PFLUGK.

V. 558. πένητα φεύγει πᾶς τις] Θεόγνιδος μὲν λέγοντος (209)· Οὐκ ἔστιν φεύγοντι φίλος καὶ πιστὸς ἑταῖρος, Εὐριπίδης πεποίηκεν· Πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος. Clemens Alex. stromat. VI. s. 1, 8. p. 263. ed. Sylb. vol. III. p. 101, 12. Klotz. Hoc tamen non ita dictum existimari velim quasi Euripides Theognidis locum expresserit. Communia haec fuerunt, ut omnes arbitratu suo iis abuti

σπείρας τ' ἀδελφοὺς τοῖσιν ἐκ σέθεν τέκνοις
εἰς ταὐτὸ θείην, καὶ ξυναρτήσας γένος
εὐδαιμονοίην. σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ;
ἐμοί τε λύει τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις
τὰ ζῶντ' ὀνῆσαι. μῶν βεβούλευμαι κακῶς;
οὐδ' ἂν σὺ φαίης, εἴ σε μὴ κνίζοι λέχος.
ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἥκεθ', ὥστ' ὀρθουμένης
εὐνῆς γυναῖκες πάντ' ἔχειν νομίζετε,
ἢν δ' αὖ γένηται ξυμφορά τις εἰς λέχος,
τὰ λῷστα καὶ κάλλιστα πολεμιώτατα
τίθεσθε. χρῆν γὰρ ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς
παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος·
χοὔτως ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰᾶσον, εὖ μὲν τούσδ' ἐκόσμησας λόγους·
ὅμως δ' ἔμοιγε, κεἰ παρὰ γνώμην ἐρῶ,
δοκεῖς προδοὺς σὴν ἄλοχον οὐ δίκαια δρᾶν.

V. 561. ξυναρτήσας BC. *συναρτήσας B.*
V. 565—67. habet Stobaeus floril. LXXIII. 33. vol. III. p. 48.
V. 565. *κνίζει BC.*
ἐχρῆν
V. 570. χρὴ B. γὰρ libri. γ' ἆρ' Porsonus. potius τἆρ' vult Kirchhoffius.
V. 572. *οὕτως δ' ἂν BC.*
V. 574. *λέγω BC.*

possent. Conf. Electr. 1131. *πένητας οὐδεὶς βούλεται κτᾶσθαι φίλους.* et vide quae dixi supra ad v. 520. p. 77. et infra ad v. 615. p. 88.

V. 560 sqq. Recte Pflugkius sententiam horum verborum sic reddidit: Ut fratres liberis ex te susceptis procreans eodem utrosque loco haberem et consociata subole feliciter aetatem agerem. Sed quod verba v. 562. *σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ;* sic explicare voluit, ut referrentur ad Medeae liberos, quos iam haberet, non ad liberos, quos novos procrearet ipsa, falsus est. Nam verba haec, quum agatur de procreatione liberorum, aliam sententiam habere non possunt atque A. Matthiae iis subiecit, qui recte vertit: neque enim tibi aliis liberis opus est.

V. 563. *ἐμοί τε λύει*] *λύειν* pro *λυσιτελεῖν* illustravit Monkius ad Hippol. 443. Cf. infra 1101. G. H. Schaefer. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 446. Schneider ad Xenoph. Anab. III. 4, 36. PFLUGK.

V. 570. *χρῆν γὰρ κτέ.*] Cf. Hippol. 616 sqq. Luciani amor. §. 38. Ceterum *γάρ* non male copulat h. l. sententias: 'Vos quidem matrimonio laeso omnia caeco odio persequi soletis. Nam ut malo careret vita humana, non esse oportebat genus mulierum'. PFLUGK.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἦ πολλὰ πολλοῖς εἰμι διάφορος βροτῶν.
ἐμοὶ γὰρ ὅστις ἄδικος ὢν σοφὸς λέγειν
πέφυκε πλείστην ζημίαν ὀφλισκάνει·
γλώσσῃ γὰρ αὐχῶν τἄδικ' εὖ περιστελεῖν,
τολμᾷ πανουργεῖν· ἔστι δ' οὐκ ἄγαν σοφός.
ὡς καὶ σὺ μὴ νῦν εἰς ἔμ' εὐσχήμων γένῃ

V. 576—80. App. flor. Stob. vol. IIII. p. 382.
V. 578. Etym. Gud. p. 231, 33.
V. 579. Schol. Eurip. Hippol. 11.
V. 581. *νῦν* libri. *νυν* Elmsleius.

V. 576. *διάφορος*] Lucian. Cynic. §. 16. *τοιαῦτά σοι τά γε ἡμέτερα πολὺ δήπου διάφωνα τοῖς τῶν πολλῶν βουλήμασι.* Cf. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 366. adn. 3. PFLUGK. Vix operae pretium est confutare Bothium, qui *πολλοῖς* pro neutro accipi posse putavit, quod plane dubitari non potest quin ad *βροτῶν* pertineat, et de dativo quidem ad formulam *διάφορον εἶναι* adiecto A. Matthiae comparavit Antiphontem de caed. Herod. p. 729, 11. Reisk. *οἱ τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν λόγους λέγοντες πιστότεροί εἰσι τῶν διαφερομένων σφίσιν αὐτοῖς;* quem ad modum enim *διαφέρεσθαι* construitur, sic etiam *διάφορον εἶναι* construendum esse facile intellegitur. De *ἦ* particula, quae saepe numero quasi fulcrum est verbi *πολλά*, contulit Elmsleius Pers. Aeschyli 845. *ἦ πολλὰ καὶ παρόντα καὶ μέλλοντ' ἔτι κτέ.* Euripid. Phoen. 704. *ἦ πόλλ' ἐπῆλθον κτέ.* Helen. 765. *ἦ πόλλ' ἀνήρου μ' ἑνὶ λόγῳ κτέ.* Rhes. 915. *ἦ πολλὰ μὲν ζῶν κτέ.*

V. 577. *ἐμοὶ γὰρ*] meo enim indicio. Soph. Antig. 904. *καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ.* Oed. Colon. 1446. *ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυστυχεῖν.* PFLUGK.

V. 581. *ὡς καὶ σὺ μὴ νῦν εἰς ἔμ' εὐσχήμων γένῃ*] A vero olim aberravit Witzschelius, qui commate post *σοφόν* posito haec verba ita interpuncta edidit: *ἔστι δ' οὐκ ἄγαν σοφός, ὡς καὶ σύ· μὴ νῦν εἰς ἔμ' εὐσχήμων γένῃ κτέ.*, qui horridus sermo propterea est, quod si ita facimus, verba: *μὴ νῦν εἰς ἔμ' εὐσχήμων γένῃ* cum antecedentibus verbis, quibuscum vel aptissime iungenda erant, coniuncta plane non sunt, ut hians oratio sit. Non intellexit vir doctissimus *ὡς* hoc loco eam vim habere, ut exemplum quidem universae sententiae singulare adiungat, sed ita tamen, ut non persona tantum modo comparetur, sed etiam actio ea, quae iam ab illa persona suscipienda aut omittenda esse videatur. Non probo tamen Brunckii rationem, qui *ὧς καὶ* edendum putavit, quamquam plures eius sententiam secuti sunt. Nam et A. Matthiae ipse intellexit *ὧς* scribi non posse duasque constructiones in unam conflatas esse et G. Hermannus rem rectissime enucleavit ad Sophoclis Electr. 65., *ὡς* non demonstrativam vim in eius modi locis habere, sed relativam. Dicitur proprie hoc: In quo genere aut dicam in qua ratione tu quoque noli in me speciosus verbis videri etc., quod, si pro relativa substituis demonstrativam particulam, denique nihil aliud est nisi hoc: itaque tu quoque noli

λέγειν τε δεινός· ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος.
χρῆν σ', εἴπερ ἦσθα μὴ κακός, πείσαντά με
γαμεῖν γάμον τόνδ', ἀλλὰ μὴ σιγῇ φίλων.

ΙΑΣΩΝ.

καλῶς γ' ἂν οὖν σὺ τῷδ' ὑπηρέτεις λόγῳ,
εἴ σοι γάμον κατεῖπον, ἥτις οὐδὲ νῦν
τολμᾷς μεθεῖναι καρδίας μέγαν χόλον.

V. 582. *ἓν γὰρ κτενεῖ σ' ἔπος* B. *ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος* CEd*C*. cum Schol. Homeri ap. Cramer. Anecd. Paris. t. III. p. 225. Eustath. in Il. p. 672. et Schol. Eurip. *ἓν γάρ σ' ἐκτενεῖ ἔπος* a. *ἓν γὰρ ἂν κτενεῖ σ' ἔπος* bc. *ἓν γὰρ οὖν* (in litura) *κτενεῖ σ' ἔπος* *B*.

V. 583. *πείσαντί με* *B*.

V. 585. *γὰρ οὖν* *B*. *σὺ τῷδ' ὑπηρέτεις* BEb. *τῷδ' ὑπηρέτεις* C. *τῷδ' ἐξυπηρέτεις* a. *μοι τῷδ' ὑπηρέτεις* cd (?) *B C*. *καλῶς γ' ἄν, οἶμαι, τῷδ' ὑπηρέτεις λόγῳ* Nauckius coniecit.

etc., sed nemo tamen negabit multo aptiorem esse coniunctionem per relativam particulam quam per demonstrativam. Recte etiam Ed. Wunderus *ὥς* in Electr. v. 65., non *ὧς* scripsit.

V. 582. *ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος*] Hanc scripturam, quae et librorum auctoritate et grammaticorum testimoniis satis defenditur, recte iam explicavit Eustathius ad Il. p. 672, 60. *ἐκτεταμένος*, inquit, *κατὰ τὸν εἰπόντα τραγικὸν τὸ ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος· ἤγουν εἷς λόγος ἐκτάδην ῥίψει.* nec minus Scholiastes ad h. l.: *ἐκτενεῖ σε ἀντὶ τοῦ καταβαλεῖ σε, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πιπτόντων καὶ ἐκτεινομένων εἰς τὸ ἔδαφος ἀθλητῶν ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων.* Est igitur Latine: Unum enim te prosternet verbum. Contra Erfurdtium, qui ad Sophoclis Oed. reg. 153. ed. min. praefert: *ἓν γὰρ οὖν κτενεῖ σ' ἔπος*, maxime ob similem locum Troad. 909. *συντεθεὶς δ' ὁ πᾶς λόγος Κτενεῖ νιν.*, recte Pflugkius disputavit, quod illius loci rationem diversam esse dixit.

V. 584. *γαμεῖν γάμον*] I. e. *ποιεῖσθαι γάμον*, ut in dicto Chilonis apud Stobaeum floril. vol. III. p. 37. *γάμους εὐτελεῖς καὶ ἰσοτίμους ποιοῦ.* Troad. 1016. *οἱ δ' ἐμοὶ παῖδες γάμους Ἄλλους γαμοῦσι.* Sic *ὕβρεις ὑβρίζειν* Herc. fur. 741. Helen. 794. *ἀρὰς ἀρᾶσθαι* infra 604. Cf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 408. PFLUGK.

V. 585. *καλῶς γ' ἂν οὖν σὺ κτέ.*] De veritate huius scripturae nec librorum auctoritas nec sententia ipsa nos sinit dubitare. Et libri quidem satis certi aperte hanc scripturum offerunt, ut BEb., a quibus reliqui, qui aliquam fidem habent, non recedunt nisi in uno pronomine *σύ*, quod propterea aptissimum ad h. l. est, quia eo id praeparatur, quod sequitur: *ἥτις οὐδὲ νῦν τολμᾷς κτέ.* Ad sententiam quod attinet, hoc dicitur: Praeclare tu quidem certe huic subservires orationi, si te de nuptiis certiorem fecissem, quae ne nunc quidem sustineas etc. De formula ipsa conf. supra v. 501. *καλῶς γ' ἂν οὖν Δέξαιντό μ' οἴκοις ὧν πατέρα κατέκτανον.* et Aristophanis Ecclesiaz. 806 sq. *Πάνυ γ' ἂν οὖν Ἀντισθένης Αὔτ' εἰσενέγκοι κτέ.* Vide quae dixi ad Devarium vol. II. p. 349.

V. 587. *τολμᾷς*] sustines; de qua huius verbi significatione

ΜΗΔΕΙΑ.

οὐ τοῦτό σ' εἶχεν, ἀλλὰ βάρβαρον λέχος
πρὸς γῆρας οὐκ εὔδοξον ἐξέβαινέ σοι.

ΙΑΣΩΝ.

εὖ νῦν τόδ' ἴσθι, μὴ γυναικὸς οὕνεκα
γῆμαί με λέκτρα βασιλέως, ἃ νῦν ἔχω,
ἀλλ', ὥσπερ εἶπον καὶ πάρος, σῶσαι θέλων

V. 591. βασιλέως libri. βασιλέων Elmsleius.

nonnulla notavit Monkius ad Alcest. 285 Vide adn. ad Hecub. 332. PFLUGK. De verbo τολμᾶν, quod est in animum inducere, dictum in Addit. ad Athen. p. 309 sq. F. IACOBS.

V. 588. οὐ τοῦτό σ' εἶχεν] Quod Kirchhoffius proposuit: οὐ τοῦτο σ' ἔσχ' ἄν, minime probandum est. Nam neque particula ἂν hic locum habet et verba, quae in libris sunt, sententiam huic loco maxime accommodatam habent: Non hoc te tenebat, verum etc. Vide quae supra adnotata sunt ad v. 140. Non magis placet quod Nauckius nuper coniecit: οὐ τοῦτό σ' εἶργεν. Sententiam enim huius loci rectissime explicavit iam Pflugkius: Non haec te movebat cogitatio, sed meum mulieris barbarae coniugium si ad senectutem usque retinendum esset, verebare, ne quid inde detrimenti tua fama caperet.

V. 591. γῆμαί με λέκτρα βασιλέως] Hanc scripturam omnium librorum auctoritate confirmatam grammatici omnes usque ad Elmsleium obtinuerunt, qui primus e v. 140., ubi legitur τὸν μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννων, scribendum esse existimavit λέκτρα βασιλέων, quod apud poëtas tragicos, ubi diceretur λέκτρα βασιλέως, id regem aut regis uxorem significaret, non regis filiam. Quod quamquam nunc ab omnibus fere grammaticis est comprobatum, tamen minus recte ab Elmsleio iudicatum est. Primum enim verba λέκτρα βασιλέως per sese neque regem neque reginam significant, sed tantum modo lectum genialem aut dicam matrimonium vel conubium regis. Nunc si quae mulier λέκτρα βασιλέως κτᾶσθαι dicitur, regem habebit maritum, sin vir quispiam λέκτρα βασιλέως κτᾶσθαι dicitur, nihil aliud dicitur nisi hoc nancisci eum lectum aut conubium regis, id autem poterit pro re nata dupliciter fieri, ut aut uxorem regis vel potius viduam in matrimonium ducat aut etiam eo conubio regis potiatur, ut eius filiam in matrimonium ducat. Sic in Helenae v. 637 (656 ed. Herm.) Menelaus gloriatur: Ἔχω τὰ τοῦ Διός τε λέκτρα Λήδας τε. Et quid tandem aliud est quod habet Sophocles in Trachin. 793. καὶ τὸν Οἰνέως γάμον Οἷον κατακτήσαιτο λυμαντὴν βίον.? Nam ibi nuptiae Oenei illae dicuntur nuptiae, per quas Hercules Oenei filiam in matrimonium duxit. Ac si Elmsleius dixit, ibi γάμον significare idem quod κῆδος sive adfinitatem, iure possumus contendere etiam λέκτρα βασιλέως κτᾶσθαι nihil esse aliud nisi regis adfinitatem per conubium consequi. Iure igitur in eadem qua ego sum sententia fuit C. Reisigius in Coniect. in Aristoph. I. p. 280. et Pflugkius ipse ad Helenae locum, quamquam hic Elmsleio obsecutus erat. Vide quae dicta sunt ad Helenae l. c. p. 87. ed. sec.

V. 592. ὥσπερ εἶπον καὶ πάρος] Supra v. 560 sq. — σῶσαι θέλων] Quasi praeces-

σὲ καὶ τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς ὁμοσπόρους
φῦσαι τυράννους παῖδας, ἔρυμα δώμασιν.

ΜΗΔΕΙΑ.

μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος,
μηδ' ὄλβος, ὅστις τὴν ἐμὴν κνίζοι φρένα.

ΙΑΣΩΝ.

οἶσθ' ὡς μετεύξει καὶ σοφωτέρα φανεῖ;
τὰ χρηστὰ μή σοι λυπρὰ φαινέσθω ποτέ,
μηδ' εὐτυχοῦσα δυστυχὴς εἶναι δόκει.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὕβριζ', ἐπειδὴ σοὶ μὲν ἔστ' ἀποστροφή,
ἐγὼ δ' ἔρημος τήνδε φευξοῦμαι χθόνα.

ΙΑΣΩΝ.

αὐτὴ τάδ' εἵλου· μηδέν' ἄλλον αἰτιῶ.

ΜΗΔΕΙΑ.

τί δρῶσα; μῶν γαμοῦσα καὶ προδοῦσά σε;

V. 595. 96. habet Stobaeus floril. XCIII. 5. vol. III. p. 201. priorem Plutarch. de lib. educ. p. 25. Tzetzes exeg. p. 144. cf. Doxopater t. II. p. 294. Walz. Schol. Aphthon. t. II. p. 24. Walz.
V. 596. *κνίζει* BCd*C*. *κνίζοι* *B*. De ceteris non constat.

sisset *οὐ γυναικὸς οὕνεκα ἔγημα*. Nam constructionis ratio postulabat *θέλοντα*. PFLUGK. In eius modi locis liberior erat Graecorum oratio cotidianae vitae sermoni propior quam nostra. Conf. de simili genere supra v. 557. participium *γιγνώσκων*, quamquam numerus pluralis praecesserat.

V. 596. *κνίζοι*] Eadem modorum ratio apud Homerum Od. I. 47. *ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.* Cf. G. H. Schaeferi Appar. crit. ad Demosth. t. I. p. 436. PFLUGK. Quamquam etiam apud Stobaeum l. c. libri ex parte *κνίζει* pro *κνίζοι* videntur habere, tamen ego quoque concinniorem loci constructionem, quae fit per optativum, non putavi mutandam. Verum tamen indicativus per se falsus non est. Euripides Troad. 386 sq. *Σιγᾶν ἄμεινον τἀσχρὰ μηδὲ Μοῦσά μοι Γένοιτ' ἀοιδός, ἥτις ὑμνήσει κακά.* Sophocles Antig. 372 sqq. *Μήτ' ἐμοὶ παρέστιος Γένοιτο μήτ' ἴσον φρονῶν, Ὃς τάδ' ἔρδει.* Cf. infra v. 654 sqq.

V. 597. *οἶσθ' ὡς μετεύξει*] Supersedere possumus coniectura Elmsleii (ad h. l. et ad Oed. reg. 543.) *μέτευξαι*. Cycl. 131. *οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις, ὡς ἀπαίρωμεν χθονός.* Lucian. Hermot. §. 63. *οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις;* PFLUGK.

V. 603. *μῶν γαμοῦσα καὶ προδοῦσά σε;*] Dicit haec Medea irridens illud, quod Iason in se fecerit, itaque quum quasi in Iasonis persona haec verba praedicet, etiam de se *γαμοῦσα* dicit, non *γαμουμένη*. Expedivit recte rem Scholiastes: *Σεσημείωται τὸ γαμοῦσα. θέλει δὲ εἰπεῖν· ἆρα τοιοῦτον ἔργον ποιοῦσα; οὐ γὰρ ἐφ' ἑαυτῆς*

ΙΑΣΩΝ.

ἀρὰς τυράννοις ἀνοσίους ἀρωμένη.

ΜΗΔΕΙΑ.

καὶ σοῖς ἀραία γ' οὖσα τυγχάνω δόμοις.

ΙΑΣΩΝ.

ὡς οὐ κρινοῦμαι τῶνδέ σοι τὰ πλείονα.
ἀλλ' εἴ τι βούλει παισὶν ἢ σαυτῆς φυγῇ
προσωφέλημα χρημάτων ἐμῶν λαβεῖν,
λέγ'· ὡς ἕτοιμος ἀφθόνῳ δοῦναι χερὶ
ξένοις τε πέμπειν σύμβολ', οἳ δράσουσί σ' εὖ.

V. 607. βούλῃ b. σαυτῆς φυγῇ libri praeter *C.*, in quo est σαυτῇ φυγῆς. Confusio inde nata est quod scriptum erat σαυτῆς φυγῆι.
V. 609. habet Eustathius in Iliad. p. 633.
V. 610. οἳ δράσουσιν εὖ B c οἳ δράσουσ' εὖ C. οἳ δράσουσ' εὖ (corr. in δράσουσί σ' εὖ) *B*. Ceteri, ut videtur, οἳ δράσουσί σ' εὖ.

λέγει, ἐπεὶ εἶπεν ἂν γαμουμένη, ἀλλὰ τὸν Ἰάσονος λόγον ἐφ' ἑαυτῆς μετέστρεψεν. γαμεῖ μὲν γὰρ ὁ ἀνήρ, γαμεῖται δὲ ἡ γυνή. Alio quodam modo dicitur de Penelopa Orest. 589 sq. οὐ γὰρ ἐπεγάμει πόσει πόσιν, Μένει δ' ἐν οἴκοις ὑγιὲς εὐναστήριον. ita, ut una notetur Clytaemnestra, quae ita nupsisset Aegistho, quasi non duceretur, sed ipsa illum duceret in matrimonium arbitratu suo. Vide quae dixi ad Orest. l. c. p. 97. cl. adn. ad eiusdem fab. v. 558. p. 94 sq.

V. 604. ἀρὰς — ἀρωμένη] Vide quae modo ad v. 584. adlata sunt a Pflugkio.

V. 605. Acerrima et contumacis odii plena est responsio Medeae. 'Ego vero', inquit, 'neque reges me diris devovisse infitior et tuae domui pestem precata sum'. PFLUGK.

V. 606. ὡς οὐ κρινοῦμαι] I. e. ἴσθι, ὡς οὐ κρινοῦμαι. Vide Elmsleium ad h. l. De τὰ πλείονα vid. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §.266. adn. PFLUGK.

V. 607. παισὶν ἢ σαυτῆς φυγῇ] Quamquam illa scriptura, quae est in cod. *C.*, σαυτῇ φυγῆς multum habere videtur, quo se nobis commendet, et mutatio perfacilis erat, malui tamen nunc cum ceteris fere grammaticis revocare ceterorum librorum scripturam σαυτῆς φυγῇ, quam ita tueri possumus, ut dicamus haec subsidia omnino liberis tribui ab Iasone, ut alantur atque educentur, in Medea autem fugae potissimum velle prospicere Iasonem. Vide quae Schoenius ad h. l. disputavit p. 45.

V. 609. ὡς ἕτοιμος κτέ.] Frequens est in hac formula et pronominis et verbi substantivi ellipsis, sicuti in Phoen. 975. dicitur: αὐτὸς δ' — θνήσκειν ἕτοιμος, πατρίδος ἐκλυτήριον. vide adn. nostram p. 158. et in Helen. v. 1523. πῶς; εἰδέναι πρόθυμος κτέ., ad quem locum vide quae adnotavit Pflugkius p. 182. ed. sec.

V. 610. σύμβολ'] Intellegit tesseras hospitales, de quibus Scholiastes auctore Helladio haec rettulit: οἱ ἐπιξενούμενοί τισιν, ἀστράγαλον κατατέμνοντες, θάτερον μὲν αὐτοὶ κατεῖχον μέρος, θάτερον δὲ κατελίμπανον τοῖς ὑποδεξαμένοις, ἵνα, εἰ δέοι πάλιν αὐτοὺς ἢ τοὺς ἐκείνων ἐπιξενοῦσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἐπαγόμε-

καὶ ταῦτα μὴ θέλουσα μωρανεῖς, γύναι·
λήξασα δ' ὀργῆς κερδανεῖς ἀμείνονα.

ΜΗΔΕΙΑ.

οὔτ' ἂν ξένοισι τοῖσι σοῖς χρησαίμεθ' ἂν
οὔτ' ἄν τι δεξαίμεσθα μήθ' ἡμῖν δίδου·
κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.

ΙΑΣΩΝ.

ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν δαίμονας μαρτύρομαι,
ὡς πάνθ' ὑπουργεῖν σοί τε καὶ τέκνοις θέλω·
σοὶ δ' οὐκ ἀρέσκει τἀγάθ', ἀλλ' αὐθαδίᾳ
φίλους ἀπωθεῖ· τοιγὰρ ἀλγυνεῖ πλέον.

V. 614. μήθ' BCEacd. μὴ δ' *B*[*C*].
V. 615. Menander monost. 292. Clemens Alex. strom. VI. p. 263. Zenobius IIII. 4.
V. 619. ἀλγυνεῖ bc. ἀλγυνῇ ceteri, ut videtur.

νοι τὸ ἥμισυ ἀστραγάλιον ἀνανεοῖντο τὴν ξενίαν. Εὔβουλος Ξούθῳ· Τί ποτ' ἔσθ' ἁπαξάπαντα διαπεπρισμένα Ἡμίσε' ἀκριβῶς ὥσπερεὶ τὰ σύμβολα; quemadmodum Cobetus in Mnemos. V. p. 83. verba Eubuli emendavit. Cf. A. Meineke Fragm. comic. Graec. vol. III. p. 239 sq.

V. 613. οὔτ' αν — χρησαίμεθ' ἂν] Notum hodie nullo pleonasmo vel triplex eadem in sententia ἂν poni, si quidem aliud alii vocabulo iungendum est: quemadmodum hoc loco alterum referendum ad τοῖσι σοῖς, alterum ad verbum χρησαίμεθα. Rationem huius usus declaravit Rost. gr. Gr. §. 120. adn. 4. p. 618 sqq. ed. VII. PFLUGK.

V. 614. οὔτ' ἄν — μήθ' ἡμῖν δίδου] μήθ' pro μηδ' recte nunc ex optimis libris ab menibus criticis revocatum est. Defendit recte hanc scripturam G. H. Schaefer. Appar. crit. ad Demosth. t. I. p. 528. Saepe enim οὔτε — μήτε et οὔτε — οὔτε — μήτε in simili causa inter se opponuntur. Sic Demosthenes de Cherson. §. 68. p. 106, 22. Reisk. ἐγὼ δὲ θρασὺς — οὔτ' εἰμὶ μήτε γενοίμην. Id. de falsa leg. §. 149. p. 387, 13. ὑμῖν δὲ τοιοῦτο μὲν οὐδὲν οὔτ' ἦν μήτε γένοιτο τοῦ λοιποῦ κτέ. cl. Schaefer. l. c. t. II. p. 568. et eiusdem Melet. crit. p. 91. tum C. Wex ad Soph. Antig. 496. p. 178. Dicitur etiam inverso ordine μήτε — οὔτε, ut in Demosth. or. de Cherson. §. 51. p. 102, 22. ἃ μήτε γένοιτο οὔτε λέγειν ἄξιον. et in Eurip. Iph. Aul. 330 sq. καὶ σὺ μήτ' ὀργῆς ὕπο ἀποτρέπου τἀληθὲς οὔτε κατατενῶ λίαν ἐγώ. Vide quae dixi ad Devarium vol. II. p. 715.

V. 615. Non satis recte Clemens Alexandrinus stromat. VI. p. 740, 12. ed. Pott. vol. III. p. 101. ed. Klotz., fortasse Porphyrium secutus, scripsit hunc Euripidis locum expressum esse a Sophocle Ai. 665., ubi haec verba legerentur: ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα., rectius fortasse Scholiastes ad h. l., qui ipse quoque Sophoclei loci mentionem fecit, adnotavit proverbialem esse formulam, ut omnibus in medio proposita esset. Vide quae modo diximus ad v. 520. p. 77. et ad v. 558. p. 81 sq.

ΜΗΔΕΙΑ.

χώρει· πόθῳ γὰρ τῆς νεοδμήτου κόρης
αἱρεῖ χρονίζων δωμάτων ἐξώπιος·
νύμφευ'· ἴσως γάρ, σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται,
γαμεῖς τοιοῦτον ὥστε σ' ἀρνεῖσθαι γάμον.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'.

Ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν

V. 622. Aristophanes Plut. 114.

V. 624. Metrum prioris strophae mixtum est ex dactylis et trochaeis, alterius e Glyconeis atque iis numeris, qui solent cum Glyconeis coniungi.

στρ. α'.

⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
– –́ ⏑ – –́ ⏑
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
⏑⏑ –́ – –́ ⏑ – –
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ – ⏒

στρ. β'.

–́ ⏑⏑ – –́ ⏑⏑ –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
⏑⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏒
–́ ⏑ – –
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏒
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑ –
×̲ ⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑ –
–́ ⏑⏑ – ⏑ – –

V. 621. **δωμάτων ἐξώπιος**] Quod Euripides hanc formulam, quae fortasse ab aliis usurpata non erat, frequentaverat, veluti in Suppl. 1038. ἢ δόμων ἐξώπιος βέβηκε πηδήσασα. et alio quodam modo in Alcest. 546 sq. ἡγοῦ σὺ τῶνδε δωμάτων ἐξωπίους ξενῶνας οἴξας κτέ., Aristophanes in Thesmophoriaz. 884. irridens Euripidem dixit: ἐκεῖτ' ἐρωτᾷς ἔνδον ἔστ' ἢ 'ξώπιος. Nec minus, quod sequitur versu sequenti: σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται, idem Aristophanes videtur carpere, quod dicit in Plut. 114 sq. οἶμαι γάρ, οἶμαι, σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται, Ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας.

V. 623. Similis exsecratio apud Aeschylum est in Prom. 765. γαμεῖ γάμον τοιοῦτον, ᾧ ποτ' ἀσχαλᾷ.

V. 624 sqq. Iasonis et Medeae res respiciens chorus deprecatur immodicam Venerem, discidiorum causam; tum eorum deplorat condicionem, qui patria priventur: quod Medeae accidit propter Iasonis perfidiam. PFLUGK.

V. 624. **ὑπὲρ μὲν ἄγαν κτέ.**] Dicitur proprie hoc: qui super id, quod magnum aut nimium est, excedunt, ut ἄγαν quasi instar nominis substantivi sit, quod postea ὑπεράγαν uno vocabulo dictum est. De vera vi ac potestate vocabuli ἄγαν cf. G. Hermanni Opusc. vol. II. p. 231.

ἐλθόντες οὐκ εὐδοξίαν,
οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν
ἀνδράσιν· εἰ δ' ἅλις ἔλθοι
Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς εὔχαρις οὕτως.
μήποτ', ὦ δέσποιν', ἐπ' ἐμοὶ
χρυσέων τόξων ἐφείης
ἱμέρῳ χρίσασ' ἄφυκτον οἰστόν.

ἀντιστροφὴ α'.

στέργοι δέ με σωφροσύνα,
δώρημα κάλλιστον θεῶν·
μηδέ ποτ' ἀμφιλόγους ὀρ-
γὰς ἀκόρεστά τε νείκη
θυμὸν ἐκπλήξασ' ἑτέροις ἐπὶ λέκτροις
προσβάλοι δεινὰ Κύπρις, ἀ-
πτολέμους δ' εὐνὰς σεβίζουσ'
ὀξύφρων κρίνοι λέχη γυναικῶν.

V. 628. ἄλλη c. οὗτως BcdB. De ceteris non satis constat.
V. 630. ἐφίης BCC Eustathius in Iliad. p. 568, 24. ἐφείης EacdB.
V. 632. 33. habet Stobaeus floril. v. 19. vol. I. p. 127.
V. 637. προσβάλοιμι δεινά B. προσβάλλοιμ' ὦ δεινά C.
V. 638. ἀπ(πτ e corr.)ολέμους δ' B. ἀπτολέμους CbB. ἀπολέμους cC ἀπολέμους δ' d.

V. 626. παρέδωκαν] Est aoristus gnomicus, a multis non satis intellectus, recte explicatus a Fr. Frankio in Actis reg. soc. litt. Lips. a. 1854. II. p. 44.

V. 627. εἰ δ' ἅλις ἔλθοι Κύπρις κτἑ.] ἅλις interpretatur Hesychius μετρίως. — De praestantia modici amoris permulti loci iam adlati ab interpretibus sunt, ut Eurip. Helen. 1105 sq. εἰ δ' ἦσθα μετρία, τἄλλα γ' ἡδίστη θεῶν Πέφυκας ἀνθρώποισιν· οὐκ ἄλλως λέγω. tum Oppiani Halieut. IIII. 32. ὁ δ' ὄλβιος ὅς κεν ἔρωτα Εὐκραῆ κομέῃ τε καὶ ἐν στέρνοισι φυλάσσῃ. Denique quem attulit Pflugkius, Athenaei locum lib. XIII. p. 562. E. Θεόφραστος δ' ἐν τῷ Ἐρωτικῷ Χαιρήμονά φησι τὸν τραγικὸν λέγειν, ὡς τὸν οἶνον τῶν χρωμένων τοῖς τρόποις κεράννυσθαι, οὕτως καὶ τὸν Ἔρωτα· ὃς μετριάζων μέν ἐστιν εὔχαρις, ἐπιτεινόμενος δὲ καὶ διαταράττων χαλεπώτατος.

V. 634. ἀμφιλόγους ὀργὰς] Soph. Antig. 111. in simili causa dicitur: ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων. Νείκη autem ἀμφίλογα, ὀργαὶ ἀμφίλογοι sunt, in quibus ab utraque parte fit altercatio.

V. 637 sq. ἀπτολέμους δ' εὐνὰς σεβίζουσ' ὀξύφρων κτἑ.] Optat chorus, ut Venus quieta matrimonia colat ac foveat et acuta qua est mentis acie coniugia mulierum discreta habeat, ne, si quando id minus faciat, in iura coniugalia a viris peccetur.

στροφὴ β'.

ὦ πατρίς, ὦ δῶμα . . . .,
μὴ δῆτ' ἄπολις γενοίμαν
τὸν ἀμηχανίας ἔχουσα δυσπέ-
ρατον αἰῶν'
οἰκτροτάτων ἀχέων.
θανάτῳ, θανάτῳ πάρος δαμείην
ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα· μό-
χθων δ' οὐκ ἄλλος ὕπερθεν ἢ
γᾶς πατρίας στέρεσθαι.

V. 640. ὦ δῶμα BCEabcd*B*. ὦ δῶμά τ' ἐμόν vulgo, quod in *C* videtur esse. δώματα Nauckius.

V. 642. ἀμηχανίας libri. Formam ἀμαχανίας iniuria reposuerat Elmsleius. Cf. Sophoclis Antig. 345. 355 sq.

V. 643. δυσπέραντον Cbc.

V. 644. οἰκτροτάτων (οἰκτροτάτην b) libri. οἰκτρότατον coniecit Musgravius.

V. 645. θανάτῳ semel C*C*.

V. 648. πατρῴας B. πατρίας ceteri, ut videtur, omnes.

V. 640. **ὦ πατρίς, ὦ δῶμά τ' ἐμόν**] Quum verba τ' ἐμόν non legantur nisi in cod. *C.*, hoc loco, ut videtur, interpolato, sane extremae versus syllabae prorsus incertae sunt eoque interpolatio ista improbabilior esse videtur, quod τὲ particula vix locum habere potest. Nolui tamen auctore Nauckio, quem alii quoque secuti sunt, edere: δώματα μὴ || δῆτ' ἄπολις γενοίμαν κτέ., sed suspicor potius aliam scripturam in lacuna fuisse, fortasse huius modi: ὦ πατρίς, ὦ δῶμα φίλον κτέ. De versu antistrophico vide ad v. 650.

V. 645 sq. Non immerito haeret Elmsleius in explicanda vulgata: θανάτῳ, θανάτῳ πάρος δαμείην ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα, quum dici debuisse videatur: ἤ, vel: πρὶν ἐξανύσαι τήνδε ἡμέραν. Nihil tamen caussae est, quare hunc locum de vitio suspectum habeamus. Eadem enim dicendi forma usus est poëta, qua δείξω γεγώς et similia saepissime dicuntur, quae proprie conversio quaedam est sententiarum. Ita ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα θανάτῳ πάρος δαμείην proprie est: hoc die perfuncta, prius moriar, quod nihil aliud esse apparet quam: moriar potius, quam hunc diem exegerim. Nam πάρος, πρίν et similia, ut apud Germanos, saepe nihil aliud quam potius significant. Ita Homerus (Iliad. I. 29 sq.): τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω· πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ. Simili forma dicendi, ut in Medea, etiam in Alcestide v. 900. ed. Monk. usus est Euripides: τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχου., in quo loco frustra haeserunt interpretes et critici. Hoc dicit: ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχου, τί τούτου μεῖζον ἀνδρὶ κακόν; G. HERMANNUS. Vide quae dicta sunt ad Alcest. 879. p. 116 sq. ed. sec.

V. 647. Cf. Eurip. Electr. 1314. Καὶ τίνες ἄλλαι στεναχαὶ μείζους Ἢ γῆς πατρίας ὅρον ἐκλείπειν;

ἀντιστροφὴ β'.

εἴδομεν, οὐκ ἐξ ἑτέρων
μύθων ἔχομεν φράσασθαι·
σὲ γὰρ οὐ πόλις, οὐ φίλων τις ᾤκτει-
ρεν παθοῦσαν
δεινότατον παθέων.
ἀχάριστος ὄλοιθ' ὅτῳ πάρεστι
μὴ φίλους τιμᾶν καθαρὰν ἀνοί-
ξαντα κλῇδα φρενῶν· ἐμοὶ
μὲν φίλος οὔποτ' ἔσται.

ΑΙΓΕΥΣ.

Μήδεια, χαῖρε· τοῦδε γὰρ προοίμιον

V. 650. *μύθων* libri. *μῦθον* Nauckius. *ἔχω* BCEabcd*B*. fortasse etiam *C*. *ἔχομεν* Aldus.
V. 651. *σὲ γὰρ οὐ φίλων τις οὐ πόλις BC*.

ον
V. 653. *δεινότατα* omnes praeter *C*, qui *δεινότατα*. Elmsleius comparavit Eurip. Electr. 1226. *δεινότατον παθέων ἔρεξας*.
V. 654. *πάρεστι* libri. *παρέσται* Aldus. De modo conf. supra adnot. exeget. ad v. 596.
V. 655. *ἀνοίξαντα* BCEbd *ἀνοίξαντι B* [*C*].
V. 656. *ἐμοὶ* libri fere omnes. De *C* non constat. *κἀμοὶ* Aldus.

V. 649. *εἴδομεν, οὐκ ἐξ ἑτέρων μύθων κτἑ.*] Vidimus, non ex alienis narrationibus habemus dicere etc. Haec sententia aptissima in hunc locum, vide Eurip. Heracl. 5. cum adnot. Pflugkii p. 28. ed. sec. Retinui autem ab Aldo propagatam scripturam *μύθων ἔχομεν*, nec scripsi auctore Nauckio *μῦθον ἔχω*, quod *μύθων* in libris habetur omnibus, *ἔχω* autem, quod libri offerunt, facile ex *ἔχ͂ο*, i. e. *ἔχομεν*, oriri potuit. Nam dici vix potest quotiens *ἔχω* et *ἔχομεν* propter hoc compendium inter se commutata sint. De formula ipsa conf. quae adlata sunt ad Iphig. Taur. 783. p. 122 sq.

V. 654. *ἀχάριστος ὄλοιθ'*] Pessime pereat. Nam *ἄχαρι* vel *ἀχάριστον* dicitur quidquid grave est et invisum. Cf. Herodot. I. 38. 108. PFLUGK.

V. 655. *ἀνοίξαντα*] Philostr. Vit. Apoll. V. 31. p. 213. *σοὶ δὲ καὶ τὰ στέρνα ἀνεῷχθαι δοκεῖ τἀμά*. PFLUGK. Dictum videtur pro *καθαρὰς ἔχοντα δεῖξει φρένας*. F. IACOBS. Ceterum *ἀνοίξαντα* aptius h. l. videtur esse quam *ἀνοίξαντι*. Rectius enim hoc loco in sententia communi referri videtur participium ad infinitivum quam ad pronomen *ὅτῳ*, quia res potius quam persona in eius modi locis conspicienda est. V. Rost. gr. Gr. §. 127. adn. 2. p. 703. ed. VII.

V. 658 sqq. Iam Aegeus, filius Pandionis, nepos Cecropis, rex Athenarum, qui postea ex Aethra Pitthei Troezenii filia Theseum suscepit, advenit, qui quum diu sine liberis esset, consulto de prole suscipienda Apollinis Delphici oraculo responsum satis obscurum rettulerat, quod praeter Schol. ad Med. v. 679. p. 76, 17. Dind. et Schol. ad Hippol. v. 11.

κάλλιον οὐδεὶς οἶδε προσφωνεῖν φίλους.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὦ χαῖρε καὶ σύ, παῖ σοφοῦ Πανδίονος,

V. 659. φίλοις B[C]*B*. φίλους Eabcd*C*.

adferunt Plutarchus Vit. Thes. c. 3. Apollodorus bibl. III. 15, 6. Tzetzes ad Lycophr. 494. his fere verbis conceptum: *Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν Μὴ λύσῃς, πρὶν γουνὸν Ἀθηναίων ἀφικέσθαι.* Conf. infra v. 674. Huius oraculi interpretandi causa fecerat Neophron in Medea sua Aegeum Corinthum venire ad Medeam ipsam, ut qua illa esset sapientia veram oraculi sententiam Aegeum edoceret, in quam rem adferuntur a Schol. ad v. 666. p. 45, 31. ex Neophronis fabula hi versus, quos fatur Aegeus ad Medeam: *Καὶ γάρ τιν' αὐτὸς ἦλθον λύσιν μαθεῖν Σοῦ· Πυθίαν γὰρ ὄσσαν, ἥν ἔχρησέ μοι Φοῖβου πρόμαντις, συμβαλεῖν ἀμηχανῶ. Σοὶ δ' εἰς λόγους μολὼν ἂν ἤλπιζον μαθεῖν.* de quibus conf. A. Nauck. Tragic. Graec. fragm. p. 565 sq. Ea ratio quum Euripidi minus commoda videretur, mutavit rem et Aegeum fecit proficiscentem ad Pittheum regem Troezeniorum, ut ex eo de oraculo sciscitaretur, nave Corinthum appulsa forte fortuna cum Medea, cui iam notus antea fuisse fingitur, congredi. Unde iam, qui sequitur, sermo oritur.

V. 658. *Μήδεια, χαῖρε*] De usu voc. *χαῖρε* Lucian. [de lapsu in saltando §. 2.] t. I. p. 726. *τὸ μὲν δὴ χαίρειν ἀρχαία μὲν ἡ προσαγόρευσις, οὐ μὴν ἑωθινὴ μόνον οὐδ' ὑπὸ τὴν πρώτην ἔντευξιν, ἀλλὰ καὶ πρῶτον μὴ ἰδόντες ἀλλήλους ἔλεγον αὐτό, ὡς τό· Χαῖρ', ὦ δυνάστα τῆσδε γῆς Τιρυνθίας.* PFLUGK.

Ibid. *τοῦδε γὰρ προοίμιον*] ἢ τόδε; cf. Rost gr. Gr. p. 409. ed. sept. Sophoclis Ai. 1054. *ἐξεύρομεν αὐτὸν ἐχθίω Φρυγῶν.* Aeschyl. Sept. adv. Theb. 20. *τίνα γοῦν χώραν μᾶλλον εὔφρονα τῆσδ' ἀφικοίμεθα;* PFLUGK.

V. 659. *προσφωνεῖν φίλους*] Quamquam in melioribus libris *φίλοις* pro *φίλους* legitur et *προσφωνεῖν* recentiore quidem aetate etiam cum dativo constructum est, veluti ap. Cic. Att. XVI. 11, 4. *Προσφωνῶ autem Ciceroni filio.* et apud Diogenem Laërt. VIII. §. 60. *ᾧ δὴ καὶ τὰ περὶ φύσεως προσεφώνηκεν οὕτως,* tamen accusativum *φίλους*, quia perfacile eae litterae inter se commutari poterant, non mutavi. Nam antiquiore quidem tempore *προσφωνεῖν τινά τι* usitatius fuisse videtur, cf. Aeschyli Ai. fragm. ex Nioba ap. Plutarch. moral. p. 603. A. *καί με προσφωνεῖ τάδε.* in A. Nauck. Trag. Graec. fragm. p. 40.

V. 660. *σοφοῦ Πανδίονος· εὐεπίφορός ἐστιν ὁ Εὐριπίδης εἰς τὸ λέγειν σοφὸς καὶ σοφή, πρὸς μηδὲν χρήσιμον παραλαμβάνων τὸ ὄνομα. Κατὰ τί γὰρ σοφὸς ὁ Πανδίων λέγεται; οὐ γὰρ δὴ ὠνόμασται τοιοῦτον αὐτοῦ τι ἔργον ἀλλ' οὐδὲ πανουργίας ἐχόμενον, ὥστε διὰ τοῦτο λέγεσθαι αὐτὸν σοφόν, ἀλλ' ὥσπερ παραπληρώματι χρῆται τῇ λέξει.* SCHOLIASTES. Hoc ne quis ex eo numero, qui nimio opere nunc Euripidis poësim insectari solent, adripiat, hoc dico, usitatam quandam urbanitatem sermonis fere in eius modi locis requirere, ut, quum mentionem facias patris eius hominis, quicum loquare, eum honesta quadam appellatione adficias. Itaque quum aliud quod praedicabile esset de Pandione non haberet Euripides, quia et seni et regi, qui rem publicam administraret et ius diceret, conve-

Αἰγεῦ. πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπιστρωφᾷ πέδον;

ΑΙΓΕΥΣ.

Φοίβου παλαιὸν ἐκλιπὼν χρηστήριον.

ΜΗΔΕΙΑ.

τί δ' ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν ἐστάλης;

ΑΙΓΕΥΣ.

παίδων ἐρευνῶν σπέρμ' ὅπως γένοιτό μοι.

ΜΗΔΕΙΑ.

πρὸς θεῶν, ἄπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον;

ΑΙΓΕΥΣ.

ἄπαιδές ἐσμεν δαίμονός τινος τύχῃ.

ΜΗΔΕΙΑ.

δάμαρτος οὔσης, ἢ λέχους ἄπειρος ὤν;

ΑΙΓΕΥΣ.

οὐκ ἐσμὲν εὐνῆς ἄζυγες γαμηλίου.

ΜΗΔΕΙΑ.

τί δῆτα Φοῖβος εἶπέ σοι παίδων πέρι;

ΑΙΓΕΥΣ.

σοφώτερ' ἢ κατ' ἄνδρα συμβαλεῖν ἔπη.

V. 663. *ἱκάνεις B. ἠκάνεις C.* Idem glossema pro *ἐστάλης* habemus etiam in Androm. 249., ubi pro *οὕπερ εἵνεκ' ἐστάλης* scriptum est *οὕπερ ἐνθάδ' ἱκάνεις.*

V. 665. Bekker. Anecd. I. p. 346. Hesychius vol. I. p. 104.

nire maxime hoc nomen videretur, appellavit eum *σοφόν,* ut quum patris praedicatione praesentem filium honestaret, tamen nihil diceret quod ab illius persona alienum esset. Nam septem illos sapientes hoc ipsum nomen etiam a rei publ. administratione accepisse satis notum est, recteque F. H. Bothe commemoravit, aliquam in hac parte laudem commeruisse eum videri, qui et heroum habuisset et diebus festis annuis Megaris celebratus esset, cl. Pausania I. 5, 3. I. 41, 6.

V. 663. *τί δ' ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν ἐστάλης;*] Cf. Ion. 5. Phoeniss. 239 sq. Orest. 331. et 591. et quae a me adlata sunt ad Phoeniss. p. 57 sq. et ad Orest. p. 69.

V. 668. *εὐνῆς ἄζυγες*] Vid. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 339, 2. PFLUGK.

V. 670. Hunc versum explicavit A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 449. p. 844. Duae constructiones confusae sunt: ***σοφώτερα ἢ κατ' ἄνδρα*** et *σοφώτερα ἢ ὥστε ἄνδρα συμβαλεῖν.* Sic etiam Plato Cratyl. p. 392. A. ***ταῦτα μείζω ἐστὶν ἢ κατ' ἐμὲ ἢ σὲ ἐξευρεῖν.*** Cf. ad v. 1399 [1388]. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 632, 6. PFLUGK. Sic vulgo explicant eius modi locos, in quibus ego tamen confusionem duarum constructionum quam dicunt non agnosco. Nam est illa quidem ubertas quaedam orationis, quod non simpliciter dicitur: *σοφώτερ' ἢ κατ' ἄνδρα,* quod esset: sapientiora quam pro captu hominis, sed paulo explicatius: *σο-*

ΜΗΔΕΙΑ.

θέμις μὲν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ;

ΑΙΓΕΥΣ.

μάλιστ᾽, ἐπεί τοι καὶ σοφῆς δεῖται φρενός.

ΜΗΔΕΙΑ.

τί δῆτ᾽ ἔχρησε; λέξον, εἰ θέμις κλύειν.

ΑΙΓΕΥΣ.

ἀσκοῦ με τὸν προὔχοντα μὴ λῦσαι πόδα.

ΜΗΔΕΙΑ.

πρὶν ἂν τί δράσῃς ἢ τίν᾽ ἐξίκῃ χθόνα;

ΑΙΓΕΥΣ.

πρὶν ἂν πατρῴαν αὖθις ἑστίαν μόλω.

ΜΗΔΕΙΑ.

σὺ δ᾽ ὡς τί χρῄζων τήνδε ναυστολεῖς χθόνα;

ΑΙΓΕΥΣ.

Πιτθεύς τις ἔστι γῆς ἄναξ Τροιζηνίας.

ΜΗΔΕΙΑ.

παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος.

V. 671. *θέμις δ᾽ ἂν* Musurus.
V. 676. *μολῶ* BC.
V. 679. Schol. Eurip. Hipp. 11.

φώτερ᾽ ἢ κατ᾽ ἄνδρα συμβαλεῖν, quod est: sapientiora quam pro captu hominis ad intellegendum, ut apposito infinitivo explicetur quemadmodum res intellegenda sit. Vide quae de ea re disputavi ad Devarium vol. II. p. 583.

V. 671. *θέμις μὲν ἡμᾶς*] De *μέν*, quod singulare verbum effert in interrogatione, vide Platonis Charmid. p. 153. C. *Παρεγένου μέν, ἦ δ᾽ ὅς, τῇ μάχῃ; Παρεγενόμην.* Eiusd. Menon. p. 82. B. *Ἕλλην μέν ἐστι καὶ Ἑλληνίζει; Πάνυ γε σφόδρα, οἰκογενής.* Cf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 622, 6.

V. 672. *ἐπεί τοι καὶ σοφῆς*] Non est hic pleonasmus orationis dicendus, in qua opinione Elmsleius fuit, sed suam quaeque particula vim ac potestatem facile tuetur. *Ἐπεί* enim causam rei demonstrat, *τοὶ* autem affirmationem eam habet, ut quo quo modo aliquid sit, tamen revera esse adseveretur, *καὶ* denique pertinet ad singularem, quae sequitur, vocem, ut oratio ad eam quasi in maiorem quemdam gradum adsurgere videatur. Cf. Heraclid. 508. *οὐ δῆτ᾽· ἐπεί τοι καὶ γέλωτος ἄξια.* et v. 744. *Θείην· ἐπεί τοι καὶ κακὸς μένειν δόρυ.* et quae praeterea Porsonus ad h. l. attulit. Vide quae dixi ad Devarium vol. II. p. 553. Pflugkius ad Androm. 89. p. 31 sq. ed. sec.

V. 674. Scholiastes adlato oraculo, quod supra posuimus ad v. 658. hoc addit: *Ἀσκοῦ οὖν τῆς γαστρός, πόδα δὲ τὸ μόριον, παρόσον ὡς ὁ ποδεὼν τοῦ ἀσκοῦ προέχει. λέγει οὖν, ὅτι ἔχρησέ μοι μὴ συνελθεῖν ἑτέρᾳ, πρὶν ἐπιβῆναι τῆς πατρίδος. Τοῦτο γὰρ αἰνίττεται, ὅπερ αὐτὸς οὐ συνίησιν.*

V. 679. *παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος*]

ΑΙΓΕΥΣ.
τούτῳ θεοῦ μάντευμα κοινῶσαι θέλω.
ΜΗΔΕΙΑ.
σοφὸς γὰρ ἁνὴρ καὶ τρίβων τὰ τοιάδε.
ΑΙΓΕΥΣ.
κἄμοιγε πάντων φίλτατος δορυξένων.
ΜΗΔΕΙΑ.
ἀλλ' εὐτυχοίης καὶ τύχοις ὅσων ἐρᾷς.
ΑΙΓΕΥΣ.
τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηχ' ὅδε;
ΜΗΔΕΙΑ.
Αἰγεῦ, κάκιστος ἔστι μοι πάντων πόσις.

V. 681. ἀνὴρ libri. Correxit Porsonus.
V. 682. κάμοί γε BCEac. κάμοὶ δὲ d*BC*.

Sic recte Pflugkius auctore Porsono et Elmsleio distinxit. Nam quod G. Hermannus antiquam interpunctionem reduxit, *Πέλοπος, εὐσεβέστατος*, id ferri mihi hoc loco non posse videtur. Neque enim ὡς λέγουσι ad verba παῖς Πέλοπος pertinet, sed ad hanc vocem: παῖς εὐσεβέστατος. Ac sane dicendus erat Pittheus Pelopis filiorum maxime pius, quod Atreus, Thyestes, Chrysippus pietate non antecellebant.

V. 681. σοφὸς γὰρ ἀνὴρ κτἑ.] De Pitthei sapientia contulit Pflugkius Plutarch vit. Thes. c. 3. ὧν (τῶν Πέλοπος υἱῶν) εἷς γενόμενος Πιτθεὺς ὁ Θησέως πάππος πόλιν μὲν οὐ μεγάλην τὴν Τροιζηνίων ᾤκισε, δόξαν δὲ μάλιστα πάντων ὡς ἀνὴρ λόγιος ἐν τοῖς τότε καὶ σοφώτατος ἔσχεν κτἑ. idemque verba τρίβων τὰ τοιάδε sic explicavit: 'peritus talium rerum. Rhes. 625. τρίβων γὰρ εἶ τὰ κομψὰ καὶ νοεῖν σοφός. Cf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 346. adn. 3.'

V. 682. δορυξένων] Pausanias apud Eustath. ad Il. γ' p. 405, 43. περὶ δὲ δορυξένου ὁ αὐτὸς Παυσανίας φησίν, ὅτι δορύξενος ὁ ἐκ πολεμίων φίλος καὶ ὁ πρεσβεύων περὶ λύτρων, εἰ ζωγρηθεῖέν τινες. Et p. 485, 22. δορύξενος δὲ ὁ πολέμου χάριν ἢ ἐκ πολέμου φιλιωθείς, ὡς Γλαῦκος καὶ Διομήδης. Cf. Pollux III. 60. Scholiast. Lucian. t. II. p. 201. PFLUGK. Notionem δορυξένου latius patere recte Brunckius atque Elmsleius senserunt, in illo tamen falsi, quod dixerunt nihil aliud nisi ξένους hoc vocabulo apud tragicos significari. Etenim non ponitur ea vox nisi in principibus civitatis appellandis, qui aut inter se certamina susceperunt aut consociati cum aliis bella gesserunt aut etiam ob fortitudinem et armorum usum inter se contendi atque componi potuerunt.

V. 683. ἀλλ' εὐτυχοίης κτἑ.] Recte hoc instituit Euripides, ut Medea, quae his ipsis verbis ab Aegeo discedere velle videtur — sunt enim hae formulae fere eorum, qui alterum valere iubent —, interrogetur ab Aegeo quid sit quod aegra esse videatur. Sic denique ex ipsa misericordia, quam Aegeus erga Medeam prae se fert, nasci videtur Medeae consilium ab ipso Aegeo perfugium impetrandi.

ΑΙΓΕΥΣ.

τί φῄς; σαφῶς μοι σὰς φράσον δυσθυμίας.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἀδικεῖ μ' Ἰάσων οὐδὲν ἐξ ἐμοῦ παθών.

ΑΙΓΕΥΣ.

τί χρῆμα δράσας; φράζε μοι σαφέστερον.

ΜΗΔΕΙΑ.

γυναῖκ' ἐφ' ἡμῖν δεσπότιν δόμων ἔχει.

ΑΙΓΕΥΣ.

ἦ που τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε;

ΜΗΔΕΙΑ.

σάφ' ἴσθ'· ἄτιμοι δ' ἐσμὲν οἱ πρὸ τοῦ φίλοι.

ΑΙΓΕΥΣ.

πότερον ἐρασθεὶς ἢ σὸν ἐχθαίρων λέχος;

ΜΗΔΕΙΑ.

μέγαν γ' ἔρωτα· πιστὸς οὐκ ἔφυ φίλοις.

ΑΙΓΕΥΣ.

ἴτω νυν, εἴπερ ὡς λέγεις ἐστὶν κακός.

V. 688. Schol. σεσημείωται ὁ στίχος, ὅτι καὶ ἐν Πελιάσιν ἐστίν.
V. 590. ἦ γὰρ Elmsleius. οὔ που Witzschelius.
V. 693. πιστὸς δ' Bc.
V. 694. νῦν libri. Correxit Barnesius.

V. 689. ἐφ' ἡμῖν] Alcest. 372. μὴ γαμεῖν ἄλλην ποτὲ Γυναῖκ' ἐφ' ὑμῖν. Cf. Monk. ad Alcest. 316. Herodot. III. 1. Andocid. de myst. 128. PFLUGK. Quod in his verbis adiectum legitur δεσπότιν, id hoc loco minime supervacaneum est, quum mos illius temporis concederet habere etiam concubinam, modo ne pro legitima uxore ac domina esset in aedibus.

V. 690. ἦ που] Elmsleii (quem vide ad h. l. et ad v. 1275. suae edit.) et Hermanni iudicium secutus edidit Dindorfius ἦ γάρ. Mihi ut discriminis aliquid inter has particulas intercedere videtur, ita cur alteram lectionem alteri contra librorum consensum praeferam, nihil causae video. Ἦ γὰρ fere maiore cum vi interrogat, in re magna et atroci, vel nova certe vel parum credibili: neque sane aliena eius modi interrogatio ab hoc loco, velut si dicas: Nein, hat er wirklich u. s. w. Lenius est ἦ που, quo plerumque utuntur qui id, quod revera factum est, coniectura adsequuntur. Sed id neque semper fit neque particularum potestas flagitat: quae res fraudi fuit Elmsleio. PFLUGK. Intellexit hoc, quod Pflugkius exposuit, recte Glossator, qui ascripsit: ἦ που· ἀπιστῶν ταῦτα λέγει. Conf. quae scripsi ad Devarium vol. II. p. 595 sqq.

V. 694. ἴτω νυν] valeat abeat, lass ihn gehn, uti nos loquimur, aut ut Angli: let him go, quam vocem comparavit Elmsleius. Cf. Catulli XIIII. 21. *vos hinc interea valete abite* etc.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἀνδρῶν τυράννων κῆδος ἠράσθη λαβεῖν.

ΑΙΓΕΥΣ.

δίδωσι δ' αὐτῷ τίς; πέραινέ μοι λόγον.

ΜΗΔΕΙΑ.

Κρέων, ὃς ἄρχει τῆσδε γῆς Κορινθίας.

ΑΙΓΕΥΣ.

ξυγγνωστὰ [μὲν] γὰρ ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὄλωλα· καὶ πρός γ' ἐξελαύνομαι χθονός.

ΑΙΓΕΥΣ.

πρὸς τοῦ; τόδ' ἄλλο καινὸν αὖ λέγεις κακόν.

ΜΗΔΕΙΑ.

Κρέων μ' ἐλαύνει φυγάδα γῆς Κορινθίας.

ΑΙΓΕΥΣ.

ἐᾷ δ' Ἰάσων; οὐδὲ ταῦτ' ἐπῄνεσα.

ΜΗΔΕΙΑ.

λόγῳ μέν, οὐχὶ καρτερεῖν δὲ βούλεται.
ἀλλ' ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος

V. 698. *συγγνωστὰ γὰρ ἦν* BEabcd *συγγνωστὰ γὰρ ἂν ἦν* C. *συγγνωστὰ μὲν γὰρ ἦν* B [C]. *λελυπῆσθαι* E.

V. 700. *αὖ κακὸν λέγεις* c, fortasse etiam bd. *καινὸν ἀγγέλλεις κακὸν* E. *καινὸν ἀγγελεῖς κακὸν* Script. Chr. pat. 138.

V. 701. *φυγάδα τῆσδε γῆς Κορινθίας* B.

V. 702. Choeroboscus cann. II. p. 653.

V. 703. *καρτερεῖν δὲ βούλεται* libri. *γρ. καρδίᾳ δὲ βούλεται* ascriptum in B. et a.

V. 703. *λόγῳ μέν, οὐχὶ καρτερεῖν δὲ βούλεται*] Sic Scholiastes videtur haec verba legisse. Ascripsit enim ad h. l. haec: *καρτερεῖν· ἀντὶ τοῦ κρατεῖν καὶ ἀντέχειν. καὶ τὸν ἐγκρατῆ λέγουσι καρτερόν. Ἀρχίλοχος· ὁ δ' Ἀσίῃ καρτερὸς μηλοτρόφος. Φησὶν οὖν ὅτι τῷ λόγῳ μὲν προσποιεῖται, τῷ δὲ ἔργῳ οὐ θέλει κρατεῖν καὶ ἀντέχειν.*, ut per ellipsim et zeugma fere haec sententia nascatur: oratione quidem vult, obdurare autem et vi resistere non vult, quasi in Graecis scriptum sit: *λόγῳ μὲν βούλεται (ὁ Ἰάσων), καρτερεῖν δ' οὐ βούλεται.* Eandem sententiam videntur etiam isti grammatici secuti esse, qui pro *καρτερεῖν δὲ βούλεται* scribi voluerunt *καρδίᾳ δὲ βούλεται.* Contra vulgo haec sic interpuncta ediderunt: *λόγῳ μὲν οὐχί, καρτερεῖν δὲ βούλεται*, ut haec sententia esset: Verbis quidem non concedit, vult tamen, ut iniuriam mihi a Creonte illatam aequo animo sustineam et tolerem, quam rationem recte Schoenius repudiandam esse putavit, quamquam quas ipse proposuit coniecturas minime probare possum.

V. 704. *ἀλλ' ἄντομαί σε κτέ.*] Hic iam idoneus precibus locus factus est Medeae et crimen

γονάτων τε τῶν σῶν, ἱκεσία τε γίγνομαι,
οἴκτειρον, οἴκτειρόν με τὴν δυσδαίμονα,
καὶ μή μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσαν εἰσίδῃς,
δέξαι δὲ χώρᾳ καὶ δόμοις ἐφέστιον.
οὕτως ἔρως σοι πρὸς θεῶν τελεσφόρος
γένοιτο παίδων, καὐτὸς ὄλβιος θάνοις.
εὕρημα δ' οὐκ οἶσθ' οἷον εὕρηκας τόδε·
παύσω δέ σ' ὄντ' ἄπαιδα, καὶ παίδων γονὰς
σπεῖραί σε θήσω· τοιάδ' οἶδα φάρμακα.

V. 705. τῶν om. BcB. τε om. CB. γίγνομαι hic BEb.
V. 707. ἐσίδῃς B.
V. 710. θάνῃς BcdC. θάνοις B. De ceteris non constat.
V. 711. Schol. Hephaest. p. 62.

rusticitatis a muliere a poëta egregie defensum est. Nam Aegeus sponte sua quodam modo illam invitaverat, ut de rebus suis ipsum edoceret Medea.

V. 707. ἐκπεσοῦσαν εἰσίδῃς] Orest. 1339. μετάσχες ἱκεσίας, Μενέλαον ἡμᾶς μὴ θανόντας εἰσιδεῖν. Cf. supra quae in simili causa adlata sunt ad v. 164. p. 37.

V. 708. δόμοις ἐφέστιον] Sophocles Trachin. 262. ὃς αὐτὸν ἐλθόντ' ἐς δόμους ἐφέστιον κτἑ. Eurip. Cycl. 370. δωμάτων ἐφεστίους ξένους. PFLUGK.

V. 709. οὕτως] Sollemne in votis vocabulum. Lucian. Philopseud. §. 27. οὕτως ὀναίμην, ἔφη, τούτων, ὡς ἀληθῆ, ὦ Τυχιάδη, πρὸς σὲ ἐρῶ. Cf. Homeri Il. VIII. 538. Convenit Latinum sic Propert. I. 19, 11. Vide Matthiae gr. Gr. ampl. §. 513. n. 4. Boissonad. ad Aristaenet. p. 307 sq. PFLUGK. Conf. Horat. carm. I. 3, 1 sqq. *Sic te diva potens Cypri* etc. et quae ad eum locum commentatus sum in Iahnii Nov. annal. philol. et paedag. vol. LX. p. 46 sq. et ad Devarium vol. II. p. 7.

V. 710. καὐτὸς ὄλβιος θάνοις] His verbis hoc dicitur: et ipse moriare liberis relictis. ὄλβιος θανεῖν fere is dicitur, qui liberis superstitibus et florentibus consenuit et sic mortem obit, ut felix vixisse videatur. ὄλβιος enim summam felicitatem, quam mortales consequi possunt, designat. Id non satis recte ceperunt Nauckius, qui καὐτὸς ὄλβιος θάλοις, et Schneidewinus, qui καὐτὸς ὄλβιος σθένοις coniecerunt esse scribendum.

V. 711. Cf. quae supra dicta sunt ad v. 550. p. 80 sq.

V. 712. παύσω δέ σ' ὄντ' ἄπαιδα] Ante haec verba Kirchhoffius aliquid excidisse statuit et lacunae signa posuit, cui ego adsentiri non possum. Infertur enim per δὲ particulam id ipsum, quod iam Aegeus, postquam Medeam convenerit, nactus esse videatur. Et est hic locus ex eo numero, in quibus olim δὲ pro γὰρ positum esse dixerunt, quod per oppositionem illud infertur, quod simpliciter pro causa poterat inferri, de quibus recte explicavit G. Hermannus ad Viger. p. 845. n 343. b. ed. tert.

V. 713. τοιάδ' οἶδα φάρμακα] Infra v. 784. τοιοῖσδε χρίσω φαρμάκοις δωρήματα. Theocrit. II. 161. Τοιά οἱ ἐν κίστᾳ κακὰ φάρμακα φαμὶ φυλάσσειν. Herodot. III. 85. τοιαῦτα ἔχω φάρμακα. PFLUGK.

ΑΙΓΕΥΣ.

πολλῶν ἕκατι τήνδε σοι δοῦναι χάριν,
γύναι, πρόθυμός εἰμι, πρῶτα μὲν θεῶν,
ἔπειτα παίδων, ὧν ἐπαγγέλλει γονάς.
εἰς τοῦτο γὰρ δὴ φροῦδός εἰμι πᾶς ἐγώ.
οὕτω δ' ἔχει μοι· σοῦ μὲν ἐλθούσης χθόνα,
πειράσομαί σου προξενεῖν δίκαιος ὤν·
τοσόνδε μέντοι σοι προσημαίνω, γύναι·
ἐκ τῆσδε μὲν γῆς οὔ σ' ἄγειν βουλήσομαι,
αὐτὴ δ' ἐάνπερ εἰς ἐμοὺς ἔλθῃς δόμους,
μενεῖς ἄσυλος, κοὔ σε μὴ μεθῶ τινι.
ἐκ τῆσδε δ' αὐτὴ γῆς ἀπαλλάσσου πόδα·
ἀναίτιος γὰρ καὶ ξένοις εἶναι θέλω.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἔσται τάδ'· ἀλλὰ πίστις εἰ γένοιτό μοι

V. 716. *ὧν μ'* libri. omisit *μ'* Aldus.
V. 718. *ἔχει μοι (γρ. ἔχει μοι)* B. *ἔχοιμι* C *ἔχει μοι* ac *C* [?]. *ἔχοιμι* d*B*.
V. 719. habet Eustathius ad Il. p. 405, 15.
V. 720. *τοσόνγε* B*BC*. quod si scribitur *τόσον γε μέντοι,* per se falsum non est. cf. ad Devarium vol. II. p. 342 sq. *τοσόνδε* acd. De ceteris non constat. *προσημανῶ* c.
V. 723. *μεθῶ ποτε* Musurus.

V. 717. *εἰς τοῦτο γὰρ δὴ φροῦδός εἰμι κτἑ.*] Duplicem horum verborum interpretationem proposuit Scholiastes, quarum alteram, quam his verbis explicat grammaticus: *εἰς τὸ παῖδας ποιῆσαι πάνυ ἐσπούδακα καὶ πρόθυμός εἰμι. ἔστι δὲ κυρίως προωδευκώς.* probavit Elmsleius. Ita fere id diceretur, quod nos in vita cotidiana solemus usurpare: darauf bin ich ganz aus. Verum tamen exempla huius significationis vocabuli *φροῦδος* adlata nulla sunt, ut iure queamus de veritate explicationis dubitare. Quamobrem A. Matthiae potius sic interpretatur: Quod enim ad hoc attinet (*εἰς τοῦτο*), totus evanui, vires me defecerunt. Fortasse *εἰς τοῦτο* ad tempus referri potest, ut hoc sit: usque adhuc, usque ad id temporis. Sic certe *ἐς τόδε* de tempore dicitur a Pausania I. 17, 4.

V. 718. *οὕτω δ' ἔχει μοι*] ad hunc modum sese habent res meae. HEATH. Vide ad v. 306.

V. 723. *κοὔ σε μὴ μεθῶ τινι*] nec verendum est ne te in ullius gratiam missam faciam. Sic *τινὶ* multo praestat ei, quod Musurus proposuit *ποτέ*.

V. 724. *ἀπαλλάσσου πόδα*] Phoen. 979. *φεῦγ' ὡς τάχιστα τῆσδ' ἀπαλλαχθεὶς χθονός.* PFLUGK. Nempe *ἀπαλλάσσου πόδα* dictum est, quod active per duplicem accusativum dici poterat: *ἀπαλλάσσειν τινὰ πόδα.* Cf. Hecub. 812. *Οἴμοι τάλαινα, ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα;* cum adnotatione R. Porsoni. De hoc genere est etiam Aristophan. Thesmoph. 491. *στρόφος μ' ἔχει τὴν γαστέρα.*

τούτων, ἔχοιμ' ἂν πάντα πρὸς σέθεν καλῶς.

ΑΙΓΕΥΣ.

μῶν οὐ πέποιθας; ἢ τί σοι τὸ δυσχερές;

ΜΗΔΕΙΑ.

πέποιθα· Πελίου δ' ἐχθρός ἐστί μοι δόμος
Κρέων τε. τούτοις δ' ὁρκίοισι μὲν ζυγεὶς
ἄγουσιν οὐ μεθεῖς ἂν ἐκ γαίας ἐμέ,
λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἐνώμοτος

V. 730. τούτοισι δ' BC τούτοισιν cd. τούτοις δ' *B*[*C*].

V. 731. μεθῆσ' ἂν (sed θῆσ' in litura) B. μεθ' ἧς ἂν C. μεθῆς ἂν E. μεθεῖς ἂν (gl. ἐκδοίης) a μεθεὶς ἂν bcd μεθεῖς ἂν *B* et *C*. sec. Magium, μεθεῖ' ἂν sec. alios. μεθεῖ' ἂν Lascaris. Apud Schol. in libris μεθεῖσαν, non μεθεῖ ἂν legitur p. 48, 16. Dind.

V. 732. ἐνώμοτος libri, nisi quod a ἀνώμοτος pro var. lect. habet.

V. 730 sq. τούτοις — ἄγουσιν — ἐκ γαίας ἐμέ] Sophocl. Oed. Col. 924. οὔκουν ἔγωγ' ἂν — Ἄνευ γε τοῦ κραίνοντος ὅστις ἦν χθονὸς Οὔθ' εἷλκον οὔτ' ἂν ἦγον. Cf. 832. Eurip. Heracl. 64. 127. 267. Plutarch. Lysand. 27. τοὺς φεύγοντας ἐξ Ἀθηνῶν ἀγωγίμους εἶναι πανταχόθεν, ἐκσπόνδους δὲ τοὺς ἐνισταμένους τοῖς ἄγουσιν. PFLUGK.

V. 731. οὐ μεθεῖς ἂν] Recte credo a Musgravio hanc verbi formam μεθεῖς ἂν pro μεθείης ἂν esse restitutam. Ipse Musgravius dixit sic exstare in Orest. 1133. μεθεῖμεν pro μεθείημεν. et alibi σωθεῖμεν legi pro σωθείημεν, in quam rem conf. Iphig. Taur. v. 996., ubi ἐκσωθεῖμεν ἂν legitur, et ibid. v. 999., ubi est πῶς σωθεῖμεν ἂν; Comprobavit formam μεθεῖς pro μεθείης in hoc Medeae loco etiam G. Hermannus ad Phoeniss. 1209. p. 109. et quum Glossator et Scholiastes aperte per ἐκδοίης explicaverint, mihi videtur de huius formae veritate plane dubitari non posse, qua recepta haec nascitur sententia: His igitur, si iure iurando obstrictus eris, quum me e terra abducere volent, non concedes.

V. 732. λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἐνώμοτος κτἑ.] Iam id, quod modo negative dictum erat, repetitur adfirmative: verum si verborum obligatione inter nos convenerit, ac per deos iuraveris, amicus eris et denuntiationibus et oblatis inimicorum meorum condicionibus non obtemperabis. In his si quis in eo haesitaverit, quod λόγοις δὲ συμβὰς dicatur ibi, ubi exspectaveris: ἀλλὰ λόγοις συμβάς κτἑ., is conferat v. 707 sq. καὶ μή μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσαν εἰσίδῃς, Δέξαι δὲ χώρᾳ καὶ δόμοις ἐφέστιον. et quae dixi ad Devarium vol. II. p. 360. Rectissime autem Medea quum studeat ab Aegeo ius iurandum impetrare, eo, quod eandem rem alio quodam modo exponit, vim precum suarum auget. Respondent igitur verbis ὁρκίοισι μὲν ζυγεὶς verba λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἐνώμοτος, quae librorum testimonio satis confirmantur, illi autem, quod modo οὐ μεθεῖς ἂν dictum erat, respondet φίλος γένοι' ἂν. Tum recte his adiungitur, quod potissimum impetrare ab Aegeo Medea voluit, ne inimicorum suorum denuntiationibus oboediat, si quando ipsam abducere velint. Ἐπικηρυκεύματα aut

φίλος γένοι' ἂν κἀπικηρυκεύμασι
οὐκ ἂν πίθοιο· τἀμὰ μὲν γὰρ ἀσθενῆ,
τοῖς δ' ὄλβος ἐστὶ καὶ δόμος τυραννικός.

ΑΙΓΕΥΣ.

πολλὴν ἔλεξας, ὦ γύναι, προμηθίαν·
ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι δρᾶν τάδ', οὐκ ἀφίσταμαι.
ἐμοί τε γὰρ τάδ' ἐστὶν ἀσφαλέστατα,
σκῆψίν τιν' ἐχθροῖς σοῖς ἔχοντα δεικνύναι,
τὸ σόν τ' ἄραρε μᾶλλον· ἐξηγοῦ θεούς.

V. 733. κἀπικηρυκεύμασι vel κἀπὶ κηρυκεύμασι libri. Scholiastes videtur κἀπικηρυκεύματα legisse.

V. 735. καὶ τυραννικὸς δόμος b c, fortasse etiam a d.

V. 736. ἔλεξας ἐν λόγοις C et *B C. C* γρ. ἔλεξας ὦ γύναι, quod habent ceteri libri.

στερα
V. 738. ἀσφαλέστατα B. ἀσφαλέστερα *B* cum Script. Chr. pat. 782. ἀσφαλέστατα ceteri libri. Scholiastes: *Ταῦτα ἔνιοι τῷ χορῷ, ἔνιοι τῇ Μηδείᾳ προσνέμουσι.*

V. 740. ἄρηρε *B* Aldus.

etiam ἐπικηρυκεῖαι de eius modi denuntiationibus et expostulationibus saepius usurpatur, in quam rem recte iam contulerunt interpretes Aeschyli Sept. adv. Theb. 632. ed. Hermann. Et dativus quidem ἐπικηρυκεύμασι, qui in libris omnibus habetur, videtur hoc loco aptissimus esse. Si quis autem auctore Didymo id, quod pro varietate lectionis adfertur, ἐπικηρυκεύματα anteponendum esse existimat, is debebit hunc accusativum statuere, non nominativum. Eadem autem sententia qua dativus etiam accusativus cum verbo πείθεσθαι alio quodam modo coniungitur, veluti in Herodoti lib. VIII. 81. οἱ πλεῦνες τῶν στρατηγῶν οὐκ ἐπείθοντο τὰ ἐξαγγελθέντα. cf. Valckenar. ad Hippol. 1288. p. 343. ed. Lips. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 421. adn. 1. p. 773.

V. 736. πολλὴν ἔλεξας — προμηθίαν] Iure Porsonus dixit ἔλεξας esse fere idem ac si dixisset ἔδειξας ἐν λόγοις. Nempe sermone tuo prodidisti. Qui hoc non satis intellexerunt, videntur glossema, in quo erat ἐν λόγοις scriptum, apposuisse, quo recepto vocativus ὦ γύναι, qui ad hunc locum est aptissimus, quoniam a muliere tantam prudentiam vix exspectaveris, exclusus esse videtur.

V. 738. τάδ' ἐστὶν ἀσφαλέστατα] Hoc primum Aegeus per se ponit absolute; qui ἀσφαλέστερα scripserunt, videntur hoc cum versu 740., ubi est τὸ σόν τ' ἄραρε μᾶλλον, exaequare voluisse.

V. 740. ἐξηγοῦ θεούς] τὸ δὲ ἐξηγοῦ θεοὺς ἀντὶ τοῦ ὀνόμαζε τοὺς θεούς, οὓς βούλει με ὀμόσαι. SCHOL. Est plane Latinorum praeire verba iuris iurandi, vide Liv. VIII. 9. praeire carmen Liv. XXXI. 17. et alia id genus multa. Cf. Demosth. de fals. leg. §. 70. ὑπογραμματεύων γὰρ ὑμῖν καὶ ὑπηρετῶν τῇ βουλῇ αὐτὸς ἐξηγεῖτο τὸν νόμον τοῦτον τῷ κήρυκι. Id ἐξάρχειν ὅρκον dicitur in Iphig. Taur. 728.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὄμνυ πέδον Γῆς πατέρα θ' Ἥλιον πατρὸς
τοὐμοῦ θεῶν τε συντιθεὶς ἅπαν γένος.

ΑΙΓΕΥΣ.

τί χρῆμα δράσειν, ἢ τί μὴ δράσειν; λέγε.

ΜΗΔΕΙΑ.

μήτ' αὐτὸς ἐκ γῆς σῆς ἔμ' ἐκβαλεῖν ποτε,
μήτ' ἄλλος ἤν τις τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν ἄγειν
χρῄζῃ, μεθήσειν ζῶν ἑκουσίῳ τρόπῳ.

ΑΙΓΕΥΣ.

ὄμνυμι Γαῖαν λαμπρὸν Ἡλίου τε φῶς
θεούς τε πάντας ἐμμενεῖν ἅ σου κλύω.

V. 741. *γρ. ἡλίου θ' ἁγνὸν σέβας* ascriptum in a et *C.*

αι

V. 743. *μὴ δράσειν* B. *μὴ δράσαι B. μὴ δράσειν* ceteri.

V. 746. *γῆς* BEcd *ζῶν* (*γρ. γῆς*) C. *ζῶν B γῆς* (*γρ. ζῶν*) *C.*

V. 747. *λαμπρόν θ' ἡλίου φάος* BCbc. *λαμπρόν θ' ἡλίου τε φῶς* d. *λαμπρὸν ἡλίου τε φῶς B.*, in quo est versus a correctore additus, fortasse etiam *C. λαμπρὸν ἡλίου φάος* a, ut videtur.

V. 748. *ἐμμενεῖν* G. H. Schaeferus. *ἐμμένειν* libri.

V. 743. hic idem versus positus est in simili causa Iphig. Taur. 723. ad quem locum vide quae adnotavi p. 105.

V. 746. *μεθήσειν ζῶν ἑκουσίῳ τρόπῳ*] Sollemnis fere formula est, ut in adseveratione ponamus hoc, nos vivos aliquid non facturos esse. Hinc apparet *ζῶν* aptius hoc loco legi quam *γῆς*, quod certe ad h. l. plane supervacaneum videri debet.

V. 747. De particula *τὲ* post secundum vocabulum illata cf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. p. 1277. Hermann. ad Hecub. 77. Ion. 485. *ἐμοὶ μὲν πλούτου τε πάρος βασιλικῶν θαλάμων τ' εἶεν τροφαὶ κήδειοι κεδνῶν τέκνων.* PFLUGK. Postpositum *τὲ* qui ferri noluerunt, scripserunt e varietate lectionis v. 741. auctore Porsono *Γαῖαν Ἡλίου θ' ἁγνὸν φάος*. Contra Kirchhoffius, quod in libris melioribus habetur *λαμπρὸν θ' ἡλίου φάος*, scribi voluit *Γῆν καὶ λαμπρὸν Ἡλίου φάος*, quod idem etiam Nauckius satis probabiliter recepit.

V. 748. *ἐμμενεῖν ἅ σου κλύω*] Quod Pflugkius olim infinitivum praesentis *ἐμμένειν* loco Phoeniss. 1247. *ὅρκους συνῆψαν ἐμμένειν στρατηλάται.* defendere conatus erat, id mihi iam non recte factum videtur eritque etiam in Phoenissis l. c. restituendum *ἐμμενεῖν*. Quod autem Pflugkius propter constructionem *ἐμμενεῖν ἅ σου κλύω* addiderat, non deesse exempla neglectae attractionis, statim v. 753. *τυχοῦσ' ἃ βούλομαι* dictum pro *τυχοῦσ' ὧν βούλομαι*, cl. Hermann. ad Viger. p. 762., iam superiore tempore adnotavi, tum attractionem factam non esse, si quando singulae, quae dicerentur, res magis per se ipsae debebant exstare, quod uti fieret, consentaneum dixi fuisse in sollemni iuris iurandi formula et postea in ista Medeae non minus sollemni optatione, qua prosequeretur Aegeum. Conf. Phoen. 996. *ὧσθ' ἃ βούλομαι τυχεῖν.*, cui loco hunc ipsum de Medea adsimulavi p. 161. Uberius hunc locum iam persecu-

ΜΗΔΕΙΑ.

ἀρκεῖ· τί δ' ὅρκῳ τῷδε μὴ 'μμένων πάθοις;

ΑΙΓΕΥΣ.

ἃ τοῖσι δυσσεβοῦσι γίγνεται βροτῶν.

ΜΗΔΕΙΑ.

χαίρων πορεύου· πάντα γὰρ καλῶς ἔχει,
κἀγὼ πόλιν σὴν ὡς τάχιστ' ἀφίξομαι
πράξασ' ἃ μέλλω καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλά σ' ὁ Μαίας πομπαῖος ἄναξ
πελάσειε δόμοις, ὧν τ' ἐπίνοιαν
σπεύδεις κατέχων πράξειας, ἐπεὶ
γενναῖος ἀνήρ,
Αἰγεῦ, παρ' ἐμοὶ δεδόκησαι.

ΜΗΔΕΙΑ.

ὦ Ζεῦ Δίκη τε Ζηνὸς Ἡλίου τε φῶς,
νῦν καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν, φίλαι,
γενησόμεσθα, κεἰς ὁδὸν βεβήκαμεν·
νῦν δ' ἐλπὶς ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς τίσειν δίκην.
οὗτος γὰρ ἀνήρ, ᾗ μάλιστ' ἐκάμνομεν,

V. 750. βροτοῖς *B C* cum Script. Chr. pat. 789.
V. 753. ἃ βούλομαι libri praeter E et *B*, qui a correctore habent ὧν βούλομαι. cf. Photius p. 5. Schol. Platon. Hipp. mai. p. 966. ed. Turic. Cramer Anecd. Paris. IIII. p. 83.
V. 760. καλλίνικαι soloece *B*.
V. 761. πεφύκαμεν (γρ. βεβήκαμεν) b. πεφύκαμεν c.
V. 763. Cramer Anecd. Paris. IIII. p. 9.

tus est Photius p. 5. ed. Lips. *Τάσσεται δὲ τὸ ᾱ ἀντὶ τοῦ ὧν, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Μηδείᾳ· πράξασ' ἃ μέλλω καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι. Οὕτως δὲ καὶ Σοφοκλῆς, λέγων* (Oed. Col. 1106.) *αἰτεῖς ἃ τεύξῃ.*

V. 754. De Mercurio πομπαίῳ v. Gedike ad Sophocl. Philoct. 133. PFLUGK. Adde Ed. Wunderum ad Sophoclis Electr. 1376. p. 143. ed. sec. De ἀλλὰ particula in optatione posita conf. Aeschyli Choeph. 1060 sq. *ἀλλ' εὐτυχοίης καί σ' ἐποπτεύων πρόφρων Θεὸς φυλάσσοι καιρίοισι συμφοραῖς.* et Soph. Oed. reg. 1478 sq. *Ἀλλ' εὐτυχοίης, καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ Δαίμων ἄμεινον ἢ 'μὲ φρουρήσας τύχοι.* et quae dixi ad Devarium vol. II. p. 7 sq.

V. 759. ὦ Ζεῦ — φῶς] Scholiastes: *Τοῦτο μόνον ἡ Μήδεια αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἀναφωνεῖ τῇ Δικαιοσύνῃ καὶ τοῖς λοιποῖς θεοῖς ὡς εὐχαριστοῦσα, τὰ δὲ λοιπὰ πρὸς τὸν χορόν.* Conf. quae supra dicta sunt ad v. 149. p. 35 sq. Ceterum ex hoc loco videtur petivisse Ennius quae habet ap. Non. p. 170, 10. *Sol qui candentem in caelo sublimas facem.* cf. O. Ribbeck. Trag. Lat. reliqu. p. 30. et p. 250. Io. Vahlen Enn. poës. reliqu. p. 131.

λιμὴν πέφανται τῶν ἐμῶν βουλευμάτων·
ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων
μολόντες ἄστυ καὶ πόλισμα Παλλάδος.
ἤδη δὲ πάντα τἀμά σοι βουλεύματα
λέξω· δέχου δὲ μὴ πρὸς ἡδονὴν λόγους.
πέμψασ' ἐμῶν τιν' οἰκετῶν Ἰάσονα
εἰς ὄψιν ἐλθεῖν τὴν ἐμὴν αἰτήσομαι·
μολόντι δ' αὐτῷ μαλθακοὺς λέξω λόγους,
ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα καὶ καλῶς ἔχει,
γάμους τυράννων οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει·
καὶ ξύμφορ' εἶναι καὶ καλῶς ἐγνωσμένα.

V. 764. πέφασται B. πέφαται C.
V. 774. καλῶς εἰργασμένα *BC*.

V. 764. λιμὴν] Androm. 893. ὦ ναυτίλοισι χείματος λιμὴν φανείς, Ἀγαμέμνονος παῖ. Cf. Herc. fur. 477. ἐκ τ' Ἀθηναίων χθονὸς Σπάρτης τε Θηβῶν θ' ὡς ἀνημμένοι κάλως Πρυμνησίοισι βίον ἔχοιτ' εὐδαίμονα. Philostrat. Vit. Apoll. V. 29. p. 212. ὅθεν ἐκ σοῦ, Ἀπολλώνιε, πεῖσμα ἐγὼ βάλλομαι. PFLUGK.

V. 766. μολόντες] Cf. quae dicta sunt ad v. 316. p. 55.

V. 768. δέχου δὲ μὴ πρὸς ἡδονὴν λόγους] I. e. noli exspectare laeta me dicturam. Soph. Electr. 921. τί δ' ἔστιν; οὐ πρὸς ἡδονὴν λέγω τάδε. Cf. Viger. p. 664. Dorvill. ad Charit. p. 554. PFLUGK.

V. 772 sq. ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα κτἑ.] Horum verborum, ut scripta sunt in libris, videtur haec esse constructio: μαλθακοὺς λέξω λόγους, ὡς καὶ δοκεῖ μοι ταῦτα καὶ καλῶς ἔχει, οὓς τυράννων γάμους ἔχει ἡμᾶς προδούς, καὶ ξύμφορ' εἶναι (λέξω) καὶ καλῶς ἐγνωσμένα., ut pronomine generis neutri ταῦτα monstretur nomen alius generis, quod sequitur, veluti in Platonis Apol. p. 37. A. dicitur: τοῦτου τιμῶμαι, ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως. Quod autem poëta pro γάμοι τυράννων, οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει, dixit: γάμους τυράννων οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει., id attractionis non infrequentis lege factum esse videtur, veluti in Sophoclis Trachin. dicitur: τάσδε δ' ἅσπερ εἰσορᾷς, Ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον Χωροῦσι πρὸς σέ., quod proprie sic erat animo conceptum: ἅσπερ δὲ τάσδε εἰσορᾷς, ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον χωροῦσι πρὸς σέ., velut in hoc ipso loco scribentis animo obversatum videtur fuisse: οὓς γάμους τυράννων προδοὺς ἡμᾶς ἔχει. Vide quae dixi supra ad v. 12. Neque per se falsum est, si pergit deinceps poëta mutata in accusativum cum infinitivo constructione: καὶ ξύμφορ' εἶναι καὶ καλῶς ἐγνωσμένα. Nam de genere, quod etiam interposito versu: γάμους τυράννων οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει, retinet, neutro non est quod dicam. Obtinetur illud, quod antecesserat, ταῦτα. De accusativo autem et infinitivo, qui adiungitur, quamquam ὡς — ἔχει praecesserat, non magis possumus dubitare, quum saepe hoc factum sit a Graecis etiam in soluta oratione, veluti a Thucydide III. 3. et III. 25. — Sic superiore tempore hunc locum explicari posse censui atque etiam nunc in eadem sententia sum. Certe quae propositae h. l. coniecturae a doctis sunt, eae, si rem recte consideramus, non magnam probabilitatis speciem prae se ferunt.

παῖδας δὲ μεῖναι τοὺς ἐμοὺς αἰτήσομαι,
οὐχ ὡς λιποῦσα πολεμίας ἐπὶ χθονὸς
ἐχθροῖσι παῖδας τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι,
ἀλλ' ὡς δόλοισι παῖδα βασιλέως κτάνω.
πέμψω γὰρ αὐτοὺς δῶρ' ἔχοντας ἐν χεροῖν,
νύμφῃ φέροντας, τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα,
λεπτόν τε πέπλον καὶ πλόκον χρυσήλατον·

V. 776. *πολεμίους B.* Aldus.
V. 780. 81. inverso ordine leguntur in E. priorem om. C.
V. 780. Schol. *γράφεται δῆθεν μή. φυγεῖν BC.*
V. 781. *στέφος* pro *πλόκον* E.

V. 776. *οὐχ ὡς λιποῦσα*] Hoc est: non quasi reliquerim iam nunc. Id si dictum esset per futurum: *οὐχ ὡς λείψουσα*, esset: non quasi relictura sim. Adiecta autem ad aoristum *ἂν* particula, quam Elmsleius desideravit, res ad experientiam revocaretur diceretur que: non quasi relictam vellem, si res eveniret aliquando.

V. 777. *ἐχθροῖσι παῖδας τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι*] Iniuria multi in eo offensi sunt, quod quum versu 775. dictum esset: *παῖδας δὲ μεῖναι τοὺς ἐμοὺς αἰτήσομαι*, hoc versu ab illo tertio rursus diceretur: *ἐχθροῖσι παῖδας τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι*. Id illi non recte iudicaverunt. Nam priore loco erat liberorum appellatio per sese necessaria, posteriore autem loco eo, quod plena liberorum appellatio iam rursus ponitur, una causa adfertur, quamobrem eos nolit ab inimicis suis contumelia adfici. Significat hac ipsa appellatione hoc, indignum esse, si Medeae liberi contumelia ab inimicis adficiantur, si ipsa eos, qui sint liberi sui, inimicis prodat. Conf. infra v. 1048 sqq. *Οὔτοι ποτ' ἔσται τοῦθ' ὅπως ἐχθροῖς ἐγὼ Παῖδας παρήσω τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι.*

V. 780. *νύμφῃ φέροντας, τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα*] Nihil miri habet, quod statim ad missionem donorum adiungitur: *τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα*, ut ne fugiant hanc terram, quod illud consilium, si non proprio verbo, tamen ipsa mittendi actione significatur. Nam qui mittit donum alicui, aut benevolum vult aliquem omnino sibi reddere aut etiam ab eo, ad quem mittit, aliquid impetrare. Et hoc ne scholiastas quidem fugit, ac si qui hic aliam lectionem requirebant, fecerunt hoc propterea, non ut consilium magis exstaret, sed ut simulatio consilii, non veritas, significaretur. Dicit enim Scholiastes: *Γράφεται δῆθεν μή, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ ὡς δὴ παραιτησομένους τὴν φυγήν. Τιθέασι γὰρ τὸ δῆθεν ἀντὶ τοῦ ὡς δή.* Id adeo reponi sic posset, ut scriberetur *νύμφῃ φέροντας, δῆθε μὴ φεύγειν χθόνα.* vide quae disputavi ad Devarium vol. II. p. 434. et de forma quidem *δῆθε* p. 435 sq. Sed tamen antiqua hac correctione, quam commemorat Scholiastes, minime opus est, quod de vero consilio suo Medea in reliqua oratione minime celat auditores.

V. 781. *λεπτόν τε πέπλον καὶ πλόκον χρυσήλατον*] Hic versus infra v. 936. repetitur, ubi res ea, quam Medea hic in animo habet, facta narratur, id quod nullo modo offensioni esse potest. Ac si hic omitteretur,

κἄνπερ λαβοῦσα κόσμον ἀμφιθῇ χροΐ,
κακῶς ὀλεῖται πᾶς θ' ὃς ἂν θίγῃ κόρης·
τοιοῖσδε χρίσω φαρμάκοις δωρήματα.
ἐνταῦθα μέντοι τόνδ' ἀπαλλάσσω λόγον·
ᾤμωξα δ' οἷον ἔργον ἔστ' ἐργαστέον
τοὐντεῦθεν ἡμῖν· τέκνα γὰρ κατακτενῶ
τἄμ'· οὔτις ἔστιν ὅστις ἐξαιρήσεται·
δόμον τε πάντα συγχέασ' Ἰάσονος
ἔξειμι γαίας, φιλτάτων παίδων φόνον
φεύγουσα καὶ τλᾶσ' ἔργον ἀνοσιώτατον.
οὐ γὰρ γελᾶσθαι τλητὸν ἐξ ἐχθρῶν, φίλαι.
ἴτω· τί μοι ζῆν κέρδος; οὔτε μοι πατρὶς
οὔτ' οἶκος ἔστιν οὔτ' ἀποστροφὴ κακῶν.
ἡμάρτανον τόθ', ἡνίκ' ἐξελίμπανον
δόμους πατρῴους, ἀνδρὸς Ἕλληνος λόγοις
πεισθεῖσ', ὃς ἡμῖν σὺν θεῷ τίσει δίκην.
οὔτ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ παῖδας ὄψεταί ποτε
ζῶντας τὸ λοιπὸν οὔτε τῆς νεοζύγου

γρ. τευ
V. 787. *τοὐνθενδ' ἐν ἡμῖν* B. *κατακτενῶ* CEd*B*. *κατακτανῶ* B. cum ceteris, ut videtur.

V. 793. *τί μοι ζῆν ἔτι κέρδος* B(CEa)bcd e v. 145. *τί μοι ζῆν κέρδος* *B*[*C*]

ἀπαλλαγὴ
V. 794. *ἀποστροφὴ* B. *ἀποστροφὴ* ceteri, nisi quod in a ascriptum est *γρ. ἀπαλλαγή*.

V. 797. *δώσει δίκην* *BC* cum d, ut videtur.

quod quibusdam criticis in mentem venit, versus qui sequitur: *κἄνπερ λαβοῦσα κόσμον ἀμφιθῇ χροΐ*. plane intellegi non posset. Nemo igitur, qui recte rem existimat, omissum versum volet.

V. 788. Heracl. 976. *τοῦτον δ', ἐπείπερ χεῖρας ἦλθεν εἰς ἐμάς, Οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξαιρήσεται.* Alc. 848. *οὐκ ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐξαιρήσεται.* Cf. Aristoph. Pac. 316. PFLUGK.

V. 790. *φιλτάτων παίδων φόνον φεύγουσα*] Adfert A. Matthiae Hipp. 35. *μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν.* et Iphig. Taur. 1144. *ὡς μεταστήσω φόνον.* et ib. 1178. *μὴ συναντῷεν φόνῳ.* cl. Suppl. 147. Oen. fragm. I. p. 423. n. 562. ed. Nauck. PFLUGK.

V. 793. *ἴτω*] hoc loco magis universam habet notionem, ut Latinorum *esto*. Cf. infra v. 814. Ceterum vide ad v. 694. — *τί μοι ζῆν κέρδος*] Cf. Aeschyli Prometh. 747. *τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος κτέ.* et quae Blomfieldius ad eum locum commentatus est in Glossar.

V. 798. *οὔτ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ παῖδας*] cf. 560. *τοῖσιν ἐκ σέθεν τέκνοις.*

V. 799 sq. *οὔτε τῆς νεοζύγου νύμφης τεκνώσει*] De genetivo a verbo *τεκνοῦν* suspenso conf. Rost gr. Gr. §. 108. 3. addit. p. 542. ed. VII.

νύμφης τεκνώσει παῖδ', ἐπεὶ κακὴν κακῶς
θανεῖν σφ' ἀνάγκη τοῖς ἐμοῖσι φαρμάκοις.
μηδείς με φαύλην κἀσθενῆ νομιζέτω,
μηδ' ἡσυχαίαν, ἀλλὰ θατέρου τρόπου,
βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φίλοισιν εὐμενῆ·
τῶν γὰρ τοιούτων εὐκλεέστατος βίος.

ΧΟΡΟΣ.

ἐπείπερ ἡμῖν τόνδ' ἐκοίνωσας λόγον,
σέ τ' ὠφελεῖν θέλουσα καὶ νόμοις βροτῶν
ξυλλαμβάνουσα δρᾶν σ' ἀπεννέπω τάδε.

ΜΗΔΕΙΑ.

οὐκ ἔστιν ἄλλως· σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν
τάδ' ἐστί, μὴ πάσχουσαν ὡς ἐγὼ κακῶς.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλὰ κτανεῖν σὼ παῖδε τολμήσεις, γύναι;

ΜΗΔΕΙΑ.

οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα δηχθείη πόσις.

γρ. δας ἣν ὧς
V. 800. *παῖδ'* B. *κακῶς κακὴν* B. *κακὴν κακῶς* CEabcd *κακῶς κακὴν* *B*. De *C* non constat.
V. 807. *βροτῶν νόμοις* bc.
V. 811. *σὼ παῖδε* BCEa *σοὺς παῖδας* bc. *σὸν παῖδα* d. *σὸν σπέρμα* *B*[*C*].

V. 800. *κακὴν κακῶς*] Demosthen. de cor. §. 267. *καὶ κακὸν κακῶς σε μάλιστα μὲν οἱ θεοί, ἔπειτα οὗτοι πάντες ἀπολέσειαν.* Copiam exemplorum suppeditat Elmsleius ad h. l. PFLUGK.

V. 803. *ἀλλὰ θατέρου τρόπου*] Risisse hunc versum videtur Aristophanes Av. 109. *Ἐπ. Μῶν ἡλιαστά; Εὐ. Μὴ ἀλλὰ θατέρου τρόπου.* Si haec verba iam supra v. 306. similiter erant posita, inde nemo concludere poterit esse aut hoc aut illo loco hunc versum non ferendum, immo haec totius fabulae quasi consensio iis, qui rem non falso iudicant, potius laudanda quam vituperanda videbitur.

V. 810. *μὴ πάσχουσαν*] Notandus accusativus praecedente dativo *σοὶ δὲ συγγώμη.* Lysias de adf. tyrann. §. 11. *προσήκειν αὐτοῖς ἑτέρας ἐπιθυμεῖν πολιτείας, ἐλπίζοντας τὴν μεταβολὴν ὠφέλειάν τινα αὐτοῖς ἔσεσθαι.* Cf. supra v. 659 sq. Stallbaum. ad Plat. Symp. p. 33. Matthiae §. 536. adn. PFLUGK. Si participium per accusativum aptius coniungitur cum verbo, condicio, qua quis quid faciat aut dicat, magis effertur, id quod in hunc ipsum locum cadit.

V. 811. *σὼ παῖδε*] 'Dein Kinderpaar' rectissime hoc dicitur a choro, qui vult misericordiam in Medea erga liberos suos excitare. Id quum casu aut neglegentia mutatum esset in *σοὺς παῖδας*, alii scripserunt, ut metro satis facerent *σὸν παῖδα*, alii etiam audacius *σὸν σπέρμα*, quae est mera coniectura metrici.

ΧΟΡΟΣ.

σὺ δ' ἂν γένοιό γ' ἀθλιωτάτη γυνή.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἴτω· περισσοὶ πάντες οὑν μέσῳ λόγοι.
ἀλλ' εἶα χώρει καὶ κόμιζ' Ἰάσονα·
εἰς πάντα γὰρ δὴ σοὶ τὰ πιστὰ χρώμεθα.
λέξῃς δὲ μηδὲν τῶν ἐμοὶ δεδογμένων,
εἴπερ φρονεῖς εὖ δεσπόταις γυνή τ' ἔφυς.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'.

Ἐρεχθεῖδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι,

V. 813. γένοι' ἀθλιωτάτη B. γένοιό γ' *B* cum ceteris, ut videtur, omnibus. γυνή (γρ. γύναι) B. γύναι *C*. γυνὴ ceteri.
V. 814. οὐμμέσω B. οὑ'ν μέσῳ CE οὑν μέσῳ b. οὑμέσω (corr. in οὑ'ν μέσῳ) *B*.
V. 817. λέξεις libri. λέξῃς Elmsleius.
V. 818. φρονεῖς γ' εὖ lemma scholii.
V. 819. Prior stropha constat ex dactylicis versibus, quos aut praecedunt aut sequuntur plerumque trochaei vel penthemimeres iambica. Posterior Glyconeos habet.

στρ. α'.

⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒ –́ ⏑ –
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
– –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
–́ ⏑⏑ – ⏕ – ⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
– –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – ⏒
×̲ – –́ ⏑⏑ – ⏑ – –

στρ. β'.

⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
–́ ⏑⏑ – ⏑ –
–́ ⏑ – ⏑ – –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏒
– –́ ⏑⏑ – – –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ – –
– –́ ⏑⏑ – ⏑ –
– –́ ⏑⏑ – –

V. 815. Nutricem adloquitur. Phoen. 997. ἀλλ' εἶα χώρει· μὴ τὸ σὸν κωλυέτω. PFLUGK.

V. 819 sqq. Laudes Athenarum, quam in urbem peracta caede concessura erat Medea, sed veretur tamen chorus ne impiam liberorum interfectricem nemo recepturus sit, ideoque necem deprecatur. — Sed, ut singula videamus, Ἐρεχθεῖδαι sunt Athenienses ab Erechtheo, divinae stirpis homine, eoque ipsi θεῶν παῖδες (cf. Brunckium ad Soph. Antig. 985.), ut Troiani pia gens, quod Aeneas pius; ἀπὸ θεῶν γεγονότας etiam Isocrates Panath. 124. dicit [De Romanis conf. Liv. praef. §. 7.

καὶ θεῶν παῖδες μακάρων, ἱερᾶς
χώρας ἀπορθήτου τ' ἀποφερβόμενοι
κλεινοτάταν σοφίαν ἀεὶ διὰ λαμπροτάτου
βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέρος, ἔνθα ποθ' ἁγνὰς
ἐννέα Πιερίδας Μούσας λέγουσι
ξανθὰν Ἁρμονίαν φυτεῦσαι·

ἀντιστροφὴ β'.

τοῦ καλλινάου τ' ἀπὸ Κηφισοῦ ῥοὰς

V. 822. *αἰεὶ* solus, ut videtur, *B*.
V. 824. *λέγουσι μούσας B* [*C*].
V. 826. *τοῦ* om. Musurus. *ἀπὸ κηφισοῦ* B. *ἀπὸ κηφισοῦ* CEcd. *ἐπὶ κεφισσοῦ B* [*C*]. *ῥοαῖς* libri. *ῥοὰς* corrector in E. super versu. G. Hermannus in praef. ad Iphig. Aul. p. XX. commate post *φυτεῦσαι* posito haec ita constituit: *Ταῖς καλλινάου τ' ἀπὸ Κηφισσοῦ ῥοαῖς, || τᾶν Κύπριν κλῄζουσιν ἀφυσσαμέναν || χώραν καταπνεῦσαι μετρίαις ἀνέμων || ἁδυπνόαισι πνοαῖς.*

R. K.] Steph. Byz. s. v. *Ἀθῆναι* p. 44. *Ἄβρων δὲ ἐν τῷ περὶ παρωνύμων, ὅτι εἰσὶ διτταὶ προσηγορίαι παρὰ ποιηταῖς, ἀπό τε τῆς πατρίδος καὶ τοῦ συνοικιστοῦ. Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Ἀνθεάδαι καὶ Φαλαντιάδαι οἱ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο ἀπὸ τῶν διασημοτάτων παρ' αὐτοῖς, Ἀθηναῖοι δὲ Κοδρίδαι καὶ Κεκροπίδαι, Θησεΐδαι, Ἐρεχθεῖδαι. Καὶ ταύτας γε τὰς κλήσεις τῶν ἀπὸ τῆς πατρίδος ἐντιμοτέρας ἐνόμιζον.* [De simili Argivorum appellatione dixi ad Orest. 933. p. 135 sq. R. K.] — Mox terrae sacrae invictaeque et caeli nitidissimi beneficio (cf. Kruse, Hellas II. 1. p. 58 sqq.) Athenienses sapientia imbuti bonisque artibus innutriti dicuntur. *Ἀπόρθητον* autem Atticam appellavit propter bellicam gloriam: necdum enim belli Peloponnesiaci clades experta erat. Nisi mavis haec explicare ex Thucyd. I. 2. *τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί.* Conf. Strabon. VIII. p. 333. *Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις συνέβη, λεπτόγεών τε καὶ τραχεῖαν οἰκοῦντας χώραν, ἀπορθήτους μὲν εἶναι καὶ αὐτόχθονας νομισθῆναι διὰ τοῦτό φησιν ὁ Θουκυδίδης, κατέχοντας τὴν αὐτὴν ἀεί, μηδενὸς ἐξελαύνοντος αὐτοὺς μηδ' ἐπιθυμοῦντος ἔχειν τὴν ἐκείνων.* PFLUGK.

V. 825 sq. Adiectivum *ξανθὰν* dubitare nos non sinit, quin *Ἁρμονία* sit nomen proprium (*ξανθαὶ Χάριτες* sunt apud Pindar. Nem. V. 54). Harmoniae autem filias, easque in Attica natas, etsi nemo Musas tradiderit praeter Euripidem, tamen ingeniosum est poëtae commentum, neque illis aut mater alia quam Harmonia dignior aut, his praesertim ludorum Bacchicorum diebus, natale solum convenientius excogitari poterat. PFLUGK. Hesiodus Theog. 53. *τὰς ἐν Πιερίῃ Κρονίδῃ τέκε πατρὶ μιγεῖσα Μνημοσύνη, γουνοῖσιν Ἐλευθῆρος μεδέουσα.* indicat fere Euripidei commenti originem. Attigit hanc fabulam etiam G. Hermannus in Opusc. vol. II. p. 296.

V. 826 sqq. Venus terram auris molliter spirantibus, sapientiam amoris lusu temperat. PFLUGK.

τὰν Κύπριν κλῄζουσιν ἀφυσσαμέναν
χώραν καταπνεῦσαι μετρίας ἀνέμων
ἡδυπνόους αὔρας, ἀεὶ δ' ἐπιβαλλομέναν
χαίταισιν εὐώδη ῥοδέων πλόκον ἀνθέων
τᾷ σοφίᾳ παρέδρους πέμπειν ἔρωτας,
παντοίας ἀρετᾶς ξυνεργούς.

στροφὴ β'.

πῶς οὖν ἱερῶν ποταμῶν
ἢ πόλις ἢ φίλων
πόμπιμός σε χώρα
τὰν παιδολέτειραν ἕξει,
τὰν οὐχ ὁσίαν; μετ' ἄλλων

ω
V. 827. ἀφυσσαμέναν B. ἀφυσσαμέναν cd*B*. ἀφυσαμέναν ceteri, ut videtur.

V. 829. post ἀνέμων additum legitur ἡδυπνόους in *B*[*C*]. item a recentiore manu in B. ἀεὶ codices. αἰεὶ Aldus.

V. 831. τῇ σοφίᾳ *C*.

V. 834. ἢ φίλων ἢ (ἡ C) πόλις (πόλιν Ea) BCEabcd. ἢ πόλις ἢ φίλων *B*[*C*].

V. 835. πόμπιμος (corr. in πόμπιμον) B. πόμπιμον C. πόμπιμος Eab*BC*. πόμπιμος etiam Schol.

V. 836. Photius p. 370.

V. 828. χώραν] Verbum καταπνεῦσαι requirere videtur χώρας (cf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 376.), idque iubente Reiskio reposuit Porsonus. Accusativum defendit Matthiae loco Pindari Pyth. V. 12. εὐδίαν ὃς (Boeckhius scripsit εὐδιανός, cf. tamen Explicat. p. 284.) μετὰ χειμέριον ὄμβρον τεὰν καταιθύσσει μάκαιραν ἑστίαν. PFLUGK.

V. 831. Ἔρωτας equidem eos intellegam, qui tristem taetricumque morem exhilarent et molliant ac gratiam venustatemque cuivis rei, et maxime poësi (σοφίᾳ), concilient. Hinc iidem παντοίας ἀρετᾶς ξυνεργοί. C. A. Boettiger Prol. de Med. p. 119. adn. puerorum amores intellegendos putabat: quod qui probat, adferre poterit amatores apud Spartanos, qui quidem διετέλουν σπουδάζοντες, ὅπως ἄριστον ἀπεργάσαιντο τὸν ἐρώμενον. Plutarch. Lycurg. 18. PFLUGK.

V. 833—42. Ordinem verborum pulcre perspexit Elmsleius; quo duce construe: πῶς οὖν ἢ πόλις ἱερῶν ποταμῶν ἢ φίλων πόμπιμος χώρα σὲ τὰν παιδολέτειραν ἕξει; Urbem sacrorum fluviorum Athenas intellegit, ad Cephisum et Ilissum sitas, ut Thebae in Phoen. 831. πύργοι διδύμων ποταμῶν. Adde Pind. Olymp. II. 10. ἱερὸν οἴκημα ποταμοῦ, id est Agrigentum; vide Boeckhii Explicatt. p. 123. — χώρα πόμπιμος (alii πόμπιμον) videtur esse terra, in quam quis tuto decedere possit. Similiter apud Pind. Nem. III. 24. πόμπιμον νόστου τέλος terminus, quo quidem deduci possint naves, interprete Dissenio. PELUGK. χώρα πόμπιμος legit et explicavit etiam Scholiastes: πόμπιμος· ἡ τὴν ἐκπεμφθεῖσαν ὑποδεχομένη, οὐκ αὐτὴ πόμπιμος οὖσα.

V. 837. τὰν οὐχ ὁσίαν μετ'

σκέψαι τεκέων πλαγάν,
σκέψαι φόνον οἷον αἴρει.
μή, πρὸς γονάτων σε πάντες
πάντως ἱκετεύομεν,
μὴ τέκνα φονεύσῃς.

ἀντιστροφὴ β'.

πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ
χειρὶ τέκνων σέθεν
καρδίᾳ τε λήψει,

V. 839. αἱρῇ libri. αἴρει Elmsleius.

V. 840. πάντες πάντως *B C.* fortasse etiam d. πάντως πάντες ceteri. Equidem et strophicos versus et antistrophicos, ut nunc leguntur, vix habeo sanos.

V. 842. τέκνα μὴ φονεύσῃς libri. μὴ τέκνα φονεύσῃς Musurus. μὴ eiecit Brunckius.

V. 843. πῶς δὲ θράσος Musurus. πόθεν θράσος libri.

ἄλλων] Sic nunc fere ediderunt. Quae interpunctio si vera est, non poterit μετ' ἄλλων aliter intellegi, nisi ut cum verbo ἕξει coniungatur: habebit una cum aliis [vid. ed. Musgr. Vol. III. p. 245. ed. Beck.]. Nam quod Pflugkius interpretatus est: τὰν οὐχ ὁσίαν μετ' ἄλλων, quam non fas est cum aliis vivere, coll. Orest. 46. et Iphig. Taur. 947., et Elmsleius: τὰν οὐχ ὁσίαν ὡς οἱ ἄλλοι πολῖται, utrumque alienum est ab ea oratione, quam posuit Euripides. Quod autem A. Matthiae, verba μετ' ἄλλων cum sequentibus coniungens, vertit: cum aliis, non mecum, de caede liberorum delibera, id minime convenit in verba: σκέψαι φόνον οἷον αἴρει. Quae quum ita sint, facile adducor, ut veram Scholiastae rationem habeam, qui ipse quoque verba μετ' ἄλλων ad sequentia adsumens hoc dicit: Τὴν πληγήν, φησί, τὴν τῶν τέκνων καὶ τὸν φόνον μὴ προπετῶς δράσῃς, ἀλλὰ πρότερον μεθ' ἡμῶν ἢ ἄλλων τινῶν σκέψαι, εἰ τοῦτο δρᾶσαί σε χρή. Cf. Iphig. Aul. v. 1356. ed. Matth.: δεῦρο δὴ Σκέψαι μεθ' ἡμῶν, μῆτερ, ὡς καλῶς λέγω.

V. 844 sqq. πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ χειρὶ τέκνων σέθεν καρδίᾳ τε λήψει] Sic libri hunc locum scriptum exhibent constanter. Vulgatam scripturam e parte tuetur etiam Scholiastes, qui haec habet: Πόθεν θράσος· τίνι λογισμῷ χρησαμένη, τουτέστι τίς σε ὁ τῶν πάντων πείσας τοσοῦτον θράσος ἐνθεῖναι τῇ σαυτῆς ψυχῇ ἢ τῇ δεξιᾷ ὁπλιζομένῃ κατὰ τῶν φιλτάτων παίδων παρεσκεύασεν; et deinde: Καρδίᾳ τε λήψῃ· ἀντὶ τοῦ κατὰ τὴν σαυτῆς καρδίαν καὶ τὸν λογισμὸν προσλήψῃ, σχήσεις. Ac mihi quidem librorum scriptura explicatione potius quam correctione egere videtur. Primum enim apparet priorem vocis partem: πόθεν θράσος ἢ φρενός, pertinere ad mentis intimae audaciam, quemadmodum et Sophocles dixit in Aiace v. 46: ποίαισι τόλμαις ταῖσδε καὶ φρενῶν θράσει; et ante Sophoclem Homerus: ἐνὶ φρεσὶ θάρσος ἔθηκε. Si tum pergit poëta: ἢ χειρὶ τέκνων σέθεν καρδίᾳ τε λήψει, facile doceri potest pertinere hoc ad externam vel dicam corporis fortitudinem. Id enim verbis χειρὶ — καρδίᾳ τε satis significatur, quia, uti

δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;
πῶς δ᾽ ὄμματα προσβαλοῦσα
τέκνοις ἄδακρυν μοῖραν
σχήσεις φόνου; οὐ δυνάσει,
παίδων ἱκετᾶν πιτνόντων,
τέγξαι χέρα φοινίαν
εὐτλάμονι θυμῷ.

ΙΑΣΩΝ.

ἥκω κελευσθείς· καὶ γὰρ οὖσα δυσμενὴς

V. 847. ὄμμα (corr. in ὄμματα) B. ὄμμα CEacd. ὄμματα *B*[*C*]
γρ. βαλοῦσα.
δ᾽ om. bc. προσλαβοῦσα B. προσβαλοῦσα ceteri nisi quod προβ. C*B*.

ω
V. 849. φόνου (corr. in φόνον) B. φόνου E. *C*. sec. Magium. φόνον *B* et ceteri, ut videtur. δυνάσῃ BCEabc δυνήσῃ *B* cum ceteris, ut videtur.

ω
V. 850. πιτνόντων B. πιτνώντων CE. πιτνῶντων a. πιτνόντων *B* et ceteri, ut videtur.

γρ. καὶ φόνιον
V. 851. χεῖρα libri. χέρα Aldus. φονίαν B. φόνιαν C[E]bcd. φόνιον *B*. φοινίαν *C*.

V. 852. ἐν τλάμονι θυμῷ Musurus. Eadem corruptela libros occupaverat in Aeschyli Pers. 29., ubi nunc recte εὐτλήμονι legitur.

θράσος φρενός ad mentis consilium, sic eae voces ad vim atque audaciam in perpetrando facinore pertinent. Et de χειρί non est quod dicam, καρδία autem simili modo infra v. 1231. dicitur: ἀλλ᾽ εἶ᾽ ὁπλίζου, καρδία. Nec aliter dicitur v. 1029: καρδία γὰρ οἴχεται, nisi de fortitudine externa. Habemus igitur talem distinctionem, qualis est apud Homerum in Odyss. lib. VI. v. 139 sq.: Τῇ γὰρ Ἀθήνη Θάρσος ἐνὶ φρεσὶ θῆκε, καὶ ἐκ δέος εἵλετο γυίων. Si quaerat quispiam, cur hanc distinctionem non adiuverit poëta eo, ut, quum φρενός dixisset, etiam χειρὸς κτέ. diceret, ei facile responderi potest. Nam poëta ubi venit ad alterum membrum, alius genetivi, quem erat adiuncturus, ei in mentem venit, et quod potuit ad θράσος referri, uti praecedens φρενός, id ad verbum λήψει adiunxit itaque pro: πόθεν θράσος — χειρὸς — καρδίας τε λήψει, recte atque ordine dixit: πόθεν θράσος — χειρὶ — καρδίᾳ τε λήψει. De genetivo autem τέκνων σέθεν hoc dico, qui non singula exempla e grammaticis, sed vim ac potestatem casuum didicerit, haesitaturum non esse. Nam uti totus comparatus locus est, est fere idem, quod κατὰ τέκνων σέθεν. — Sic superiore tempore de hoc loco statueram. Nec nunc muto sententiam, quamquam lubenter profiteor de veritate scripturae dubitari posse maxime in hac parte carminis. Ceterum commemoro G. quoque Hermannum in Iahnii Nov. Ann. philol. et paedag. vol. XXXIII. p. 121. θράσος τέκνων eodem quo me modo interpretatum esse.

V. 848 sq. μοῖραν — φόνου] Non est idem, quod φόνον, uti interpretatus est A. Matthiae, sed est destinata caedes, quemadmodum infra v. 876 sq. dicitur: καὶ μοῖραν θανάτου προσλήψεται δύστανος.

οὐκ ἄν γ' ἁμάρτοις τοῦδέ γ', ἀλλ' ἀκούσομαι,
τί χρῆμα βούλει καινὸν ἐξ ἐμοῦ, γύναι.

ΜΗΔΕΙΑ.

Ἰᾶσον, αἰτοῦμαί σε τῶν εἰρημένων
συγγνώμον' εἶναι· τὰς δ' ἐμὰς ὀργὰς φέρειν
εἰκός σ', ἐπεὶ νῷν πόλλ' ὑπείργασται φίλα.
ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην
κἀλοιδόρησα· σχετλία, τί μαίνομαι
καὶ δυσμεναίνω τοῖσι βουλεύουσιν εὖ,
ἐχθρὰ δὲ γαίας κοιράνοις καθίσταμαι
πόσει θ', ὃς ἡμῖν δρᾷ τὰ συμφορώτατα
γήμας τύραννον καὶ κασιγνήτους τέκνοις
ἐμοῖς φυτεύων; οὐκ ἀπαλλαχθήσομαι
θυμοῦ; τί πάσχω, θεῶν ποριζόντων καλῶς;

V. 854. *οὐκ ἂν* libri cum Script. Chr. pat. v. 1988. *οὐκ ἄν γ'* Musurus. *οὔτἄν* Porsonus. *τοῦδ' ἔτ'* BEbcd *τοῦδε τ'* C. *τοῦδέ γ'* *B*[*C*] cum Script. Christ. pat. l. c.
V. 858. *εἰκός γ'* *B C.*
V. 861. *βουλεύσασιν* *B.* *βουλεύουσιν* ceteri et Etym. Magn. p. 292, 13.

V. 854. *οὐκ ἄν γ' ἁμάρτοις τοῦδέ γ'*] *Γὲ* repetitum defendunt Lobeck. ad Aiac. p. 303. Werfer. in Act. Philol. Monac. T. I. p. 98. G. Hermann. ad Sophocl. Ai. 1318. Schneider. ad Xenoph. Cyrop. II, 3, 24. Adde Matth. ad Phoen. 554. PFLUGK. Scil. *γ'*, quod libri omittunt, est ex antiqua correctione.

V. 857. *συγγνώμον' εἶναι*] Xenoph. Cyrop. VI, 1, 37: *πρᾷός τε καὶ συγγνώμων τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων.* PFLUGK. *τὰς δ' ἐμὰς ὀργὰς φέρειν.* Aeschyl. Eumen. 833: *ὀργὰς ξυνοίσω σοι.*

V. 859. *διὰ λόγων ἀφικόμην*] *Διὰ λόγων ἀφικέσθαι τινὶ* vel *ἰέναι τινὶ* proprie est sermonem cum aliquo suscipere, veluti in Herodoti, quae fertur, Vita Homeri cap. 24: *Διὰ λόγων δὲ ἰὼν Ὁμήρῳ ὁ Χῖος εὑρίσκει ἐόντα δεξιὸν καὶ πολλῶν ἔμπειρον κτέ.*, tum in Troadibus Euripidis v. 916: *ἐγὼ δ' ἅ σ' οἶδα διὰ λόγων ἰόντ' ἐμοῦ Κατηγορήσειν, ἀντιθεῖσ' ἀμείψομαι Τοῖς σοῖσι τἀμὰ καὶ τὰ σ' αἰτιάματα.* Sed quoniam, si nobiscum ipsi sermones habemus, id denique nihil aliud est nisi cum animo argumenta alicuius rei ab utraque parte examinare, fere hoc dicitur de ratione, quam inimus, uti hoc loco et infra v. 1069: *Πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων μύθων ἔμολον.*

V. 864. *γήμας τύραννον κτέ.*] Callide Medea iisdem utitur argumentis nunc, quibus antea ipse Iason usus erat v. 591 sqq. *σῶσαι θέλων Σὲ καὶ τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς ὁμοσπόρους Φῦσαι τυράννους παῖδας, ἔρυμα δώμασιν.* Cf. etiam v. 559 sqq. *παῖδάς τε θρέψαιμ' ἀξίως δόμων ἐμῶν, Σπείρας τ' ἀδελφοὺς τοῖσιν ἐκ σέθεν τέκνοις Εἰς ταὐτὸ θείην καὶ ξυναρτήσας γένος Εὐδαιμονοίην.*

οὐκ εἰσὶ μέν μοι παῖδες, οἶδα δὲ χθόνα
φεύγοντας ἡμᾶς καὶ σπανίζοντας φίλων;
ταῦτ' ἐννοήσασ' ᾐσθόμην ἀβουλίαν
πολλὴν ἔχουσα καὶ μάτην θυμουμένη.
νῦν οὖν ἐπαινῶ, σωφρονεῖν τέ μοι δοκεῖς
κῆδος τόδ' ἡμῖν προσλαβών, ἐγὼ δ' ἄφρων,
ᾗ χρῆν μετεῖναι τῶνδε τῶν βουλευμάτων
καὶ ξυμπεραίνειν καὶ παρεστάναι λέχει
νύμφην τε κηδεύουσαν ἥδεσθαι σέθεν.
ἀλλ' ἐσμὲν οἷόν ἐσμεν, οὐκ ἐρῶ κακόν,
γυναῖκες· οὔκουν χρῆν σ' ὁμοιοῦσθαι κακοῖς,

V. 869. *ἐννοηθεῖσ'* *B*[*C*] cum Script. Chr. pat. v. 806.
V. 874. *ξυγγαμεῖν σοι C.*
V. 877. *χρῆ σ' B. χρή σ' C. χρῆν σ'* ceteri, in his *ἐχρῆν σ'* B.

V. 867 sq. *οἶδα δὲ χθόνα φεύγοντας ἡμᾶς κτέ.*] Haec respondent iis, quae supra dicta erant v. 556 sqq. *Ἀλλ' ὡς, τὸ μὲν μέγιστον, οἰκοῖμεν καλῶς Καὶ μὴ σπανιζοίμεσθα, γιγνώσκων ὅτι Πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος.* et iis, quae antea v. 551. dixit Iason: *ἢ παῖδα γῆμαι βασιλέως φυγὰς γεγώς.* Hinc apparet intellegi etiam hoc loco Iolcum patriam, unde fugerint. Recte igitur iam Scholiastes: *Εἶθ' ὅτι καὶ φυγάδες ἐσμὲν ἐκβεβλημένοι τῆς Θεσσαλίας κτέ.*

V. 869. *ταῦτ' ἐννοήσασ' ᾐσθόμην*] Participium *ἐννοηθεὶς* non memini sic legere apud tragicum poëtam, saepe in soluta oratione, veluti in Xenophontis Disciplina Cyri IIII. 2, 3. *ἐννοήσασα* dixit etiam Soph. in Electr. 639. Itaque iure primus mihi videor *ἐννοήσασ'* hic reposuisse pro *ἐννοηθεῖσ'*, quod habent libri deteriores et Scriptor Christi pat. 905.

V. 873. *ᾗ χρῆν μετεῖναι*] Ad verbum *ξυμπεραίνειν* subaudi *ἣν ἐχρῆν*, quo refertur etiam accusativus *κηδεύουσαν*. V. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 428. p. 792. ed. sec. Heindorf. ad Plat. Hipp. mai. §. 22. Ceterum vocabulum *νύμφην* non ab *ἥδεσθαι*, sed a participio *κηδεύουσαν* pendet: quod moneo propter Matthiae in gr. Gr. ampl. §. 555. p. 1089. ed. sec. PFLUGK. A. Matthiae l. c. sic explicaverat, quasi haec constructio esset *ἥδεσθαι, ὅτι ἡ νύμφη ἐκήδευέ σου*, ut in Soph. Philoct. 1314. *ἥσθην σε — εὐλογοῦντα πατέρα τὸν ἐμόν.* diceretur. Immo constructio haec est: *καὶ ἣν ἐχρῆν ἥδεσθαι κηδεύουσαν νύμφην τὴν σήν*, id est, et quam oportebat gaudere ipsam colentem sponsam tuam, quod est idem quod: et quam oportebat lubenter et cum laetitia colere sponsam tuam.

V. 876. *ἀλλ' ἐσμὲν οἷόν ἐσμεν*] Est quasi se ipsam contemnentis haec vox, de qua recte exposuit Abreschius ad Aeschyli Agam. 67. *ἔστι δ' ὅπῃ νῦν ἐστί.* t. l. p. 253. (p. 138. ed. Hal.). Similiter dicitur in Aristoph. Equit. 332. *εἰσὶν ἄνδρες οἵπερ εἰσίν.*, nisi quod genus neutrum magis etiam declarat demissum Medeae animum, quo fingit se iam esse, quo de genere illud Pauli est, quod excitavit Abreschius l. c. ex epist. ad Corinth. I. 15, 10. *εἰμὶ ὅ εἰμι.* Cf. infra v. 998. *ἤγγειλας οἷ' ἤγγειλας.*

V. 877. *οὔκουν χρῆν σ'*

οὐδ' ἀντιτείνειν νήπι' ἀντὶ νηπίων.
παριέμεσθα καί φαμεν κακῶς φρονεῖν
τότ', ἀλλ' ἄμεινον νῦν βεβούλευμαι τόδε.
ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦτε, λείπετε στέγας,
ἐξέλθετ', ἀσπάσασθε καὶ προσείπατε
πατέρα μεθ' ἡμῶν, καὶ διαλλάχθηθ' ἅμα
τῆς πρόσθεν ἔχθρας εἰς φίλους μητρὸς μέτα·
σπονδαὶ γὰρ ἡμῖν, καὶ μεθέστηκεν χόλος.
λάβεσθε χειρὸς δεξιᾶς. οἴμοι κακῶν·
ὡς ἐννοοῦμαι δή τι τῶν κεκρυμμένων.
ἆρ', ὦ τέκν', οὕτω καὶ πολὺν ζῶντες χρόνον
φίλην ὀρέξετ' ὠλένην; τάλαιν' ἐγώ,
ὡς ἀρτίδακρύς εἰμι καὶ φόβου πλέα.
χρόνῳ δὲ νεῖκος πατρὸς ἐξαιρουμένη
ὄψιν τερείνην τήνδ' ἔπλησα δακρύων.

V. 880. τόδε B. τόδε (ά supra) Ccd. τάδε *B*[*C*].
V. 882. ἐξέλθατ' *B*. Aldus.
V. 883. διαλλάγηθ' bc.
V. 886. λάζεσθε Script. Chr. pat. v. 469.
V. 892. τερεινήν B*B*. τερείνην ceteri. τέρειναν Barnesius, τερείνων G. Hermannus.

ὁμοιοῦσθαι] Est hoc: Non igitur oportebat nec tu fecisti etc. Recte enim Nauckius quoque χρῆν σ' recepit pro χρή σ'.

V. 879. παριέμεσθα] πανόμεθα, παραπεμπόμεθα, οἷον παραιτοῦμαι, συγχωρῶ. SCHOL. Est remittimus pristinam contentionem et veniam petimus. Cf. Platonis Apol. p. 17. C. καὶ μέντοι καὶ πάνυ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι. cl. Timaei Lex. Plat. p. 207. Ruhnk. παρίεμαι, παραιτοῦμαι.

V. 880. ἀλλ' ἄμεινον νῦν βεβούλευμαι τόδε] Est plane nostrum: Allein ich habe mich besser = anders in der Sache berathen.

V. 881. δεῦτε] Non satis circumspecte fecit Elmsleius, quod pro δεῦτε sine libris scripsit δεῦρο. Nam etiam Script. Chr. pat. 466. 687. docet se hanc formam apud tragicos Graecos invenisse. Vide ad Devarium vol. II. p. 777.

V. 883. διαλλάχθηθ' ἅμα τῆς πρόσθεν ἔχθρας] Andocides de reditu §. 26. ἐξὸν αὐτῷ διαλλαχθέντι τῆς ἔχθρας καὶ γενομένῳ κηδεστῇ ἄρξαι μετ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τῆς πόλεως. PFLUGK.

V. 888. καὶ πολὺν — χρόνον] Particula καὶ dicitur cum ellipsi quadam; nam sententia est: Manus non porrigetis nunc solum, sed etiam diu viventes porrigetis? PFLUGK.

V. 890. ὡς ἀρτίδακρύς εἰμι] Cf. Hesych. vol. I. p. 557. ἀρτίδακρυς· εὐχερὴς πρὸς δάκρυον.

V. 891. χρόνῳ] tandem, post longum temporis intervallum. [cf. infra v. 899.] νεῖκος πατρός, litem cum patre. PFLUGK.

V. 892. ὄψιν τερείνην]

ΧΟΡΟΣ.

κἀμοὶ κατ᾿ ὄσσων χλωρὸν ὡρμήθη δάκρυ·
καὶ μὴ προβαίη μεῖζον ἢ τὸ νῦν κακόν.

ΙΑΣΩΝ.

αἰνῶ, γύναι, τάδ᾿, οὐδ᾿ ἐκεῖνα μέμφομαι·
εἰκὸς γὰρ ὀργὰς θῆλυ ποιεῖσθαι γένος,
γάμους παρεμπολῶντος ἀλλοίους, πόσει.
ἀλλ᾿ εἰς τὸ λῷον σὸν μεθέστηκεν κέαρ,
ἔγνως δὲ τὴν νικῶσαν ἀλλὰ τῷ χρόνῳ

V. 895. *οὐκ ἐκεῖνα* C.

V. 897. *πόσει* libri et Scholiastes. Is tamen *ἐμοῦ* adfert pro var. lect.

V. 899. *ἀλλὰ νῦν χρόνῳ* (gl. a pr. m. *τὸ νῦν περισσόν*, a m. sec. *γρ. τῷ*) B. *ἀλλὰ νῦν χρόνῳ* E. *ἀλλὰ τῷ χρόνῳ* ceteri.

Scripsit Elmsleius *ὄψιν τέρεινα*, adferens Hipponactis illud ap. Hephaest. p. 30. *Εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα.* cf. Th. Bergk Poët. lyric. Graec. vol. II. p. 777. ed. tert. Aeschyli Suppl. 967. Herm. Euripid. Cycl. 512. Sed quum in libris aut *τερεινήν* aut etiam *τερίνην* scriptum sit, vix potest dubitari quin Kirchhoffius recte restituerit *τερείνην*. conf. Anacreontis carm. LIII. 1 sq. [Th. Bergk. Anthol. lyr. p. 323.] *Στεφανηφόρου μετ᾿ ἦρος Μέλπομαι ῥόδον τέρεινον Συνέταιρον αὐξίμολπον.*

V. 893. *χλωρὸν — δάκρυ*] Quod recurrit mox v. 909. et Helen. 1189. recte, puto, cum Homerico *θαλερὸν δάκρυ* comparavit G. Hermannus. PFLUGK. Praeivit Eustathius in Iliad. p. 217, 2. *Ἐπεὶ δὲ καὶ χλωρά εἰσι θάλλοντα καὶ ὑγρότητα ἔχει πλείω, διὰ τοῦτο καὶ ὑγρὸν δάκρυον καὶ χλωρὸν ὁ Εὐριπίδης φησί, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Τραχινίαις* (844)· *χλωρὰν ἄχνην δακρύων ἔφη.*

V. 895. *οὐδ᾿ ἐκεῖνα*] ne priores quidem cogitationes Medeae, quas ira exacerbata conceperat, vult nunc in reprehensionem vocare, etiam si per se laudandae non erant.

V. 897. *παρεμπολῶντος*] Quod iam apud Scholiasten scriptura *παρεμπολῶντι* adfertur, cuius haec verba sunt: *ἰδίως οὖν εἴρηκε πόσει ἀντὶ τοῦ πόσιος. οἱ δὲ ὑποκριταὶ ἀγνοήσαντες γράφουσιν ἀντὶ τοῦ πόσει ἐμοῦ, ὅπερ οὐ δεῖ.*, recte Pflugkius adnotavit, factum esse non nunquam, ut genetivis, quos dicunt, absolutis uterentur Graeci scriptores etiam ibi, ubi casui nominis accommodari participium potuisset. Quod ubi fit, magis condicionis causa, quae continetur genetivis absolutis, effertur, veluti in eo ipso loco, quo usus est Pflugkius, Demosth. de coron. §. 135. *οὐκοῦν ὅτε, τούτου μέλλοντος λέγειν, ἀπήλασεν αὐτὸν ἡ βουλὴ καὶ προσέταξεν ἑτέρῳ, τότε καὶ προδότην εἶναι καὶ κακόνουν ὑμῖν ἀπέφηνεν.* cf. Rost. gr. Gr. §. 131. adn. 2.

V. 898. *εἰς τὸ λῷον*] Vergilius Aen. I. 281. *Consilia in melius referet.* PFLUGK.

V. 899. *ἀλλὰ τῷ χρόνῳ*] saltem aliquando, cum ellipsi verborum *εἰ καὶ μὴ πρότερον.* Sophocles Philoct. 1041. *τίσασθε, τίσασθ᾿ ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ποτὲ Ξύμπαντας αὐτούς.* Plene Eurip. Helen. 989. Isocrat. Archid. §. 62. Cf. G. Hermann. ad Viger. p. 811. n. 273. ed. tert.

βουλήν· γυναικὸς ἔργα ταῦτα σώφρονος.
ὑμῖν δέ, παῖδες, οὐκ ἀφροντίστως πατὴρ
πολλὴν ἔθηκε σὺν θεοῖς προμηθίαν·
οἶμαι γὰρ ὑμᾶς τῆσδε γῆς Κορινθίας
τὰ πρῶτ' ἔσεσθαι σὺν κασιγνήτοις ἔτι.
ἀλλ' αὐξάνεσθε· τἄλλα δ' ἐξεργάζεται
πατήρ τε καὶ θεῶν ὅστις ἐστὶν εὐμενής·
ἴδοιμι δ' ὑμᾶς εὐτραφεῖς ἥβης τέλος
μολόντας, ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν ὑπερτέρους.
αὕτη, τί χλωροῖς δακρύοις τέγγεις κόρας,
στρέψασα λευκὴν ἔμπαλιν παρηίδα,

V. 902. *σωτηρίαν* *B*[*C*].
V. 903. *ἡμᾶς* bc.
V. 908. *μολῶντας* *B*.
V. 909. *αὐτὴ* libri. Correxit Reiskius. Eustathius in Il. p. 217, 2.

Elmslei. ad Heraclid. 363. Heindorf. ad Plat. Soph. §. 44. Bähr in Creuzeri Melet. III. p. 26. PFLUGK. Quamquam meliorum librorum auctoritate nunc Kirchhoffius et Nauckius *ἀλλὰ νῦν χρόνῳ* ediderunt, tamen illorum rationem veritus sum sequi, quod ex Scholiastae verbis: *ἔγνως δὲ τὴν νικῶσαν ἀλλὰ νῦν· ὥσπερ ἐκ μετανοίας τὸ κάλλιστον αὐτῇ βουλεύῃ. τὸ δὲ ἑξῆς· ἔγνως δὲ τῷ χρόνῳ τὴν νικῶσαν βουλήν.*, mihi videtur apparere, *νῦν* interpretationis causa ascriptum fuisse. Ceterum ut hoc loco plene dicitur *τὴν νικῶσαν βουλήν*, sic Herodotus dixit VII. 175. *ἡ νικῶσα δὲ γνώμη ἐγένετο τὴν ἐν Θερμοπύλῃσι ἐσβολὴν φυλάξαι.* Nam notum est saepius *τὴν νικῶσαν* omisso nomine dici in oratione soluta.

V. 901. *ὑμῖν δέ*] Permirum est a multis criticis hanc omnium librorum scripturam propterea repudiatam esse, quod quum praestantissimi libri proximo, qui sequitur, versu haberent *προμηθίαν* pro olim vulgato *σωτηρίαν*, hoc fuerit recipiendum, cum hoc autem verbo dativum non congruere. Nam recte iam A. Matthiae intellexit dativum commode stare posse, quod sententiam potius quam singulorum verborum constructionem spectasset poëta. Non recte igitur illi fecerunt, qui nuper etiam Brunckio auctore et Porsono Valckenarii (ad Phoen. 1475.) coniecturam *ὑμῶν* receperunt.

V. 904. *τὰ πρῶτ' ἔσεσθαι*] Aristophan. Ran. 422. *νυνὶ δημαγωγεῖ Ἐν τοῖς ἄνω νεκροῖσι Κἄστιν τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας.* Herod. VI. 100. *Αἰσχίνης ὁ Νόθωνος ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα.* cf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 438. et me ad Orest. 1247. p. 167.

V. 905. *ἐξεργάζεται*] Praesens pro futuro, sed illud maiore cum vi ponitur, quasi dicas: et facit et facturus est. PFLUGK.

V. 907. *ἥβης τέλος*] ad pubertatis maturitatem. Sic *γήρως τέλος* Alcest. 415. PFLUGK.

V. 909. *αὕτη, τί χλωροῖς κτέ.*] Cf. Hecub. 1127. *οὗτος, τί πάσχεις;* et quae ad eum locum attulit Pflugkius p. 102. et Stallbaum. ad Platon. Conviv. p. 172. A.

κοὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχει λόγον;

ΜΗΔΕΙΑ.

οὐδέν· τέκνων τῶνδ' ἐννοουμένη πέρι.

ΙΑΣΩΝ.

θάρσει νυν· εὖ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω πέρι.

ΜΗΔΕΙΑ.

δράσω τάδ'· οὔτοι σοῖς ἀπιστήσω λόγοις·
γυνὴ δὲ θῆλυ κἀπὶ δακρύοις ἔφυ.

ΙΑΣΩΝ.

τί δή, τάλαινα, τοῖσδ' ἐπιστένεις τέκνοις;

ΜΗΔΕΙΑ.

ἔτικτον αὐτούς· ζῆν δ' ὅτ' ἐξηύχου τέκνα,
εἰσῆλθέ μ' οἶκτος, εἰ γενήσεται τάδε.

V. 911. Cramer Anecd. Oxon. III. p. 358. p. 374.

V. 913. νῦν libri. Correxit Barnesius. εὖ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω (corr. in θήσομαι) πέρι B. (γρ. θήσω) εὖ γὰρ τῶνδε νῦν θήσω πέρι C. εὖ γὰρ τῶνδε νῦν θήσομαι πέρι abc. εὖ γὰρ τῶνδε θήσομαι πέρι d. εὖ γὰρ νῦν τῶν δ' ἐγὼ θήσω πέρι *B*. εὖ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω πέρι *C*. cum Script. Chr. pat. 761. De E non constat.

V. 914. οὔτι *BC*, Script. Chr. pat. 767.

V. 915. θῆλυς E.

V. 916. τί δῆτα λίαν *B*[*C*].

V. 917. ἐξηύχου *C*. ἐξηύχουν ceteri et Schol.

V. 911. *κοὐκ ἀσμένη — δέχει λόγον*] Hunc versum, qui infra v. 993. iterum ponitur, aut hoc loco aut infra omittendum esse censuerunt critici. Ego utroque loco servandum esse existimo et hoc quidem loco iam v. 909. *αὕτη, τί χλωροῖς κτἑ.* significaverat Iason Medeam non quietam audire eius orationem, sed commotam animo flere, ut sane recte huc adiungi potuerit ille versus. Vide quae infra dicta sunt ad v. 993.

V. 913. *εὖ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω πέρι*] Cf. Hec. 875. *πάντ' ἐγὼ θήσω καλῶς*. Orest. 1664. *τὰ πρὸς πόλιν δὲ τῷδ' ἐγὼ θήσω καλῶς*. Hippol. 521. *ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς*. Nam nullam rationem habet quod Elmsleius putat dici ab Euripide potuisse *θήσω καλῶς*, non item *εὖ θήσω*. Pronomen autem *ἐγώ* ad h. l. aptissimum esse nemo facile negabit.

V. 915. Locum persimilem ex Danaë Euripidis ap. A. Nauckium Tragic. Graec. fragm. p. 362. n. 324. attulit Matthiae: *ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ*. cl. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 437.

V. 917. *ζῆν ὅτ' ἐξηύχου τέκνα*] Quamquam libri fere omnes et Scholiastes *ἐξηύχουν*, ut id pertineat ad verbum *ἐξαυχεῖν*, scriptum exhibent, tamen *ἐξηύχου* vel *ἐξεύχου* verum esse existimo, quod natum est ex antiqua correctione. Respicitur ad v. 907 sqq.

V. 918. *εἰσῆλθέ μ' οἶκτος*] Scil. *ἐννοουμένην, εἰ γενήσεται τάδε*. PFLUGK. Vix opus est statuere eius modi ellipsin, si recordamur ea, quae dicta sunt ad v. 186. Nam eodem iure quo Graeci dixerunt *φόβος ἐστὶν, εἰ γενήσε-*

ἀλλ' ὧνπερ οὕνεκ' εἰς ἐμοὺς ἥκεις λόγους,
τὰ μὲν λέλεκται, τῶν δ' ἐγὼ μνησθήσομαι.
ἐπεὶ τυράννοις γῆς μ' ἀποστεῖλαι δοκεῖ,
κἀμοὶ τάδ' ἐστὶ λῷστα, γιγνώσκω καλῶς,
μήτ' ἐμποδὼν σοὶ μήτε κοιράνοις χθονὸς
ναίειν, δοκῶ γὰρ δυσμενὴς εἶναι δόμοις,
ἡμεῖς μὲν ἐκ γῆς τῆσδ' ἀπαίρομεν φυγῇ,
παῖδες δ' ὅπως ἂν ἐκτραφῶσι σῇ χερί,
αἰτοῦ Κρέοντα τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.

ΙΑΣΩΝ.

οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι, πειρᾶσθαι δὲ χρή.

ΜΗΔΕΙΑ.

σὺ δ' ἀλλὰ σὴν κέλευσον αἰτεῖσθαι πατρὸς
γυναῖκα παῖδας τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.

V. 920. μεμνήσομαι pro var. lect. E.
V. 921. ἀποστέλλειν *B.* Aldus.
V. 923. ἐκποδὼν bc.

ται τάδε, etiam dicere potuerunt οἶκτός μ' εἰσέρχεται, εἰ γενήσεσαι τάδε. Nam ut φόβος, metus, timor, sic etiam οἶκτος, eius modi vim ac potestatem habet, ut sentiendi et cogitandi notionem in se contineat, quasi nostra lingua dicas: Es beschlich mich ein wehmüthiges Gefühl, ob dem also sein werde.

V. 922. γιγνώσκω καλῶς] Vide quae dicta sunt supra ad v. 229. p. 45.

V. 925. ἐκ γῆς τῆσδ' ἀπαίρομεν] Eodem iure quo εἶμι, ἔρχομαι, pro ἐλεύσομαι dicebatur a Graecis, hoc quoque loco praesens tempus pro futuro usurpatum est. Cf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 504. 3. p. 957. ed. sec. Rost gr. Gr. §. 116. 9. adn. 8. p. 592.

V. 928. οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι] Construe: οὐκ οἶδα, εἰ πείσαιμ' ἄν, ut in Alcest. 48. λαβὼν ἴθ'. οὐ γὰρ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμί σε. et quos praeterea laudavit A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 599. 3. Rost. §. 120. c. α, et §. 121. adn. 7. p. 611. ed. VII. PFLUGK.

V. 929. σὺ δ' ἀλλὰ] at tu saltem. Cf. Soph. Electr. 337. 415. Elmsl. ad Heraclid. 565. Iacobs ad Philostr. Imag. p. 393. PFLUGK. Δὲ in eius modi locis ad superiorem orationem, ἀλλὰ vero ad ea, quae proxime sequuntur, respicit. Itaque hoc dicitur: Tu vero uxorem saltem tuam precari iubeto. Vide quae adnotavimus de ea re ad Devarium vol. II. p. 381.

V. 930. τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα] Nullam habet offensionem, quod eadem verba, quae modo v. 927. scripta legimus, hic repetuntur. Haec enim talia sunt, ut necesse sit ea saepius poni in eius modi colloquio. Meminerint vero etiam illi huius loci, qui, ubicumque aliquid eius modi in Euripidis fabulis legitur, sine ulla dubitatione parati sunt in suspitionem vocare, quae optimorum librorum auctoritate confirmantur. Cf. quae diximus supra ad v. 777., ubi ne verba quidem παῖδας τοὺς ἐμούς, quamquam flagitante ipsius loci sententia, repetita tolerare voluerunt critici.

ΙΑΣΩΝ.

μάλιστα, καὶ πείσειν γε δοξάζω σφ᾽ ἐγώ,
εἴπερ γυναικῶν ἐστι τῶν ἄλλων μία.

ΜΗΔΕΙΑ.

ξυλλήψομαι δὲ τοῦδέ σοι κἀγὼ πόνου·
πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ᾽, ἃ καλλιστεύεται
τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν, οἶδ᾽ ἐγώ, πολύ,
λεπτόν τε πέπλον καὶ πλόκον χρυσήλατον
παῖδας φέροντας. ἀλλ᾽ ὅσον τάχος χρεὼν
κόσμον κομίζειν δεῦρο προσπόλων τινά.
εὐδαιμονήσει δ᾽ οὐχ ἕν, ἀλλὰ μυρία,
ἀνδρός τ᾽ ἀρίστου σοῦ τυχοῦσ᾽ ὁμευνέτου

V. 936. *στέφος* pro *πλόκον* *B C*.
V. 937. *ὅσον χρεὼν τάχος* bc.
V. 940. *ἀνδρός τ᾽* B. *ἀνδρός* Ccd. *ἀνδρός τ᾽* E, qui hunc versum in margine habet, *ἀνδρός γ᾽* *B*[*C*].

V. 931. *μάλιστα, καὶ πείσειν γε δοξάζω σφ᾽ ἐγώ*] Hoc dicit Iason: *μάλιστα*, id est, faciam id, quod tu vis, et uxori meae hoc mandabo, *καὶ πείσειν γε δοξάζω σφ᾽ ἐγώ*, et in ea opinione sum Glaucen hoc persuasuram esse Creonti patri. Scholiastes: *τὸ δὲ σφὲ ἀντὶ τοῦ αὐτόν*. Exposui haec propter Schoenium, qui ad versum sequentem ita disputavit, quasi haec Iason de se praedicaret.

V. 932. *εἴπερ γυναικῶν κτλ.*] Scholiastes, qui haec adnotat: *Ἀντὶ τοῦ φιλάνδρων, οἷον εἴπερ φίλανδρός ἐστι, πάντα σοι πεισθήσεται ἡ Γλαύκη.*, videtur haec verba Medeae tribuisse. Rectius statuerunt critici, qui haec Iasoni verba dederunt. Is enim dicit hoc: 'Et persuadebit, credo, ei, si quidem ceterarum mulierum una est. Habent enim mulieres hanc artem in viros, ut iis facile quod velint persuadeant.' Hinc iam intellegetur, quo iure A. Witzschelius, parum intellecta poëtae mente, intempestive aliquid hoc loco fecisse insipidem censuerit, quod Iason suam novam coniugem apud Medeam oblique taxaverit et ob muliebrem inconstantiam ac voluntatem infirmiorem quodam modo vituperaverit. Immo mulierum artem et vim ac potestatem, quam in viros haberent, satis festive et iam, quasi in gratiam cum Medea redierit, iocans vult his verbis praedicare. Ceterum constructionem verborum ipsam *τῶν ἄλλων μία* recte iam expedivit Heindorfius ad Platonis Sophist. §. 98. p. 260. B. *τὸ μὲν δὴ μὴ ὂν ἡμῖν ἕν τι τῶν ἄλλων γένος ἀνεφάνη.*

V. 934. *ἃ καλλιστεύεται τῶν νῦν κτέ.*] Pflugkius contulit Hippol. 1009. *πότερα τὸ τῆσδε σῶμ᾽ ἐκαλλιστεύετο Πασῶν γυναικῶν.*

V. 936. *καὶ πλόκον*] Si pauci libri et hic et supra v. 781. *στέφος* pro *πλόκον* habent, facile intellegitur hoc vocabulum esse e coniectura natum et utroque loco servandum esse *πλόκον*. Nemo autem iure offendetur in eo, quod, ut fere in poësi epica id fieri solet, hae res bis eodem modo narrantur, et cum suscipiuntur et quum reapse efficiuntur. Nam veritas rei, quae agitur, maxime hoc

κεκτημένη τε κόσμον, ὅν ποθ' Ἥλιος
πατρὸς πατὴρ δίδωσιν ἐκγόνοισιν οἷς.
λάζυσθε φερνὰς τάσδε, παῖδες, εἰς χέρας
καὶ τῇ τυράννῳ μακαρίᾳ νύμφῃ δότε
φέροντες· οὔτοι δῶρα μεμπτὰ δέξεται.

ΙΑΣΩΝ.

τί δ', ὦ ματαία, τῶνδε σὰς κενοῖς χέρας;
δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασίλειον πέπλων;
δοκεῖς δὲ χρυσοῦ; σῶζε, μὴ δίδου, τάδε.
εἴπερ γὰρ ἡμᾶς ἀξιοῖ λόγου τινὸς
γυνή, προθήσει χρημάτων, σάφ' οἶδ' ἐγώ.

ΜΗΔΕΙΑ.

μή μοι σύ· πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος·
χρυσὸς δὲ κρείσσων μυρίων λόγων βροτοῖς.

V. 942. *πατὴρ πατρὸς BC.*
V. 943. Etym. Magn. p. 790.
V. 945. *οὔτι C.*
V. 949. *τινὸς λόγου* bc.
V. 950. *οἶδ' ὅτι C.*

modo repraesentatur, et id ipsum est, quod fabularum scriptores consequi debent.

V. 942. **πατρὸς πατὴρ δίδωσιν**] Haec quae nunc e melioribus libris recepta est verborum collocatio **πατρὸς πατὴρ** paene legitima est, si nihil aliud nisi nomen **τοῦ πάππου** eo describitur. Quod autem **δίδωσιν** dicit et **ποτέ**, quod antecedit v. 941., satis demonstrat, quo pertineat, et omnino etiam in eiusmodi enuntiatis relativis praesens tempus pro praeterito saepe et a Graecis et a Latinis poëtis usurpatum est. De Latinis conf. Vergilii Aen. VIIII. 266. *cratera antiquum (tibi dabo), quem dat Sidonia coniux.*

V. 947. **δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασίλειον πέπλων**] Simili confidentia Clytaemnestra apud Aeschylum in Agamemn. 928 sq. regi, qui in veste purpurea pedem ponere in eaque incedere veretur, dicit: **οἶκος δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς, ἄναξ, Ἔχειν· πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος.**

V. 951. **μή μοι σύ**] Scil. **τοιαῦτα λέξῃς** vel **ἐμποδὼν γένῃ.** Utuntur hac formula impense precantes. Similiter **μή σύ γε** dicitur, de quo vide ad Hecub. 408. PFLUGK. Saepe hoc etiam plenius dicitur, ut in Aristoph. Acharn. 345. **ἀλλὰ μή μοι πρόφασιν.** aut in Soph. Antig. 564. **μὴ τριβὰς ἔτ', ἀλλὰ κτέ.**

Ibid. **πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος**] Contulerunt interpretes incerti poëtae versum apud Platon. de re publ. III. p. 390. E. **Δῶρα θεοὺς πείθει, δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας.** et Ovidii art. amat. III. 653. *Munera, crede mihi, capiunt hominesque deosque: Placatur donis Iuppiter ipse datis.* et Pflugkius animadvertit contra vulgi opinionem pugnare Platonem Alcib. II. p. 149. E. **οὐ γάρ, οἶμαι, τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῶν θεῶν, ὥστε ὑπὸ δώρων παράγεσθαι.**, quo cum loco conf. legg. IIII. p. 601. Cic. de legg. II. 16.

κείνης ὁ δαίμων, κεῖνα νῦν αὔξει θεός,
νέα τυραννεῖ· τῶν δ' ἐμῶν παίδων φυγὰς
ψυχῆς ἂν ἀλλαξαίμεθ', οὐ χρυσοῦ μόνον.
ἀλλ', ὦ τέκν', εἰσελθόντε πλουσίους δόμους
πατρὸς νέαν γυναῖκα δεσπότιν τ' ἐμὴν
ἱκετεύετ', ἐξαιτεῖσθε μὴ φεύγειν χθόνα
κόσμον διδόντες· τοῦδε γὰρ μάλιστα δεῖ,
εἰς χεῖρ' ἐκείνην δῶρα δέξασθαι τάδε.
ἴθ' ὡς τάχιστα· μητρὶ δ' ὧν ἐρᾷ τυχεῖν
εὐάγγελοι γένοισθε πράξαντες καλῶς.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'.

νῦν ἐλπίδες οὐκέτι μοι παίδων ζόας,

γρ. *ψυχῆς*
V. 955. *ψυχαῖς* B. *ψυχαῖς* cd. *ψυχῆς* ceteri.
V. 956. *εἰσελθόντες* BCd. *εἰσελθόντε* *B*, fortasse etiam alii. *πλησίους* *B*. *πλουσίους* ceteri.
V. 957. *δεσπότιν τ'* libri. *δεσπότιν δ'* Elmsleius. Vulgatam iam defendit C. Reisigius Coniect. in Arist. I. p. 190.
V. 958. *φυγεῖν* *BC*.
V. 959. *φέροντες* *C*.
V. 960. *ἐκείνην* (corr. in *ἐκείνης*) B. *ἐκείνη* C. *ἐκείνην* abcd *ἐκείνης* *BC*.
V. 963. Metrum ex dactylicis versibus est, quibus iuncti sunt trochaei, in altero stropharum pari versus etiam anapaesticus (979. 984).

στρ. α'.

– ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⏑́ ⏑ –
⏑́ ⏑ – – ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

V. 957. *πατρὸς νέαν γυναῖκα δεσπότιν τ' ἐμήν*] Miro modo argutati sunt interpretes, ut hanc verborum coniunctionem, quae habetur et hic et alibi in libris omnibus, ineptam esse demonstrarent. Nam etsi negari non potest saepe in eius modi locis pro coniunctiva particula positam esse adversativam, tamen suo loco etiam altera eiusdem personae notio per coniunctivam particulam adiungi potuit, quod dicitur alio quodam modo. Est enim hoc: ei, quae est patris nova uxor dominaque mea, supplicate. Neque aliter dicitur in Androm. 24 sq.: *Κἀγὼ δόμοις τοῖσδ' ἄρσεν' ἐντίκτω κόρον, Πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδὶ δεσπότῃ τ' ἐμῷ.* aut in Iphig. Aul. 1140: *Καὶ τὼ Διός γε παῖδ' ἐμώ τε συγγόνω Ἵπποισι μαρμαίροντ' ἐπεστρατευσάτην.* aut in Aeschyli Agamemn. v. 1551 sqq. ed. Herm.: *Ἀτρεὺς γὰρ ἄρχων τῆσδε γῆς, τούτου πατήρ, Πατέρα Θυέστην τὸν ἐμόν, ὡς τορῶς φράσαι, Αὑτοῦ τ' ἀδελφόν, ἀμφίλεκτος ὢν κράτει, Ἠνδρηλάτησεν ἐκ πόλεώς τε καὶ δόμων.* aliisque locis multis. Conf. quae disputavi hac de re ad Devarium vol. II. p. 745 sqq.

V. 963. *ζόας*] De hac forma tragicis poëtis non inusitata conf. praeter Elmsleium ad h. l. Porsonus ad Hecub. 1090. p. 79. ed.

οὐκέτι· στείχουσι γὰρ ἐς φόνον ἤδη.
δέξεται νύμφα χρυσέων ἀναδεσμῶν
δέξεται δύστανος ἄταν·
ξανθᾷ δ' ἀμφὶ κόμᾳ
θήσει τὸν Ἅιδα κόσμον αὐτὰ
ταῖν χεροῖν λαβοῦσα.

ἀντιστροφὴ α΄.

πείσει χάρις ἀμβρόσιός τ' αὐγὰ πέπλον

⊥ ⏑ – – ⊥ ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
⊥ ⏑ – – ⊥ ⏑ – –
⊥ – – ⏑⏑ –
– ⊥ ⏑ – – ⊥ ⏑ – –
⊥ ⏑ – ⏑ – ⏑

στρ. β΄.

⏑ ⊥ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⊥ ⏑ – ⏑ – –
⊥ ⏑ – ⏑ – –
⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ –
⏑ ⊥ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
– ⊥ ⏑ – ⊥ ⏑ – ⏑ – ⊥

V. 963. *ζόας* Porsonus. *ζωᾶς* libri.
V. 964. *ἐς* ACEcd. *εἰς* *B*.
V. 965. *ἀναδέσμων* libri. Correxit Porsonus.
V. 966. *δέξεται ἁ δ.* *BC*. *δύστηνος* B.

V. 968. 69. *αὐτὴ χεροῖν* B. (γρ. *αὐτὰ*) *αὐτὴ χερὶ* C. *αὐτὴ χεροῖν* Ed*C*. *χεροῖν* om. *αὐτὰ* c. *αὐτὰ χεροῖν* *B*. *αὐτὰ ταῖν χεροῖν* Musurus.

V. 970. *ἀμβρόσιος* (*τ'* addito e corr.) B. *ἀμβρόσιος* C. *πέπλων* (*πέπλον*) B. *πέπλον* *B*. *πέπλων* ceteri. *πέπλον* Reiskius.

in Germ. tert. Fr. Ellendt. Lexic. Soph. vol. I. p. 746.

V. 965. ***χρυσέων ἀναδεσμῶν***] Sic nunc fere scripserunt grammatici, referentes ad *ἅπαξ λεγόμενον* Homericum Iliad. XXII. 469., ubi habemus *πλεκτὴν ἀναδέσμην*. Sed quidni dixerit Euripides *ἀνάδεσμος*, ut habemus *ἔνδεσμος*, *κατάδεσμος* et quae sunt eiusmodi. *Ἀνάδεσμοι* autem erunt omnia, quae colendarum comarum causa adligantur, ornamenta. Quamobrem ego paene adducor ut non *ἀναδεσμῶν*, quod nunc repositum est, sed *ἀναδέσμων*, quod in libris est, verum esse putem.

V. 968. ***τὸν Ἅιδα κόσμον***] funestum ornatum. Nam quidquid invisum perniciosumque est, inferis tribuitur. Vergil. Aen. III. 214. *Tristius haud illis (Harpyiis) monstrum nec saevior ulla Pestis et ira deum Stygiis se extulit undis.* PFLUGK. Sic recte iam Scholiastes: ***θήσει τὸν Ἅιδα·*** *θάνατον, φησί, μᾶλλον περιθήσεται ἢ κόσμον.* Bacch. 1155. *τὰν θηλυγενῆ στολὰν νάρθηκά τε πιστὸν Ἅιδαν ἔλαβεν.*

V. 969. ***ταῖν χεροῖν***] De scriptura iure dubitari poterit neque pro certo adfirmaverim verum hoc esse, quod Musurus proposuit. De *χεροῖν* autem, quod est

χρυσότευκτόν τε στέφανον περιθέσθαι·
νερτέροις δ' ἤδη πάρα νυμφοκομήσει.
τοῖον εἰς ἕρκος πεσεῖται,
καὶ μοῖραν θανάτου
προσλήψεται δύστανος· ἄταν δ'
οὐχ ὑπεκδραμεῖται.

στροφὴ β'.

σὺ δ', ὦ τάλαν, ὦ κακόνυμφε κηδεμὼν τυράννων,
παισὶν οὐ κατειδὼς

V. 971. *χρυσεότευκτον* libri. *χρυσότευκτον* Elmsleius, *τε*, quod deest in libris, addidit Reiskius.
V. 972. *δ'* om. B.
V. 974. post *θανάτου* Aldus habet e *C*, ut videtur, *προσλήψεται*, quod verbum omittunt BCE*B*, fortasse etiam ceteri libri.
V. 976. *οὐχ ὑπερδραμεῖται* Porsonus. *οὐχ ὑπερφεύξεται* libri, lacunam indicavit Kirchhoffius auctore Schoenio.

ambabus manibus, si quidem simili prorsus motu aliquid efficere conantur, quod si fit, dualis numerus, etiam si de pluribus hominibus agitur, usurpatur, conf. quae dixi ad Alcest. 19. p. 30. ed. sec. Cf. huius fab. v. 779. 988.

V. 972. *νυμφοκομήσει*] Hoc non est idem quod *νυμφευθήσεται*, ut Scholiastes voluit, aut nubet, ut fere Elmsleius voluit, sed, ut A. Matthiae recte explicavit, quod Glauce ornatu suo, quem sibi quasi sponsa adsumit, mortem sibi consciscet, dicitur in inferorum gratiam aut apud inferos se ornare, apud quos mox futura esse videatur. Hac ratione etiam Scholiastes voluit Glaucen dici *νυμφευθῆναι τοῖς νερτέροις*. Conf. in simili causa Antigonae vocem apud Soph. Antig. 780 sqq. *ἀλλά μ' ὁ παγκοίτας Ἅιδας ζῶσαν ἄγει τὰν Ἀχέροντος ἀκτάν, οὔθ' ὑμεναίων ἔγκληρον οὔτ' ἐπινυμφίδιός πώ μέ τις ὕμνος ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω.*

V. 973. *τοῖον εἰς ἕρκος πεσεῖται*] *ἕρκος*, rete. Aesch. Agam. 1601. *ἰδόντα τοῦτον τῆς Δίκης ἐν ἕρκεσιν.* Pindar. Nem. III. 49. *κτείνοντ' ἐλάφους ἄνευ κυνῶν δολίων θ' ἑρκέων.* Conf. Plat. Sophist. §. 11. p. 220. C. PFLUGK. De externa forma orationis conf. supra v. 713. et quae ad eum locum adnotata sunt p. 99.

V. 977. *σὺ δ', ὦ τάλαν· τοῦτο πρὸς τὸν Ἰάσονα ἀποτείνει. κηδεμὼν δὲ παρὰ τὸ κῆδος ἀντὶ τοῦ γαμβρέ. σὺ δέ, φησίν, ὦ ἐπ' ὀλέθρῳ γενόμενε νυμφίε τῆς Γλαύκης καὶ ἐπιγαμβρίαν οὐκ εὐτυχῆ ταύτην πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἐσχηκώς, ὄλεθρον τοῖς αὐτοῦ παισὶ καὶ τῇ νύμφῃ κατασκευάζεις, οὐ συνιεὶς τὸ ἐπ' ὀλέθρῳ μηχάνημα. βιοτᾷ δὲ παισὶν ἀντὶ τοῦ τῇ ζωῇ τῶν παίδων.* SCHOL. De vocabulo *κηδεμὼν* vid. Valckenar. ad Phoen. 431.

V. 978 sq. *παισὶν οὐ κατειδὼς κτέ.*] Recepi iam hanc ab Elmsleio auctoritate Scholiastae propositam coniecturam, quam satis recte ipse explicavit, quod de duplici dativo, quorum alter ad personam, alter ad rem aut partem personae pertinere videretur, hos locos attulit, Rhes. 266. *ἦ πόλλ' ἀγρώσταις σκαιὰ πρόσκειται φρενί.* Troad. 630. *ἄκουσον, ὥς σοι τέρψιν ἐμβάλω φρενί.*

ὄλεθρον βιοτᾷ προσάγεις ἀλόχῳ
τε σᾷ στυγερὸν θάνατον.
δύστανε, μοίρας ὅσον παροίχει.

ἀντιστροφὴ β'.

μεταστένομαι δὲ σὸν ἄλγος, ὦ τάλαινα παίδων
μᾶτερ, ἃ φονεύσεις
τέκνα νυμφιδίων ἕνεκεν λεχέων,
ἅ σοι προλιπὼν ἀνόμως
ἄλλᾳ ξυνοικεῖ πόσις συνεύνῳ.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

δέσποιν', ἀφεῖνται παῖδες οἵδε σοι φυγῆς,
καὶ δῶρα νύμφη βασιλὶς ἀσμένη χεροῖν
ἐδέξατ'· εἰρήνη δὲ τἀκεῖθεν τέκνοις.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἔα.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

τί συγχυθεῖσ' ἕστηκας, ἡνίκ' εὐτυχεῖς;
τί σὴν ἔτρεψας ἔμπαλιν παρηίδα

V. 979. *ὄλεθρον* C. *ὀλέθριον* ceteri. *βιοτᾶν* B. *βιοτὰν* ceteri. Scholiasten *ὄλεθρον — βιοτᾷ* legisse recte conclusit Elmsleius.

V. 980. *στυγερᾷ στυγερὸν* E.

V. 983. *φονεύεις* Bb. *φονεύσεις* *B* et ceteri, ut videtur.

V. 984. *τέκνα* libri. *τὰ τέκνα* Musurus.

V. 990. interiectionem libri tribuunt Medeae, Kirchhoffius paedagogo.

V. 992. *ἔστρεψας* B*B* *C*. *ἔτρεψας* ceteri.

Iphig. Taur. 832. *ἐγὼ ἐγὼ μέλεος οἶδ' ὅτε φάσγανον Δέρᾳ θῆκέ μοι μελεόφρων πατήρ.* Heracl. 63. *βούλει πόνον μοι τῇδε προσθεῖναι χερί;* ad quem locum vide quae adnotavit Pflugkius p. 34. ed. sec., quibus adiecit A. Matthiae Herc. fur. 178 sq. *τοῖσι γῆς βλαστήμασι Γίγασι πλευροῖς πτήν' ἐναρμόσας βέλη.*, ad quem locum vide Pflugkium p. 35. Platon. Protag. p. 334. B. *τοῖς μὲν ἔξωθεν τοῦ σώματος ἀγαθόν ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ.*

V. 992 sq. Iniuria hos versus suppositicios esse existimaverunt critici, quod supra v. 909 sqq. dixisset Iason: *Αὕτη, τί χλωροῖς δακρύοις τέγγεις κόρας, Στρέψασα λευκὴν ἔμπαλιν παρηίδα, Κοὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχει λόγον;* At enim rectissime fit, ut Iason et paedagogus eadem oratione accipiant Medeam, quia ipsa in utraque scaena debebat eodem prorsus modo se gerere. Itaque tantum abest, ut male hoc fecisse videatur Euripides, ut hoc quasi artificio constantiam personae eius, quae appellatur, egregie repraesentet. Neque enim poterant, id quod saepe iam dico, eius modi repetitiones cuiquam esse offensioni, qui rem recte reputavit. Nam priora verba ne leguntur quidem eodem modo utrobique et quid vetat *τρέπειν ἔμπαλιν παρηίδα*

κοὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχει λόγον;

ΜΗΔΕΙΑ.

αἰαῖ.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

τάδ' οὐ ξυνῳδὰ τοῖσιν ἐξηγγελμένοις.

ΜΗΔΕΙΑ.

αἰαῖ μάλ' αὖθις.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

μῶν τιν' ἀγγέλλων τύχην
οὐκ οἶδα, δόξης δ' ἐσφάλην εὐαγγέλου;

ΜΗΔΕΙΑ.

ἤγγειλας οἷ' ἤγγειλας· οὐ σὲ μέμφομαι.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

τί δαὶ κατηφεῖς ὄμμα καὶ δακρυῤῥοεῖς;

ΜΗΔΕΙΑ.

πολλή μ' ἀνάγκη, πρέσβυ· ταῦτα γὰρ θεοὶ
κἀγὼ κακῶς φρονοῦσ' ἐμηχανησάμην.

V. 994. *αἶ* quater BCd. bis *B.* et ceteri, ut videtur.
V. 996. *ἀγγέλων* (gl. *μηνύων*) B. *ἀγγέλων* cd. *ἀγγέλων* (corr. in *ἀγγέλλων*) *B.* *ἀγγέλω* *C.* sec. Magium.
V. 997. *δόξης* (*δ'* addito e corr.) B.
V. 999. *τί δέ* BCc*C.* *τί δαί* E. *τί δέ* (supra: *αί*) *B.* *τί δ' αὖ* Script. Chr. pat. 731. *τί δή* Musurus. Cramer Anecd. Oxon. II. p. 466.

dicere te, si ante locutionem: *στρέφειν ἔμπαλιν παρηίδα*, posueris? Quid? quod poëta etiam infra v. 1137. rursus dixit: *λευκήν τ' ἀπέστρεψ' ἔμπαλιν παρηίδα.* Posteriora autem tam simplicia sunt, ut quoniam vix simplicius haec dici poterant, ista repetitio nullam omnino molestiam creare debeat. Ne quis vero in *τρέπειν* verbo offendat, iam cautum est allato exemplo Sophoclis fragm. Rhizot. I, 1. p. 198. n. 489. ed. Nauck. *ἡ δ' ἐξοπίσω χερὸς ὄμμα τρέπουσα.* Similiter *ὄψεις τρέπειν* dixit Xenophon Ephesius lib. I. cap. 6.

V. 997. *δόξης δ' ἐσφάλην*] Cf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 338. p. 646. ed. sec. Ceterum *δόξα εὐάγγελος* idem est ac *δόξα ἀγαθῆς ἀγγελίας.* Vide Matthiae gr. Gr. ampl. §. 446. adn. 3. c. PFLUGK.

V. 998. *ἤγγειλας οἷ' ἤγγειλας*] Vide supra ad v. 876.

V. 999. *τί δαὶ κατηφεῖς κτέ.*] *τί δαὶ* ego ex indiciis librorum iam superiore tempore restitueram. Idem nunc reposuit etiam Kirchhoffius. *Τί δαὶ* enim ad hunc locum propter ipsam sententiam aptissimum est, vide quae in hanc rem disputavi ad Devarium vol. II. p. 385 sq. Ne quis autem ab Euripide hanc particulae formam abiudicandam existimet, conferantur ea, quae ego ibidem posui p. 388.

V. 1000. *πολλή μ' ἀνάγκη*] Scil. *δακρυῤῥοεῖν.* PFLUGK.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

θάρσει· κρατεῖς τοι καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι.

ΜΗΔΕΙΑ.

ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἡ τάλαιν' ἐγώ.

V. 1002. κρατεῖς τοι libri cum Schol. κάτει τοι Porsonus. κατάξῃ Musgravius.

V. 1002. θάρσει· κρατεῖς τοι κτἑ.] Quamquam non nego speciosam admodum videri coniecturam Musgravii, qui quod Medea v. 1003. diceret: ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἡ τάλαιν' ἐγώ, comparato alio loco Euripidis Iphig. Aul. 658. Ἰφιγ. ὄλοιντο λόγχαι καὶ τὰ Μενέλεω κακά. Ἀγ. Ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ', ἅμὲ διολέσαντ' ἔχει., haec prorsus exaequari sic voluit, ut pro κρατεῖς τοι scriberetur κατάξει, i. e. in hanc terram restitueris per liberos tuos, tamen ne nunc quidem puto, quae in libris omnibus habetur et confirmatur ab Scholiaste scriptura, mutandam esse ac minus etiam probabilem habeo Porsoni coniecturam, quam plerique nunc receperunt critici, qui κάτει τοι eadem fere sententia, qua Musgravius κατάξει, scribi voluit. Etenim κρατεῖς τοι, quod in libris habetur et quae vox in eius modi consolationibus proverbii locum obtinuisse videtur, quum comparamus Sophoclis Ai. 1353. Brunck. παῦσαι· κρατεῖς τοι τῶν φίλων νικώμενος., eandem sententiam habet, quam inferre voluerunt illi, qui aut κάτει τοι aut κατάξει scribi maluerunt. κρατεῖν enim est superiorem esse, superstitem esse, et rursus vires et auctoritatem recipere, ut aliis praestemus. Medeae, quae, quamquam liberi benigne excepti erant a Glauce atque omnia, quae voluit ipsa hac missione impetrare, bene eventura esse sperari poterat, tristis erat illacrimans, recte paedagogus hanc magis universam consolationem adhibere potuit: Θάρσει· κρατεῖς τοι καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι; i. e. Bono animo esto: vinces profecto et superior eris etiam tu aliquando per liberos tuos. De tempore praesenti, ubi exspectaveris futurum, v. supra v. 905. cum Pflugkii et v. 925. cum nostra adnotatione, tum Schol. ad h. l. Huic paedagogi consolationi a Medea iure reddi poterat: ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἡ τάλαιν' ἐγώ, i. e. Priusquam ego superior ero, alios deducam misera ego. Id Medea dicit de liberorum nece, quos ad inferos iam demittere videatur, paedagogus autem, ut ex eius oratione agnoscimus, ad liberos rettulit, qui iam a Medea aliorsum darentur, itaque ipse pergit eam ita consolari, ut dicat: Non tibi hoc soli accidit, ut a liberis separarere. Ut igitur fateamur non tam verba in his versibus quam sententias exaequatas esse, tamen non possumus mutare eam scripturam, quae recte intellegi potest, nec videmus in eo ipso loco, quo altero usus est Elmsleius ad Musgravii rationem stabiliendam, verba prorsus inter se respondere, Electr. v. 221. Ἠλ. Ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον, προσπίτνω σε μὴ θανεῖν. Ὀρ. Ἄλλους κτάνοιμ' ἂν μᾶλλον ἐχθίους σέθεν.

V. 1003. ἄλλους κατάξω] Orationis ambiguitas, quae in eius modi locis solet esse, sita hoc loco non in eo est, quod Medea formam κατάξω a verbo κατάγνυμι, paedagogus autem a verbo κατάγω deducat, in qua sententia video Firnhaberum esse l. l. p. 171 sq., sed κατάξω necessario ab utraque persona refertur ad κατάγω, ita tamen, ut Medea de liberis ad inferos mittendis, paedagogus de pueris ad Iasonem patrem deducendis cogitet. Itaque paedagogus

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

οὔτοι μόνη σὺ σῶν ἀπεζύγης τέκνων.
κούφως φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφοράς.

ΜΗΔΕΙΑ.

δράσω τάδ'. ἀλλὰ βαῖνε δωμάτων ἔσω
καὶ παισὶ πόρσυν' οἷα χρὴ καθ' ἡμέραν.
ὦ τέκνα, τέκνα, σφῷν μὲν ἔστι δὴ πόλις
καὶ δῶμ', ἐν ᾧ λιπ'όντες ἀθλίαν ἐμὲ
οἰκήσετ' ἀεὶ μητρὸς ἐστερημένοι·
ἐγὼ δ' ἐς ἄλλην γαῖαν εἶμι δὴ φυγάς,
πρὶν σφῷν ὄνασθαι κἀπιδεῖν εὐδαίμονας,
πρὶν λέκτρα καὶ γυναῖκα καὶ γαμηλίους
εὐνὰς ἀγῆλαι λαμπάδας τ' ἀνασχεθεῖν.
ὦ δυστάλαινα τῆς ἐμῆς αὐθαδίας.
ἄλλως ἄρ' ὑμᾶς, ὦ τέκν', ἐξεθρεψάμην,
ἄλλως δ' ἐμόχθουν καὶ κατεξάνθην πόνοις,
στεῤῥὰς ἐνεγκοῦσ' ἐν τόκοις ἀλγηδόνας.
ἦ μήν ποθ' ἡ δύστηνος εἶχον ἐλπίδας
πολλὰς ἐν ὑμῖν γηροβοσκήσειν τ' ἐμὲ
καὶ κατθανοῦσαν χερσὶν εὖ περιστελεῖν,
ζηλωτὸν ἀνθρώποισι· νῦν δ' ὄλωλε δὴ

V. 1010. *αἰεί* solus *B*.
V. 1011. *εἰς B*.
V. 1014. *ἀνασχέθειν* libri. *ἀνασχεθεῖν* Elmsleius.
V. 1016. 17. Schol. Hom. Il. ψ. 144. Etymol. Magn. p. 68.
V. 1022. *δήν B*.

v. 1004. etiam de eo consolatur Medeam, quod seiungatur a liberis suis. Similiter locum interpretatus est Scholiastes vol. V. p. 393. ed. Matth. p. 64, 3. Dind. nisi quod is verbum ἄλλους nimio opere pressit.

V. 1004. οὔτοι μόνη σὺ κτέ.] De hac consolatione, non firmissima illa quidem, sed usitata tamen ac saepe utili, conferantur quae attuli ad Cic. Disput. Tusc. lib. III. cap. 33. §. 79. p. 372. cl. Brunck. ad Soph. El. 153. Valcken. Diatr. Eurip. p. 179. B.

V. 1014. Attulerunt interpretes Senecae Phoen. 505 sqq. *Non te duxit in thalamos parens Comitata primos nec sua festas manu Ornavit aedes nec sua laetas faces Vitta revinxit.*

V. 1015. ὦ δυστάλαινα τῆς ἐμῆς αὐθαδίας] Haec auctore Ch. D. Beckio nunc recte coniuncta eduntur; conf. Heraclid. 448: *ὦ δυστάλαινα τοῦ μακροῦ βίου σέθεν*. Hippol. 570: *ὦ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων*. et quae praeterea huc vocavit Elmsleius.

V. 1017. Similis versus habetur in Troad. v. 762. ed. Matth.: *μάτην δ' ἐμόχθουν καὶ κατεξάνθην πόνοις*. Hinc tamen non recte quis ageret, qui cogitaret de interpolatione. De repetito ἄλλως conferatur Pflugk. ad Hecub. 489.

V. 1022. ζηλωτὸν ἀνθρώ-

γλυκεῖα φροντίς. σφῷν γὰρ ἐστερημένη
λυπρὸν διάξω βίοτον ἀλγεινόν τ' ἐμοί.
ὑμεῖς δὲ μητέρ' οὐκέτ' ὄμμασιν φίλοις
ὄψεσθ', ἐς ἄλλο σχῆμ' ἀποστάντες βίου.
φεῦ φεῦ· τί προσδέρκεσθέ μ' ὄμμασιν, τέκνα;
τί προσγελᾶτε τὸν πανύστατον γέλων;
αἰαῖ· τί δράσω; καρδία γὰρ οἴχεται,
γυναῖκες, ὄμμα φαιδρὸν ὡς εἶδον τέκνων.
οὐκ ἂν δυναίμην· χαιρέτω βουλεύματα
τὰ πρόσθεν· ἄξω παῖδας ἐκ γαίας ἐμούς.
τί δεῖ με πατέρα τῶνδε τοῖς τούτων κακοῖς
λυποῦσαν αὐτὴν δὶς τόσα κτᾶσθαι κακά;
οὐ δῆτ' ἔγωγε. χαιρέτω βουλεύματα.
καίτοι τί πάσχω; βούλομαι γέλωτ' ὀφλεῖν
ἐχθροὺς μεθεῖσα τοὺς ἐμοὺς ἀζημίους;
τολμητέον τάδ'. ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης,
τὸ καὶ προέσθαι μαλθακοὺς λόγους φρενός.

γρ. τέκνα *γρ. φίλοις*
V. 1027. *ὄμμασι φίλοις* B. *ὄμμασι τέκνα* C. *ὄμμασι τέκνα φίλοις* *C.* *ὄμμασι τέκνα* ceteri.

V. 1030. *τερπνὸν* C[a]cd. *φαιδρὸν* ceteri et Script. Chr. pat. 695. 869.

V. 1031. *ἐρρέτω* bc.

V. 1035. *γρ. παύομαι βουλευμάτων* ascriptum in a.

V. 1036. *ὄφλειν* libri. *ὀφλεῖν* Elmsleius. Cf. Elmsl. ad Aristoph. Acharn. 689.

V. 1038. Hesychius vol. II. p. 112.

V. 1039. *φρενὶ* *B.* *φρενὸς* ceteri. *φρενὸς λόγους* c.

ποισι] Ad universam sententiam, quae praecedit, spectat, scil. *τὸ γηροβοσκήσειν κτέ.* V. ad Orest. 30. PFLUGK. Leguntur Or. l. c. haec verba: *πείθει δ' Ὀρέστην μητέρ', ἥ σφ' ἐγείνατο, Κτεῖναι, πρὸς οὐχ ἅπαντας εὔκλειαν φέρον.* Vide quae adnotavi ad illum locum p. 34.

V. 1035. ***οὐ δῆτ' ἔγωγε***] Scil. *δὶς τόσα κτήσομαι κακά.* PFLUGK.

V. 1036. ***βούλομαι γέλωτ' ὀφλεῖν***] Cf. supra v. 383 sqq. *εἰ ληφθήσομαι — θανοῦσα θήσω τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς γέλων.* Nihil enim magis Graeci metuebant quam contumeliam ne quam acciperent ab inimicis aut iis adeo risum praeberent.

V. 1038 sq. Xenoph. Disc. Cyr. II. 2, 3. *τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν.* Cf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 544. G. H. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 802. Valckenar. ad Adoniaz. p. 384. C. Sine ellipsi Aristoph. Ran. 533. *τὸ δὲ προσδοκῆσαί σ' οὐκ ἀνόητον καὶ κενόν, Ὡς δοῦλος ὢν καὶ θνητὸς Ἀλκμήνης ἔσει.* PFLUGK.

V. 1039. ***προέσθαι***] Ne quis in hiatu verbi *προέσθαι* offendat, conferatur Sophoclis Antig. 207 sq. *κοὔποτ' ἔκ γ' ἐμοῦ Τιμὴν προέξουσ' οἱ κακοὶ τῶν ἐνδί-*

χωρεῖτε, παῖδες, ἐς δόμους· ὅτῳ δὲ μὴ
θέμις παρεῖναι τοῖς ἐμοῖσι θύμασιν,
αὐτῷ μελήσει· χεῖρα δ' οὐ διαφθερῶ.
ἆ ἆ.
μὴ δῆτα, θυμέ, μή ποτ' ἐργάσῃ τάδε·
ἔασον αὐτούς, ὦ τάλαν, φεῖσαι τέκνων·
ἐκεῖ μεθ' ἡμῶν ζῶντες εὐφρανοῦσί σε.

V. 1040. ἐς C.
V. 1041. *δώμασιν* libri excepto *B* (fortasse etiam C), qui *θύμασιν* habet, id quod etiam Scholiastes legisse videtur.
V. 1043. *μήποτ' ἐργάσῃ* BC[E]bc[a]. *μήποτε δράσῃ* d. *μὴ σύ*
ά
γ' ἐργάσῃ *B*[*C*]. *τόδε* B. *τάδε* ceteri.
V. 1046. *με* B. *σε* ceteri.

κων. et eiusd. Oed. reg. 107. *τοὺς αὐτοέντας χειρὶ τιμωρεῖν τινάς*. Ceterum pro vulgato *φρενί* scripsi ego *φρενός* e melioribus libris. Recte autem dicitur *προέσθαι λόγους φρενὸς* pro eo, quod dici poterat *ἐκ φρενός*, similiter ut in Hippol. 121 sqq. dicitur: *Ὠκεανοῦ τις ὕδωρ Στάζουσα πέτρα λέγεται Βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν Παγὰν προϊεῖσα κρημνῶν*. Ac ne quis de imagine dubitet, qua dicitur *λόγους φρενὸς προέσθαι*, conferatur Pindari Nem. IIII. 5 (10). *ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει, Ὅ, τι κε σὺν Χαρίτων τύχᾳ, Γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας*. et Olymp. II. 90 (162). *Τίνα βάλλομεν ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρενὸς εὐκλέας ὀϊστοὺς ἱέντες;* Haec superiore tempore scripseram et addo nunc me non probare Schoenii rationem, qui voluit aptius coniungi verba *λόγους φρενὸς* adlato Soph. Ai. 481. Nam alia illius, alia huius loci ratio est.

V. 1040 sq. Si cui non fas erit, inquit, meis sacrificiis adesse, ipse videat, scil. ne adsit; sed manum non corrumpam misericordia. PFLUGK. Sic verbum *διαφθερῶ* explicavit recte Scholiastes et Glossatores, qui aut *ἀμβλυνῶ* aut *μαλακίσω* interpretantur. Cf. infra v. 1233 sqq. et quem Elmsleius laudavit Aeschylum Agam. 941. *γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ*.

V. 1044 sqq. Conf. Neophronis fragm. ap. Stobaeum in floril. XX. 34. vol. I. p. 310. Meineke. *Εἶεν. τί δράσεις, θυμέ; βούλευσαι καλῶς, Πρὶν ἐξαμαρτεῖν καὶ τὰ προσφιλέστατα Ἔχθιστα θέσθαι. ποῖ ποτ' ἐξῇξας, τάλας; Κάτισχε λῆμα καὶ σθένος θεοστυγές. Καὶ πρὸς τί ταῦτ' ὀδύρομαι, ψυχὴν ἐμὴν Ὁρῶσ' ἔρημον καὶ παρημελημένην Πρὸς ὧν ἐχρῆν ἥκιστα; μαλθακοὶ δὲ δὴ Τοιαῦτα γιγνόμεσθα πάσχοντες κακά; Οὐ μὴ προδώσεις, θυμέ, σαυτὸν ἐν κακοῖς. Οἴμοι δέδοκται· παῖδες ἐκτὸς ὀμμάτων Ἀπέλθετ'· ἤδη γάρ με φοινία μέγαν Δέδυκε λύσσα θυμόν. ὦ χέρες, χέρες, Πρὸς οἷον ἔργον ἐξοπλιζόμεσθα· φεῦ, Τάλαινα τόλμης, ἣ πολὺν πόνον βραχεῖ Διαφθεροῦσα τὸν ἐμὸν ἔρχομαι χρόνῳ.*

V. 1046. *ἐκεῖ μεθ' ἡμῶν — εὐφρανοῦσί σε*] Scholiastes recte interpretatur: *ἐκεῖ· ἀντὶ τοῦ ἐν Ἀθήναις*. De loquendi genere laudavit Pflugkius adnotationem Huschkii ad Tibull. I. 10, 37. Quod autem G. Hermannus legendum proposuerat: *κεἰ μὴ μεθ' ἡμῶν, ζῶν-*

μὰ τοὺς παρ' Ἅιδην νερτέρους ἀλάστορας,
οὔτοι ποτ' ἔσται τοῦθ', ὅπως ἐχθροῖς ἐγὼ
παῖδας παρήσω τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι.
πάντως σφ' ἀνάγκη κατθανεῖν· ἐπεὶ δὲ χρή,
ἡμεῖς κτενοῦμεν, οἵπερ ἐξεφύσαμεν.
πάντως πέπρακται ταῦτα κοὐκ ἐκφεύξεται.
καὶ δὴ 'πὶ κρατὶ στέφανος, ἐν πέπλοισι δὲ
νύμφη τύραννος ὄλλυται, σάφ' οἶδ' ἐγώ.
ἀλλ' εἶμι γὰρ δὴ τλημονεστάτην ὁδόν,

ν
V. 1047. παρ' ᾅδῃ B παρ' ᾅδην ceteri.
γρ. πῶς γρ. τοῦθ'
V. 1048. οὔτοι πόθ' ἔσται τόδ' B.
V. 1051. κτανοῦμεν BC. κτενοῦμεν cd*B*. De ceteris non constat.
ω
V. 1052. πέπρακται BC. πέπρακται [a]bcd*B*. πέπρωται *C*.
V. 1053. πέπλοισί τε *B*[*C*].

τες εὐφρανοῦσί σε., recte Pflugkius vulgatam lectionem ita tutatus est, ut conferri iuberet v. 1032. ἄξω παῖδας ἐκ γαίας ἐμούς. Quod autem e cod. B. fuerunt qui reponerent: εὐφρανοῦσί με pro εὐφρανοῦσί σε, iam superiore tempore adnotavi, ceterorum librorum scripturam esse aptiorem ad h. l., quod haec omnia Medea, quippe animum suum compellans, ipsa loqueretur, et quod in eius modi locis etiam ea, quae ad ipsam personam revocari commodius possent, ad singularem eius personae partem referri solerent. Id hoc quidem loco, quum εὐφραίνειν θυμὸν saepe a Graecis dictum esset, in quam rem contuli Pindar. Isthm. VII. 3 sq., nullam offensionem habere dixi, aliquam posse habere infra v. 1233 sqq.

V. 1049. **παῖδας παρήσω τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι**] Conf. v. 777.

V. 1050 sq. Hos versus, qui infra v. 1229 sq. repetuntur, critici fere alterutro loco suppositos esse existimaverunt, quorum opinionem confutare studuit Firnhaberus l. l. p. 174 sqq. Ideo autem Medea utroque loco eadem profatur verba, quod in ea ipsa ratiocinatione, quam continent ista verba, omnis causa, quamobrem ipsa liberos suos interficiat, posita est. Namque ut excusetur immanitas atque efferitas huius facti, dicit Medea necessario iam trucidandos esse liberos, quos, ut ne aliis interficiendos praebeat, ipsa vult interficere. Non aliter idem poëta in Phoenissis bis Eteoclem dicentem facit, quamobrem ipse fratrem suum conetur interficere, idque iisdem verbis et v. 759. et v. 1381. Vide quae dixi de eo loco ad illius fab. v. 759. p. 131 sqq.

V. 1052. **πάντως πέπρωται κτέ.**] Ego superiore tempore obtinui hanc scripturam, ita ut dicerem Medeae in eo ipso, quod adhuc actum esset, videri divinam quandam facinoris necessitatem contineri in eademque sententia fere fuit etiam Schoenius et qui eandem scripturam recepit Nauckius. Contra Kirchhoffius, credo propter auctoritatem librorum, retinuit scripturam πάντως πέπρακται ταῦτα, et non diffiteor idoneam sententiam inesse in hoc verbo, ut hoc dicatur: Omnino haec facta atque transacta sunt neque evitari poterunt. Itaque iam πέπρακται restitui.

V. 1055 sq. **ἀλλ' εἶμι γὰρ**

καὶ τούσδε πέμψω τλημονεστέραν ἔτι,
παῖδας προσειπεῖν βούλομαι. δότ', ὦ τέκνα,
δότ' ἀσπάσασθαι μητρὶ δεξιὰν χέρα.
ὦ φιλτάτη χείρ, φίλτατον δέ μοι κάρα,
καὶ σχῆμα καὶ πρόσωπον εὐγενὲς τέκνων,
εὐδαιμονοῖτον, ἀλλ' ἐκεῖ· τὰ δ' ἐνθάδε
πατὴρ ἀφείλετ'. ὦ γλυκεῖα προσβολή,
ὦ μαλθακὸς χρὼς πνεῦμά θ' ἥδιστον τέκνων.
χωρεῖτε, χωρεῖτ'· οὐκέτ' εἰμὶ προσβλέπειν
οἵα τ' ἐς ὑμᾶς, ἀλλὰ νικῶμαι κακοῖς.
καὶ μανθάνω μὲν οἷα τολμήσω κακά,

V. 1058. *ἀσπάσασθε* Bbc.

V. 1059. *κάρα* BC[Ea]cd *στόμα* *B*[*C*] cum Script. Chr. pat. 1322.

V. 1065. *οἷα τε πρὸς ὑμᾶς* BC(E) *οἷα τε πρὸς ἡμᾶς* bc (etiam d) *οἷα τ' ἐς ὑμᾶς* *B* [*C*]. *οἷα πρὸς ὑμᾶς* Script. Chr. pat. 875. 1611. id, quod Lentingius h. l. reponi voluit. *νικῶμαι πόνοις* Script. Chr. pat. 595. 875.

V. 1066. *τολμήσω κακά* libri excepto *C*, qui *δρᾶν μέλλω*, et sic, qui locum hunc laudant, citant omnes, Plutarch. de vit. pud. p. 533. Lucianus pro merc. cond. 10. Clemens Alex. II. p. 167. Galenus V. p. 307. 408. cf. 338. 372. Synesius de regn. p. 11. Hierocles p. 56. Arrianus Epict. I. 28. I. p. 144. Simplicius in Epict. 4. IIII. p. 68. in categ. p. 61. Alcinous de doctr. Plat. 24. Eustratius in Aristot. Eth. VI. p. 85. Script. prolegg. in phil. in Cramer. Anecd. Paris. IIII. p. 398. cf. Aristides II. p. 565. Servanda erat scriptura, quae est in Euripidis libris non aliunde correctis. Nam scriptores, qui laudant verba, paene omnes unum auctorem, qui non satis memoriter Euripidis verba citavit, secuti esse videntur.

δὴ τλημονεστάτην ὁδὸν κτἑ.] Permirum est in his verbis, quae et librorum et Scholiastae auctoritate firmantur, offendisse quemquam. Medea dicit se infelicissimum iter suscipere, quod ad caedem liberorum se paret, multo autem infelicius esse illud iter, quod iam liberis instaret, qui ipsi caederentur. Hoc illa dicit non ad veram sapientiam pronuntiandam, sed ex communi hominum sensu, quo pati infelicius est quam facere in eius modi rebus.

V. 1057 sq. *δότ' — ἀσπάσασθαι*] Vergilius Aen. VI. 697. *Da iungere dextram, Da, genitor, teque amplexu ne subtrahe nostro.* PFLUGK.

V. 1058. Ex hoc loco expressit Ennius ap. Non. p. 84, 1. haec: *Salvete, optuma corpora, Cette manus vostras measque accipite.* cf. O. Ribbeck. Tragic. Lat. reliqu. p. 40. et rursus p. 250. Io. Vahlen Enn. poës. reliqu. p. 131.

V. 1061. *εὐδαιμονοῖτον, ἀλλ' ἐκεῖ· λέγει δὲ εἰς Ἅιδην. τὰ δ' ἐνθάδε· τὰ ἐν τοῖς ζῶσι.* SCHOL.

V. 1066. *καὶ μανθάνω μὲν οἷα τολμήσω κακά*] Conf. Eurip. Hippol. 380 sqq. *Τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν, Οὐκ ἐκπονοῦμεν δ'· οἱ μὲν ἀργίας ὕπο, Οἱ δ' ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ καλοῦ Ἄλλην τινά κτἑ.* et qui alio quodam modo similem vocem Medeae tribuit, Ovid. Metam. VII. 19 sqq.

θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,
ὅσπερ μεγίστων αἴτιος κακῶν βροτοῖς.

ΧΟΡΟΣ.

πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων
μύθων ἔμολον, καὶ πρὸς ἁμίλλας
ἦλθον μείζους ἢ χρὴ γενεὰν
θῆλυν ἐρευνᾶν· ἀλλὰ γάρ ἐστιν
μοῦσα καὶ ἡμῖν, ἣ προσομιλεῖ
σοφίας ἕνεκεν, πάσαισι μὲν οὔ·
παῦρον δὲ . . . . . γένος ἐν πολλαῖς
εὕροις ἂν ἴσως
κοὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν.
καί φημι βροτῶν οἵτινές εἰσιν
πάμπαν ἄπειροι, μηδ' ἐφύτευσαν
παῖδας, προφέρειν εἰς εὐτυχίαν
τῶν γειναμένων.
οἱ μέν γ' ἄτεκνοι δι' ἀπειροσύναν

V. 1067. 68. Stobaeus floril. XX. 38. vol. I. p. 336.
V. 1071. *εἰ* B *B ἤ* C *ἦ* Ecd *C.*
V. 1075. *δὲ δή* B *δὲ δή* CEac *παῦρον δέ τι B.* (*γρ. δέ τι*) De ceteris non constat. *πολλαῖς* d*C. ἐμπολλαῖς B.*
V. 1082. *τ'* libri. *γ'* Reiskius. *ἀπειροσύνην* (*αν*) B.

Aliudque cupido, Mens aliud suadet. Video meliora proboque: Deteriora sequor. Vide Valckenar. ad Hippol. l. c. p. 188. ed. Lips. Latine ipsa Euripidis verba reddidit Chalcidius in Platon. Tim. p. 273. *Nec me latet nunc quam cruenta cogitem, Sed vincit ira sanitatem pectoris.* Vide Valckenar. Diatr. in Eurip. fragm. p. 21.

V. 1069 sqq. Chorus versibus anapaestis iam hoc argumentum persequitur, ut doceat, qui liberos non susceperint, eos a multis molestiis esse liberos, quae tolerandae sint iis, qui liberos susceperint.

V. 1070. *ἁμίλλας* ad disputandi subtilitatem refertur. Supra v. 543. *ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων.* FPLUGK.

V. 1075. *παῦρον δὲ . . . . . γένος*] Sic nunc corruptelam indicans scripsi, quoniam nulla earum emendationum, quae usque adhuc factae sunt, mihi satis fecit. Opinor in lacuna fuisse adiectivum, quale *σοφόν*, aut aliquid eius modi. Nam Elmsleii ratio, quam critici nonnulli secuti sunt: *παῦρον δὲ γένος (μίαν ἐν πολλαῖς Εὕροις ἂν ἴσως) οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν*, mihi audacior esse videtur, quamquam simile illud est, quod attulit ex Heracl. 328. *ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως Εὕροις ἄν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός.*

V. 1079. *πάμπαν ἄπειροι*] Scil. *παίδων.* Supra v. 677. *λέχους ἄπειρος. Προφέρειν* cum genetivo Herodot. VI. 127. *Ἱπποκλείδης Τισάνδρου πλούτῳ καὶ εἴδεϊ προφέρων Ἀθηναίων.*

εἴθ' ἡδὺ βροτοῖς εἴτ' ἀνιαρὸν
παῖδες τελέθουσ' οὐχὶ τυχόντες
πολλῶν μόχθων ἀπέχονται·
οἷσι δὲ τέκνων ἔστιν ἐν οἴκοις
γλυκερὸν βλάστημ', ἐσορῶ μελέτῃ
κατατρυχομένους τὸν ἅπαντα χρόνον·
πρῶτον μὲν ὅπως θρέψωσι καλῶς,
βιοτόν θ' ὁπόθεν λείψουσι τέκνοις·
ἔτι δ' ἐκ τούτων εἴτ' ἐπὶ φλαύροις
εἴτ' ἐπὶ χρηστοῖς
μοχθοῦσι, τόδ' ἐστὶν ἄδηλον.
ἓν δὲ τὸ πάντων λοίσθιον ἤδη
πᾶσιν κατερῶ θνητοῖσι κακόν·
καὶ δὴ γὰρ ἅλις βιοτόν θ' εὗρον,
σῶμά τ' ἐς ἥβην ἤλυθε τέκνων
χρηστοί τ' ἐγένοντ'· εἰ δὲ κυρήσαι
δαίμων οὗτος, φροῦδος ἐς Ἅιδην

V. 1089. θρέψουσι Brunckius.
V. 1091. φαύλοις E C.
V. 1095. κακῶν B.
V. 1096. βίοτον addito θ' a corr. B. βιοτόν θ' *C.* omissa copula, ut videtur, in ceteris. βιοτὴν Lentingius.
V. 1097. εἰς d*B.* ἤλθε d*B.*
V. 1098. κυρήσας (gloss. a man. prim. κατὰ συγκύρειαν ἔλθῃ, supra scripto αι a man. sec. cum gl. τύχοι συμβῇ) B. κυρῆσαι Ccd*C* κυρῆσαι τύχῃ συμβαίη *B.* κυρήσει Aldus.
γρ. οὕτως
V. 1099. οὗτος B. οὕτω (corr. in οὗτος a man. alt.) *C.* οὗτος, ut videtur, ceteri. Vide Schol. εἰς ἀΐδην BCc ἐς ἀΐδαν *B* ἐς ᾅδην Elmsleius.

Cf. Elmsleium ad Soph. Oed. reg. 381. ad Heracl. 554. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 358. 2. PFLUGK.

V. 1083. εἴθ' ἡδύ] Confert Pflugkius A. Matthiae l. c. §. 437.

V. 1089. ὅπως θρέψωσι] Hanc omnium librorum scripturam recte iam agnoverunt grammatici, qui olim hic quoque θρέψουσι reponendum esse existimaverunt. Dicitur autem ὅπως θρέψωσι priore loco, quod studium efficiendi fortius per modum verbi declarandum erat. Quod secus est in posteriore loco: ὁπόθεν λείψουσι, quoniam ibi de efficienda relictione nihil quaerebatur. Conf. G. Hermanni Opusc. vol. IIII. p. 128. (de part. ἄν lib. II. c. 12).

V. 1096. καὶ δὴ — εὗρον] fac eos nactos esse, ut supra v. 389. MATTHIAE.

V. 1097. σῶμά τ' ἐς ἥβην ἤλυθε τέκνων] Pro σώματα τέκνων conf. Matthiae gr. Gr. ampl. p. 588. ed. sec. PFLUGK.

V. 1098. εἰ δὲ κυρήσαι δαίμων οὗτος] Sic iam superiore tempore haec verba ex meliorum librorum indiciis scribenda

θάνατος προφέρων σώματα τέκνων.
πῶς οὖν λύει πρὸς τοῖς ἄλλοις
τήνδ' ἔτι λύπην ἀνιαροτάτην
παίδων ἕνεκεν
θνητοῖσι θεοὺς ἐπιβάλλειν;

ΜΗΔΕΙΑ.

φίλαι, πάλαι τοι προσμένουσα τὴν τύχην
καραδοκῶ τἀκεῖθεν οἷ προβήσεται.
καὶ δὴ δέδορκα τόνδε τῶν Ἰάσονος
στείχοντ' ὀπαδῶν, πνεῦμά τ' ἠρεθισμένον
δείκνυσιν, ὥς τι καινὸν ἀγγελεῖ κακόν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ δεινὸν ἔργον παρανόμως τ' εἰργασμένον,
Μήδεια, φεῦγε, φεῦγε, μήτε ναΐαν

V. 1101. *πῶς δέ* c.
V. 1102. *τήνδ' ἐπὶ λύπην* BCcd*B*. in B. ascriptum: *γρ. τήνδ' ἔτι λύπην*, id quod novit etiam Scholiastes.
V. 1105. *πάλαι τοι* B*B*[*C*] *πάλαι* C *πάλαι τε δή* (superscr. *τοι*) (i. e. *πάλαι δή*) b. *πάλαι δή* cd.
V. 1106. *ἧ* C.
V. 1369. *ὡς μή τις αὐτούς*] Quamquam *αὐτῶν* pro *αὐτοὺς* in libris bonis habetur et *καθυβρίζειν* etiam cum genetivo constructum est a Graecis aliis locis, nolui tamen illud *αὐτῶν* recipere, quod sequitur *πολεμίων*, ut mihi elegantius hoc loco dici *αὐτοὺς* quam *αὐτῶν* videatur.

V. 1370. *τύμβους ἀνασπῶν*] Moris fuit ossa proditorum patriae extra fines proiicere. PFLUGK. *γῇ δὲ τῇδε κτέ.*] Hoc dicitur ita, ut opponatur terra Corinthiaca ei sepulcro, quod extra fines Corinthios erat in promunturio Iunonis Acraeae.

V. 1371. *σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη*] De his rebus Scho-

τὸ λοιπὸν ἀντὶ τοῦδε δυσσεβοῦς φόνου.
αὐτὴ δὲ γαῖαν εἶμι τὴν Ἐρεχθέως,
Αἰγεῖ συνοικήσουσα τῷ Πανδίονος.
σὺ δ', ὥσπερ εἰκός, κατθανεῖ κακὸς κακῶς,
Ἀργοῦς κάρα σὸν λειψάνῳ πεπληγμένος,
πικρὰς τελευτὰς τῶν ἐμῶν γάμων ἰδών.

ΙΑΣΩΝ.

ἀλλά σ' Ἐρινὺς ὀλέσειε τέκνων
φονία τε Δίκη.

ΜΗΔΕΙΑ.

τίς δὲ κλύει σου θεὸς ἢ δαίμων,
τοῦ ψευδόρκου καὶ ξειναπάτου;

κ. 56. τέλος Schol. Hom. προσάψομεν (corr. in -αι) B. προσάψομεν CEa(?)*C.* προσάψομαι *B.* Schol. Hom. προσάψομεν Choerob. μυστηρίων bcd.

V. 1374. Athenaeus XIII. p. 585. cl. Eustath. in Odyss. p. 1634.

V. 1377. om. b. γάμων ἰδὼν BC[a]cd*BC.* ἰδὼν γάμων Musurus.

V. 1378. ἐρινὺς B. ἐριννὺς *B.*

α
V. 1381. ξειναπάτου B. ξυνωμότου C. ξειναπάτου *B.* ξυναπάτα Aldus.

liastes: Τέλη δὲ λέγει τὰ μυστήρια καὶ τὰς τελετάς. Ἐγὼ δέ, φησί, περιποιήσω αὐτοῖς πάνδημον ἑορτήν, ἐν ᾗ πανηγυρίσουσι πάντες οἱ δημόται θυσίας ἐπιτελοῦντες αὐτοῖς (τοῖς Μηδείας τέκνοις). θύουσι δὲ αὐτοῖς καὶ Ἀργεῖοι κατὰ χρησμόν.

V. 1376. κάρα σὸν] Rarius eius modi accusativis pronomen adiungi animadvertit A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 424. 4. adn. 2. De mortis genere, quo obierit Iason, plura referunt Scholiastae ad h. l. Ἱστορεῖται Ἰάσων τέλει τοιούτῳ χρήσασθαι· κοιμώμενον γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τὴν Ἀργὼ κατασαπεῖσαν ὑπὸ πολλοῦ χρόνου, μέρος τι ταύτης ἐκπεσὸν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἔκρουσεν. Ἀργοῦς οὖν λειψάνῳ λέγει ἀντὶ τοῦ μέρει τινὶ τῆς Ἀργοῦς. Eius modi res in aedibus principum ornamenti causa suspensas fuisse constat. Conf. Argumentum huius fab. p. 2, 10. Alius Scholiastes haec habet: Οἱ μὲν λέγουσι κατὰ Μηδείας χόλον ἢ κέλευσιν ὑπὸ τῇ πρύμνῃ τῆς Ἀργοῦς καταδαρθέντα τὸν Ἰάσονα τελευτῆσαι, ἐμπεσόντος αὐτῷ ξύλου. Νεόφρων δὲ ξενικώτερον ἀγχόνῃ φησὶ τελευτῆσαι. Τὴν γὰρ Μήδειαν παράγει πρὸς αὐτὸν εἰποῦσαν· Τέλος φθερεῖ γὰρ αὐτὸς αἰσχίστῳ μόρῳ, Βροχωτὸν ἀγχόνην ἐπισπάσας δέρῃ. Τοία σε μοῖρα σῶν κακῶν ἔργων μένει, Δίδαξις ἄλλοις μυρίοις ἐφημέροις, Θεῶν ὕπερθε μή ποτ' αἴρεσθαι βροτούς. Cf. de his A. Nauck. Tragic. Graec. fragm. p. 566 sq.

V. 1381. ξειναπάτου] Eodem vocabulo utitur Pindarus Olymp. XI. 35. Eurip. Troad. 866. PFLUGK.

ΙΑΣΩΝ.

φεῦ φεῦ, μυσαρὰ καὶ παιδολέτορ.

ΜΗΔΕΙΑ.

στεῖχε πρὸς οἴκους καὶ θάπτ' ἄλοχον.

ΙΑΣΩΝ.

στείχω, δισσῶν γ' ἄμορος τέκνων.

ΜΗΔΕΙΑ.

οὔπω θρηνεῖς· μένε καὶ γῆρας.

ΙΑΣΩΝ.

ὦ τέκνα φίλτατα.

ΜΗΔΕΙΑ.

μητρί γε, σοὶ δ' οὔ.

ΙΑΣΩΝ.

κἄπειτ' ἔκτας;

ΜΗΔΕΙΑ.

σέ γε πημαίνουσ'.

ΙΑΣΩΝ.

οἴμοι· φιλίου χρῄζω στόματος
παίδων ὁ τάλας προσπτύξασθαι.

γρ. παιδολέτωρ
V. 1382. παιδολέτορ B.

μ
V. 1384. γ' om. E. ἄμοιρος BCEc ἄμορος *B*. ἄμορος ceteri, ut videtur. παίδων d.

V. 1387. ἔκτανες BCbcd*B* ἔκτας corr. ab antiqu. manu in ἔκτανες *C*. ἔκτας Musurus. ἔκανες Elmsleius. πημαίνουσα libri. πημαίνουσά σε Musurus.

γρ. αἶ αἶ φίλον
V. 1388. ὤμοι B. ὤμοι CEd. αἶ αἶ *B*. De ceteris parum constat.

V. 1385. οὔπω θρηνεῖς] Maiore cum vi hoc ita dicitur, ut fere sit querellae tuae et luctus non iam ad summum venerunt: exspecta etiam senectutem, tum magis senties quid sit orbatum esse liberis.

V. 1387. κἄπειτ' ἔκτας· φίλτατα ὄντα σὺ ἔκτεινες. Scholiastes. Hinc intellegitur etiam ἔκτας antiquam scripturam fuisse, quae a grammaticis mutata in ἔκτανες est.

V. 1389 sq. Constructionem ex duarum confusione locutionum explicat A. Matthiae (ad Orest. 383.), χρῄζω φιλίου στόματος et χρῄζω φίλιον στόμα προσπτύξασθαι, ut Phoen. 1665: ὦ φίλτατ', ἀλλὰ στόμα γε σὸν προσπτύξομαι. Cf. Plat. Criton. p. 52. B.: οὐδ' ἐπιθυμία σε ἄλλης πόλεως, οὐδ' ἄλλων νόμων ἔλαβεν εἰδέναι. Pind. Olymp. III. 35.: τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχεν δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου Ἵππων φυτεῦσαι, ubi vid. Boeckh. PFLUGK. Recte animadvertit Witzschelius infinitivum potius addi quasi epexegesin. Similis est Latinorum illa constructio, qualis est apud Ciceronem de Universo cap. 9: Reliquorum siderum quae causa collocandi fuerit etc.

ΜΗΔΕΙΑ.

νῦν σφε προσαυδᾷς, νῦν ἀσπάζει,
τότ' ἀπωσάμενος.

ΙΑΣΩΝ.

δός μοι πρὸς θεῶν
μαλακοῦ χρωτὸς ψαῦσαι τέκνων.

ΜΗΔΕΙΑ.

οὐκ ἔστι· μάτην ἔπος ἔῤῥιπται.

ΙΑΣΩΝ.

Ζεῦ, τάδ' ἀκούεις, ὡς ἀπελαυνόμεθ',
οἷά τε πάσχομεν ἐκ τῆς μυσαρᾶς
καὶ παιδοφόνου τῆσδε λεαίνης;
ἀλλ' ὁπόσον γοῦν πάρα καὶ δύναμαι
τάδε καὶ θρηνῶ κἀπιθεάζω,
μαρτυρόμενος δαίμονας, ὥς μοι
τέκν' ἀποκτείνασ' ἀποκωλύεις
ψαῦσαί τε χεροῖν θάψαι τε νεκρούς,

λόγος
V. 1393. μάτην δ' ἔπος B. μάτην ἔπος Cad μάτην δ' ἔπος E. μάτην λόγος bc*BC*.

γρ. ὁρᾷς
V. 1394. ἀκούεις B. ὁρᾷς bc. ἀκούεις ceteri. Schol. cod. Flor. 6. γρ. ἰὼ (l. ὦ) Ζεῦ τάδ' ἀκούεις (l. ὁρᾷς).

V. 1395. μιαρᾶς bc.

V. 1398. καὶ om. Aldus. κἀπιθεάζω Blomfieldius. κἀπιθοάζω libri.

V. 1399. μαρτυρόμενος (corr. in μαρτυράμενος) B. μαρτυρήμενος b. μαρτυράμενος c. μαρτυρόμενος ceteri.

V. 1400. τέκνα κτείνασ' c*BC*.

V. 1402. ὄφελον (corr. in ὤφελον) B. ὤφελον ceteri.

V. 1391. **τότε**] tum, i. e. ante, olim. Electr. 1203.: φρονεῖς γὰρ ὅσια νῦν, τότ' οὐ φρονοῦσά γ' εὖ. Cf. Alc. 915 sqq. G. H. Schaefer. ad Iulian. p. IV. PFLUGK.

V. 1393. **μάτην ἔπος ἔῤῥιπται**] Conf. Hecub. 334. οὔμοὶ μὲν λόγοι πρὸς αἰθέρα Φροῦδοι μάτην ῥιφθέντες ἀμφὶ σοῦ φόνου. et Hippol. 232. Τί τόδ' αὖ παράφρων ἔῤῥιψας ἔπος;

V. 1398. **τάδε καὶ θρηνῶ κἀπιθεάζω**] κἀπιθεάζω iam scripsi auctore Blomfieldio ad Aeschyli Choeph. 843. Ζεῦ Ζεῦ, τί λέγω, πόθεν ἄρξωμαι, Τάδ' ἐπευχομένη κἀπιθεάζουσ' Ὑπὸ δ' εὐνοίας Πῶς ἴσον εἰποῦσ' ἀνύσωμαι; ubi G. Hermannus ipse quoque, qui ante καπιθοάζω defenderat, restituit καπιθέαζουσ'. Vide eius adnot. vol. II. p. 561. ἐπιθειάζειν, quo de verbo recte conferri iusserunt interpretes Dorvillium ad Chariton. p. 475 sq., similiter usurpatur apud Thucydidem II. 75. τοιαῦτα ἐπιθειάσας. et VIII. 53. Εὐμολπιδῶν μαρτυρομένων καὶ ἐπιθειαζόντων μὴ κατάγειν κτέ.

οὓς μήποτ' ἐγὼ φύσας ὄφελον
πρὸς σοῦ φθιμένους ἐπιδέσθαι.

ΧΟΡΟΣ.

πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ,
πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί·
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.
τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

V. 1408. *τόδε τὸ* BC. subscriptum in a et c. teste apogr. Ven.: *πρὸς διάφορα ἀντίγραφα. Διονυσίου ὁλοσχερὲς καί τινα Διδύμου.* Verba *πρὸς διάφορα ἀντίγραφα* leguntur etiam in cod. Veneto cl. IX. n. 11. cf. subscript. Orestis.

V. 1402. *οὓς μήποτ' ἐγὼ φύσας ὄφελον κτἑ.*] Recte animadvertit Schoenius hoc loco *φύσας* premendum esse. Est enim quasi dixerit: *οὓς μή ποτ' ἐγὼ φῦσαι ὄφελον καὶ πρὸς σοῦ φθιμένους ἐπιδέσθαι*, aut etiam *οὓς μή ποτ' ἐγὼ φῦσαι ὄφελον, ὥστε πρὸς σοῦ φθιμένους ἐπιδέσθαι.*

V. 1404 sqq. De his versibus in exitu Alcestidis, Andromachae, Baccharum, Helenae repetitis Witzschelius appellavit G. Hermannum, qui ad Bacchas: 'Qui factum sit', inquit, 'ut Euripides quinque fabulas iisdem versibus finierit, non memini me a quoquam interpretum indicatum legisse. Scilicet, ut fit in theatris, quum actorum partes ad finem deductae essent, tantus erat surgentium atque abeuntium strepitus, ut quae chorus in exitu fabulae recitare solebat, vix exaudiri possent. Eo factum, ut illis chori versibus parum curae impenderetur.'

EURIPIDIS
TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

AUG. IUL. EDM. PFLUGK.

VOL. I. SECT. II.

CONTINENS

HECUBAM.

EDITIO TERTIA,

QUAM CURAVIT

N. WECKLEIN.

LIPSIAE.
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXVII.

EURIPIDIS

HECUBA.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

AUG. IUL. EDM. PFLUGK.

EDITIO TERTIA,

QUAM CURAVIT

N. WECKLEIN.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXVII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO EDITIONIS TERTIAE.

Pflugkianae editionis recensionem ab illustrissimo librario mihi demandatam eadem ratione curavi qua Wunderi Philoctetam, nisi quod plura addenda, plura tollenda erant. Quare cum non habeam quod de mea opera multa verba faciam, per licentiam praefationis iuvat memoriae prodere elegantem carminis quod est inde a v. 905 paraphrasin, quam ex Anglis diurnis philologicis Matthiaeus Eur. trag. tom. VI p. 106 descripsit:

Heu! occidisti funditus, Ilion:
non iam superbum, patria, verticem
invicta iactabis nec altas
iura dabis Phrygias per urbes.

Heu! occidisti: nube Pelasgica
cingit iacentem perque tuas domos,
ferroque vastatas et igni,
torva tuens spatiatur hostis.

Neptuniarum culmina turrium
lugubris atra labe tegit cinis:
actum est; nec antiquas parentum
fas iterum peragrare sedes.

Nox saeva, nox me perdidit invida,
dulcisque serpens post epulas sopor;
securus in lecto maritus
carminibus choreaque sacra

fessum levabat corpus, et immemor
pendentis hastae credidit hostibus
fugisse visis, et peractos
urbis ovans meminit labores.

At ipsa, formaeque et speculo vacans,
per colla fusas purpurea comas
mitra coërcebam, iugali
molle caput positura lecto.

Sed ecce! dirus moenia personat
turbata clamor: Vadite, vadite
Troia triumphata superbi
ad patrias, Danai, Mycenas.

Tum paene nudo corpore, virginis
instar Lacaenae, destituo torum,
supplexque nequiquam pudicae
assideo genibus Dianae.

Viso mariti funere, turgidas
longe per undas Oceani trahor;
navisque cum victrix tetendit
vela noto nimium secundo,

divisa caro littore patriae
urbisque lapsas respiciens domos,
heu! mente defeci, et severo
procubui superata luctu.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

Ε Κ Α Β Η.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ.
ΕΚΑΒΗ.
ΧΟΡΟΣ ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΩΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.
ΠΟΛΥΞΕΝΗ.
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.
ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

PROOEMIUM.

Argumentum Hecubae depromptum est ex memoria excidii Troiani, unde petitas duas res consociavit poeta, immolationem Polyxenae ad tumulum Achillis et Polymestoris, Thracum regis, ob interfectum Polydorum, Hecubae filium eundemque ipsius tutelae commissum, vindictam. Ita factum est, ut duplex esset actio, verum has duas actiones, nisi egregie fallor, coniungi necesse fuit, aut, si coniungi sine vitio non possent, totum argumentum relinquendum. Sed illa reprehensio duplicis actionis qualis tandem est? Neque enim, ut opinor, eam vim habet hoc praeceptum, quod excludit eiusmodi varietatem argumenti, ut nulla sit bona fabula, nisi quae simplicem habeat actionem, sed illa vel optima censenda est, qua res diversae ita sunt comprehensae et quodam mixtae quasi temperamento, ut eae ad unum tamen eundemque finem conspirent. Quid est enim, cur desideretur in tragoedia unitas actionis? nisi quod coniunctis quae aut singula aptam tragoediae materiam praeberent aut aliquid saltem haberent, quod longius evagaretur et exuberaret quodammodo, fieri non potest, quin, absoluta una parte et consumptis metus ac miserationis affectibus, ad reliqua minuatur attentio et languescat studium spectandi. Atque in Hecuba quidem tantum abest, ut aliquid abundare videatur, ut, detracta alterutra parte, imperfecta sit haec fabula futura. Sed quo magis quid de illius compositione sentiamus perspiciatur, argumentum ordine explicabimus.

Prologi partes agit simulacrum Polydori, qui, cum esset tertio abhinc die occisus ab hospite opibus ipsius potituro et in mare proiectus, impetrasse se a diis inferis narrat, ut incideret in manus matris et sepulturae honore afficeretur; venisse autem Hecubam a Troia in Chersonesum, quod erat regnum Polymestoris, cum exercitu Graecorum, quem constitisse in ora illius terrae, quod visus esset supra tumulum Achilles Poly-

xenae caedem expostulans, eamque fortissimo quondam heroi datum iri. Inde Hecuba progreditur et dira narrat somnia, ex quibus in maximum de fortuna Polydori et Polyxenae metum inciderit. Ac de filia haud vanam fuisse sollicitudinem statim cognoscitur, choro Troianarum mulierum nuntium afferente decreti quod fecerant Graeci de immolanda Achilli Polyxena. Graves inde Hecubae lamentationes, et evocatur Polyxena, quae, audita re, et ipsa flebiles fundit querelas, magis tamen ut orbam matris senectam quam suam ipsius vicem doleat. Iam vero adest Ulixes, perferendis exercitus mandatis et abducendae virgini delectus, quem Hecuba commemorato vitae servatae beneficio et precibus multis ac miseratione permovere studet, ut neque ipse filiam ex matris amplexu avellat, et Graecis aliam esse victimam Achilli tribuendam persuadeat. Contra illo disserente negari hoc munus fortissimo viro non posse, cum filiam Hecuba, ut suas ipsa preces adiceret, hortata esset: tanta conspicitur Polyxenae constantia et magnitudo animi, cum sibi quidem mortem tanquam aliquem portum diceret videri, in quem ex gravissima tempestate fortunae confugeret vitaretque omnem illam servitii turpitudinem; matrem autem consolaretur ea ipsa re, quod nihil esset indignum pristina fortuna toleratura, ut, si quis et aetatem illius et pulcritudinem consideraret, non posset non luctu fletuque prosequi abeuntem multisque signis caritatis et doloris matri valedicentem. Post canticum chori, quo quae non erant simili sive beneficio fortunae sive iniuria evasurae mala servitutis mulieres futuram conditionem coniectant, Talthybius advenit peractum sacrificium nuntians tamque admirabilem in ipso mortis discrimine fortitudinem Polyxenae fuisse narrans, ut neque, cui erat illud negotium demandatum, Neoptolemus nisi haesitans et invitus puellam maioribus paene animi quam corporis virtutibus ornatam mactare posset, et qui aderant Graeci milites, ut defunctae honori ne quid deesset, certatim providerent. Magnum ea res afferre matri solatium poterat, quae, collaudata filiae virtute, ut sibi corpus et exsequiarum cura concederetur, petiit. Simul misit ancillam, quae aquam e mari haustam ad lavandum corpus afferret, et ipsa funebrem ornatum paratura discessit.

Hinc altera fabulae pars incipit. Rediens ancilla corpus Polydori apportat: quae res cum gravissime omnes perculisset, alium tamen ac plerosque credibile

est exspectasse eventum habuit. Etenim quem benevolum Hecubae iam in illa de ducum inter se discordiis narratione, cum deliberarent de victima Achilli tribuenda, cognovimus, princeps exercitus Graecorum Agamemno advenit mirans illius in funere curando cunctationem, idque ut accelleraret hortaturus. Quem Hecuba, cum aliquamdiu haesitasset, precibus adiit, ut se in exigendis a Polymestore poenis adiuvaret. Igitur postquam quod voluit impetraverat, acciri cum liberis suis Polymestorem iussit. Cuius hominis fallaciam ac detestabilem auri cupiditatem tam egregie adumbravit poeta, ut augeri iram et ex ultione quae imminet gaudium necesse sit. Atque ingressi remotis satellitibus in tentorium acres continuo audiuntur clamores, unde quod suspicatae fuerant mulieres, ex quibus chorus est compositus, exsecutam esse reginam consilium ulciscendi, mox evolans ipsa confirmat. Inde species miserabilis Polymestoris: aliquando irae, saepius fletus et auxilii imploratio: tandem accedit Agamemno, coram quo causa disceptatur et cadit iudicio Polymestor. Gravia perpetravit Polymestor; indigna perpessus est. Neque inultus manet. Vaticinatur enim oraculo edoctus, quam foedum vitae exitum Hecuba habitura sit in canem conversa, cuius mari demersae monumentum futurum sit *Κυνὸς σῆμα* locus Chersonesi.

Harum actionum unum finem intellegemus, si hoc consilium poetae *τραγικωτάτου* fuisse statuerimus, ut in affectibus Hecubae mulieris barbarae excitandis et augendis irae immodestiam, immanem et incontinentem ulciscendi cupiditatem, illam animi acerbitatem et rabiem, propter quam Hecubam dicit Cicero Tusc. III 26 in canem conversam videri, effingeret ad animos commovendos.

Huic consilio prior pars fabulae, cui quidem propriae virtutes sunt et sua perfectio, vel maxime convenit. Nam luctuoso carissimae filiae interitu, qui nullam Graecorum iniuriam habet, in animo Hecubae ea aegritudo et ea acerbitatis vis colligitur, ut iam probabile sit iniuria Polymestoris perfidiaque non muliebres lamentationes, sed illum furorem excitari, cuius immanem vim in altera fabulae parte cum admiratione et simul horrore aspicimus. Itaque unitas actionis, quam nullam esse putant cum alii tum Hermannus in praef. ed. sec. p. XV sqq., non solum in Hecubae persona, sed in affectibus eius explicandis posita est. Cfr. quae de hac re longius disputata sunt in Fleckeiseni

annal. philol. 1870 p. 569 sqq. De virtutibus huius fabulae et de imitationibus posteriorum poetarum vid. Patin études sur les tragiques Grecs. Euripide. T. I p. 363 sqq. quartae editionis.

Scena fabulae, cuius picturam ex v. 53 sq. et 1014 sqq. cognoscas, in Chersoneso Thracia fingitur. Nam quod sacrificium Polyxenae in agro Troiano ad tumulum Achillis fieri consentaneum est, id ad ipsius fabulae actionem nihil pertinet. Quae enim extra scenam aguntur, eorum locum poeta tragicus non magis anxie curat quam tempus, et ut eorum tempora, ita loca quoque quasi contrahuntur, ut spectatores non inquirerent, utrum sacrificium Polyxenae in Chersoneso ipsa fieret an Achaei ad Sigeum revecti tumulum Achillis circumstarent.

De tempore quo haec fabula docta videtur, vid. ad v. 455—465. Convenit ei tempori (Ol. 88, 4 vel 89, 1) id quod in Nubibus Aristophanis primum Ol. 89, 2 doctis locus Hecubae Euripideae derisui habetur, de quo vid. ad v. 172, atque numeros versuum tragoediam circa Ol. 89 scriptam prodere Hermannus ad v. 455 monuit. Ad antiquiorem fabulam etiam id referendum, quod deus ex machina qui dicitur etiam nunc vaticiniis oraculi quasi obvolutus est.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Μετὰ τὴν Ἰλίου πολιορκίαν οἱ μὲν Ἕλληνες εἰς τὴν ἀντιπέραν Τρῳάδος Χερρόνησον καθωρμίσθησαν· Ἀχιλλεὺς δὲ νυκτὸς ὁραθεὶς σφαγῆναι ἠξίου μίαν τῶν Πριάμου θυγατέρων. οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες τιμῶντες τὸν ἥρωα Πολυξένην ἀποσπάσαντες Ἑκάβης ἐσφαγίασαν· Πολυμήστωρ δὲ ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς ἕνα τῶν Πριαμιδῶν Πολύδωρον κατέσφαξεν. εἰλήφει δὲ τοῦτον παρὰ τοῦ Πριάμου ὁ Πολυμήστωρ εἰς παρακαταθήκην μετὰ χρημάτων. ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως, κατασχεῖν αὐτοῦ βουλόμενος τὸν πλοῦτον φονεύειν ὥρμησεν καὶ φιλίας δυστυχοῦς ὠλιγώρησεν. ἐκριφέντος δὲ τοῦ σώματος εἰς τὴν θάλασσαν, τὸ κλυδώνιον πρὸς τὰς τῶν αἰχμαλωτίδων σκηνὰς αὐτὸν ἐξέβαλεν. Ἑκάβη δὲ τὸν νεκρὸν θεασαμένη ἐπέγνω· κοινωσαμένη δὲ τὴν γνώμην Ἀγαμέμνονι Πολυμήστορα σὺν τοῖς παισὶν αὐτοῦ ὡς ἑαυτὴν μετεπέμψατο, κρύπτουσα τὸ γεγονός, ὡς θησαυροὺς ἐν Ἰλίῳ μηνύσῃ αὐτῷ· παραγενομένου δὲ τοὺς μὲν υἱοὺς κατέσφαξεν, αὐτὸν δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστέρησεν. ἐπὶ δὲ τῶν Ἑλλήνων λέγουσα τὸν κατήγορον ἐνίκησεν· ἐκρίθη γὰρ οὐκ ἄρχειν ὠμότητος, ἀλλ' ἀμύνασθαι τὸν κατάρξαντα.

ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
λιπών, ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν,
Πολύδωρος, Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως,
Πριάμου τε πατρός, ὅς μ', ἐπεὶ Φρυγῶν πόλιν
κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῷ,
δείσας ὑπεξέπεμψε Τρωϊκῆς χθονὸς
Πολυμήστορος πρὸς δῶμα, Θρῃκίου ξένου,
ὃς τὴν ἀρίστην Χερσονησίαν πλάκα
σπείρει φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορί.
πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρᾳ
πατήρ, ἵν', εἴ ποτ' Ἰλίου τείχη πέσοι
τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.
νεώτατος δ' ἦ Πριαμιδῶν· ὃ καί με γῆς

V. 1. In prologo (1—99) monodiae Hecubae praemissum est soliloquium personae quae dicitur protaticae, quo rebus et praeteritis et futuris breviter vel expositis vel significatis animi spectantium attenduntur ad affectus in persona Hecubae erupturos.

v. 2. *χωρὶς θεῶν*] Ditis *οἰκία σμερδαλέ', εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ*, Homer. Il. *υ* 65.

v. 3. „Dymantis, non Cisseos, filiam Hecubam facit Homerus Il. *π* 718. Sed Euripidem sequitur Vergilius Aen. X 705, Vergilium ceteri poetae Latini.“ *Porson*.

v. 6. *ὑπεξέπεμψε*] I. e. *λάθρᾳ ἐξέπεμψε*. Conf. v. 10. 14. Androm. 47: *ὃς δ' ἐστὶ παῖς μοι μόνος, ὑπεκπέμπω λάθρᾳ Ἄλλους ἐς οἴκους.*

v. 8. Probabiliter Hermannus coniecit *τήνδ' ἀρίστην*.

v. 9. *φίλιππον*] Cfr. v. 428 *ἐν φιλίπποις Θρῃξί*, 1089, Soph. fr. 520 *Ἥλιε, φιλίπποις Θρῃξὶ πρέσβιστον σέλας*, Hesiod. O. e. D. 505 *διὰ Θρῄκης ἱπποτρόφου*. De Thracibus, Getis Odrysis, ex equo pugnantibus v. Thuc. II 98, de Ciconibus Hom. Od. *ι* 49.

v. 13. *ὃ*] I. e. *δι' ὅ*. Rem, ipsam per se satis levem, sed de qua tamen dubitasset Porsonus, dignam iudicaverunt quam assererent viri doctissimi Iacobsius ad Anthol. Pal. p. 333. Reisigius Enarr. ad Soph. Oed. Col. p. CLVII. Sic apud Soph. Philoct. 142: *τό μοι ἔννεπε, τί σοι χρεὼν ὑπουργεῖν*. Cf. Hom. Il. *γ* 176. *η* 239. *τ* 213. Pind. Ol. VI 56. Pyth. V 39. Krueg. II § 46, 4, 2.

ὑπεξέπεμψεν· οὔτε γὰρ φέρειν ὅπλα
οὔτ' ἔγχος οἷός τ' ἦ νέῳ βραχίονι.
ἕως μὲν οὖν γῆς ὄρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα,
πύργοι τ' ἄθραυστοι Τρωϊκῆς ἦσαν χθονός,
Ἕκτωρ τ' ἀδελφὸς οὑμὸς ηὐτύχει δορί,
καλῶς παρ' ἀνδρὶ Θρῃκί, πατρῴῳ ξένῳ,
τροφαῖσιν, ὥς τις πτόρθος, ηὐξόμην τάλας.
ἐπεὶ δὲ Τροία θ' Ἕκτορός τ' ἀπόλλυται
ψυχὴ πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη,
αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πίτνει,
σφαγεὶς Ἀχιλλέως παιδὸς ἐκ μιαιφόνου,
κτείνει με χρυσοῦ τὸν ταλαίπωρον χάριν
ξένος πατρῷος, καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' ἁλὸς
μεθῆχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ.
κεῖμαι δ' ἐπ' ἀκτῆς, ἄλλοτ' ἐν πόντου σάλῳ

v. 16. *ἔκειτ' ἐρείσματα* speciose coniecit Scaliger. *ὁρίσματα* intellegit schol. *τὰ τείχη καὶ τοὺς πύργους.*

v. 20. „Ex Homerico adumbratum, *ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος.*" Porson. Il. *σ* 56. vid. Bentlei. ad Horat. Carm. I 12, 45. Philostratus Heroic. p. 713: *αὐξηθείς τε ῥᾷον ἢ τὰ πρὸς ταῖς πηγαῖς δένδρα πολὺς μὲν ἐν συμποσίοις ᾔδετο, πολὺς δὲ ἐν σπονδαῖς.* Cf. Pind. Nem. VIII 40.

v. 21 sq. *ἀπόλλυται — — κατεσκάφη — πίτνει*] Saepe in narrationibus modo aoristus ponitur, modo praesens, cuius variationis [praeter metri necessitatem] ea est ratio, ut, quae graviora videantur esse aut tanquam vividiora magis percellant narrantis animum, praesenti tempore exprimantur, res secundariae vero ac levioris momenti aoristo. Sic infra v. 266: *κείνη γὰρ ὤλεσέν νιν ἐς Τροίαν τ' ἄγει.* V. C. Fr. R.

v. 23. *αὐτὸς*] Scil. *ὁ πατήρ,* quod latet in adiectivo *πατρῴα.* Exposuit de hoc genere Krueg. II § 43, 3, 7. Ad rem cf. Verg. Aen. II 506 sqq. — „*Δεόδμητος* etsi proprie ab diis conditum significat, unde Athenae, Delphi, Delus *θεόθμητοι*, tamen multo usu ita deflexit, ut omnino consecratum diis, sacrum, divinum notaret. Frequens eius usus apud Pindarum." Herm.

v. 25. *κτείνει — κτανών*] Phoen. 22: *ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα, καὶ σπείρας βρέφος* etc. Herc. 33: *κτείνει Κρέοντα, καὶ κτανὼν ἄρχει χθονὸς.*

v. 27. Cfr. Hom. Od. *φ* 29 *ἔπειτα δὲ πέφνε καὶ αὐτόν, Ἵππους δ' αὐτὸς ἔχε κρατερώνυχας ἐν μεγάροισιν.*

v. 28. Restitui ex optimo libro Marciano *ἀκτῆς* pro vulgato *ἀκταῖς.* Alia ratio est v. 36. Ibi enim de compluribus locis litoris dicitur ut Liv. I 27 *cunctantur in ripis*, hic autem non variatio locorum significari debet, sed praesens situs, ut etiam de suppresso priore *ἄλλοτε* cl. Soph. Trach. 11 minus recte cogitent viri docti. Ceterum comparari potest Hom. Od. *α* 161 *ἀνέρος, οὗ δή που λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ Κείμεν' ἐπ' ἠπείρου, ἢ εἰν ἁλὶ κῦμα κυλίνδει.*

πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος,
ἄκλαυτος, ἄταφος· νῦν δ' ὑπὲρ μητρὸς φίλης
Ἑκάβης ἀίσσω σῶμ' ἐρημώσας ἐμόν,
τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος,
ὅσονπερ ἐν γῇ τῇδε Χερσονησίᾳ
μήτηρ ἐμὴ δύστηνος ἐκ Τροίας πάρα.
πάντες δ' Ἀχαιοὶ ναῦς ἔχοντες ἥσυχοι
θάσσουσ' ἐπ' ἀκταῖς τῆσδε Θρῃκίας χθονός·
ὁ Πηλέως γὰρ παῖς ὑπὲρ τύμβου φανεὶς
κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν
πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην·
αἰτεῖ δ' ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν Πολυξένην
τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα καὶ γέρας λαβεῖν.
καὶ τεύξεται τοῦδ', οὐδ' ἀδώρητος φίλων
ἔσται πρὸς ἀνδρῶν· ἡ πεπρωμένη δ' ἄγει
θανεῖν ἀδελφὴν τῷδ' ἐμὴν ἐν ἤματι.
δυοῖν δὲ παίδοιν δύο νεκρὼ κατόψεται
μήτηρ, ἐμοῦ τε τῆς τε δυστήνου κόρης.
φανήσομαι γάρ, ὡς τάφου τλήμων τύχω,
δούλης ποδῶν πάροιθεν ἐν κλυδωνίῳ.
τοὺς γὰρ κάτω σθένοντας ἐξῃτησάμην

v. 29. *διαύλοις κυμάτων*] Reciprocis fluctibus, ut bene interpretatur Schneid. in Lex. Similiter a curriculo translata locutio Iph. T. 81 *δρόμους τε πολλοὺς ἐξέπλησα καμπίμους*, Aesch. Ag. 344 *κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον πάλιν.*

v. 30. Soph. Antig. 29: *ἐᾶν δ' ἄκλαυτον, ἄταφον, οἰωνοῖς βοράν.* — *ὑπὲρ μητρὸς φίλης* i. e. ut interpretatur schol., *ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τῆς μητρός*, ut apud Homerum *εἴδωλον στῆ ὑπὲρ κεφαλῆς.*

v. 31. Notanda solutio primae syllabae in verbo *ἀΐσσω*, quod vulgo *ᾄσσω* pronuntiabant Attici. V. Gerth. de dial. trag. § 10.

v. 32. *τριταῖον*] Pro *τρίτον*. Sic etiam in Hipp. 275: *πῶς δ' οὔ, τριταίαν οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν;* Vid. Hermann. ad. Vig. p. 720, 61.

v. 39. *εὐθύνοντας*] Refertur ad *στράτευμα*, i. e. *στρατιώτας*. Soph. Phil. 356: *καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς Ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ' ὀμνύντες βλέπειν Τὸν οὐκ ἔτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν.* Cf. Rhes. 44. Krueg. I § 58, 4, 1.

v. 41. *τύμβῳ*] Dativus commodi, quem dicunt; ut Iph. T. 243: *θεᾷ φίλον πρόσφαγμα καὶ θυτήριον Ἀρτέμιδι.* — *γέρας λαβεῖν* rectius quam, quod Porsono placebat, *λαχεῖν* dicitur; quippe non sorti cessit Polyxena, sed ex decreto Achivorum ad tumulum Achillis immolata est.

v. 45. Singulare quoddam acumen quaerunt tragici in numerorum aut parium consociatione aut disparium oppositione. Cf. modo huius fabulae v. 125 ss. 896. Orest. 1536. Androm. 516.

τύμβου κυρῆσαι κεἰς χέρας μητρὸς πεσεῖν.
τοὐμὸν μὲν οὖν ὅσονπερ ἤθελον τυχεῖν
ἔσται· γεραιᾷ δ' ἐκποδὼν χωρήσομαι
Ἑκάβῃ· περᾷ γὰρ ἥδ' ὑπὸ σκηνῆς πόδα
Ἀγαμέμνονος φάντασμα δειμαίνουσ' ἐμόν.
φεῦ·
ὦ μῆτερ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων
δούλειον ἦμαρ εἶδες, ὡς πράσσεις κακῶς,
ὅσονπερ εὖ ποτ'. ἀντισηκώσας δέ σε
φθείρει θεῶν τις τῆς πάροιθ' εὐπραξίας.

ΕΚΑΒΗ.

ἄγετ', ὦ παῖδες, τὴν γραῦν πρὸ δόμων,
ἄγετ' ὀρθοῦσαι τὴν ὁμόδουλον,
Τρῳάδες, ὑμῖν, πρόσθε δ' ἄνασσαν.
λάβετε, φέρετε, πέμπετ', ἀείρετέ μου

v. 50. *τύμβου κυρῆσαι κεἰς χέρας μητρὸς πεσεῖν* i. e. *εἰς χέρας μητρὸς πεσὼν τύμβου κυρῆσαι* eadem ratione dicitur atque *v.* 266 *κείνη γὰρ ὤλεσέν νιν εἰς Τροίαν τ' ἄγει.*

v. 51. De *τυχεῖν* cum accusativo constructo v. Krueg. II § 47, 14, 4. — *τοὐμόν* subiectum esse verbi *ἔσται* apparet.

v. 53. *ὑπὸ σκηνῆς*] Ex tentorio. Praepositionem enim hanc etiam cum verbis motum significantibus coniungi, si quid ex ea re exire vel emitti significatur sub qua fuit, docuit ad hunc l. Hermannus. — *περᾷ πόδα* dicitur ut *βαίνω πόδα.* Cfr. Krueg. II § 46, 7, 3.

v. 55. *ἐκ τυραννικῶν δόμων*] Post regalis domus splendorem. El. 305: *ὑπὸ στέγαισί τε Οἵαισι ναίω βασιλικῶν ἐκ δωμάτων.* Troad. 494: *κἀν πέδῳ κοίτας ἔχειν Ῥυσοῖσι νώτοις βασιλικῶν ἐκ δεμνίων.* Cf. infra v. 915. 1160. Heind. ad Plat. Protagor. § 4. — *Δούλειον ἦμαρ τὴν δουλείαν* dicit Homeri exemplo, apud quem est etiam *ἐλεύθερον ἦμαρ, νόστιμον ἦμαρ.* Vid. Hemsterh. ad Callim. h. Del. 128. Cf. Eur. Androm. 99. Rhes. 991.

v. 57. *ὅσονπερ εὖ ποτ'*] Scil. *ἔπραξας.* Infra v. 519: *νῦν τε γὰρ λέγων κακὰ τέγξω τόδ' ὄμμα, πρὸς τάφῳ θ', ὅτ' ὤλλυτο,* scil. *ἔτεγξα.* Lysias pro bonis Aristoph. § 32: *πρὸς δὲ τούτοις καὶ πρότερον πρὸς τοὺς συνδίκους καὶ νῦν ἐθέλομεν πίστιν δοῦναι.* — Quae sequuntur sic construenda sunt: *ἀντισηκώσας τῆς πάροιθ' εὐπραξίας θεῶν τίς σε φθείρει,* id est: 'vices rependens prioris felicitatis aliquis deorum te pessumdat'.

v. 59 sqq. Hecuba, senio miseriisque confecta, cum infaustis somniis perturbata esset, procedit ope Troianarum mulierum, quae incolumi urbe servae ipsius fuerant. — *τὴν ὁμόδουλον*: Communis sors benevolentiam simul et misericordiam excitat. Androm. 64: *ὦ φιλτάτη σύνδουλε, σύνδουλος γὰρ εἶ τῇ πρόσθ' ἀνάσσῃ τῇδε, νῦν δὲ δυστυχεῖ.*

62. In primum dimetri anapaestici locum admisit proceleusmaticum, cum numeris, ut in tanto animi motu, liberioribus utatur, qui quidem etiam neglectam caesuram patiuntur, ut mox v. 98. — Deinde iunge *γεραιᾶς χειρός μου,* nam enclitica haud raro

γεραιᾶς χειρὸς προσλαζύμεναι·
κἀγὼ σκολιῷ σκίπωνι χερὸς
διερειδομένα σπεύσω βραδύπουν
ἤλυσιν ἄρθρων προτιθεῖσα.
ὦ στεροπὰ Διός, ὦ σκοτία νύξ,
τί ποτ᾽ αἴρομαι ἔννυχος οὕτω
δείμασι, φάσμασιν; ὦ πότνια χθών,
μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων,
ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν,
ἃν περὶ παιδὸς ἐμοῦ τοῦ σῳζομένου κατὰ Θρῄκην
ἀμφὶ Πολυξείνης τε φίλης θυγατρὸς δι᾽ ὀνείρων
[εἶδον γὰρ] φοβερὰν [ὄψιν ἔμαθον] ἐδάην.

praecedit id vocabulum, unde pendet; ut infra v. 277. Hipp. 1154. aliisque locis, quos indicaverunt Matthiaeus ad h. l. et Elmsleius ad Iph. T. 940. — γεραιᾶς mediam syllabam corripit, ut παλαιός El. 497. δείλαιος apud Aristoph. Plut. 850. Nub. 1473. cf. Iacobs ad Athen. p. 113. ad Anthol. Pal. p. 263 et 361. Wecklein. cur. epigraph. p. 53 sq., Krueg. II § 3, 3, 1. — De structura verborum χειρὸς προσλαζύμεναι cfr. Krueg. I § 47, 12.

v. 65. σκολιῷ σκίπωνι χερός] Σκίπων s. scipio, baculus natura rectus est; igitur cum manum, cui tanquam scipioni ac fulcro inniteretur Hecuba, diceret σκίπωνα χερός, ad leniendam metaphorae insolentiam adiecit σκολιός. Rationem dicendi aperuit Blomfieldius gloss. ad Aesch. Agam. 81. Cf. etiam Reisigii Enarr. in Soph. Oed. C. p. CXVIII.

v. 66 sq. σπεύσω — — προτιθεῖσα] Iunge: σπεύσω προτιθεῖσα βραδύπουν ἤλυσιν ἄρθρων. In his βραδύπουν ἤλυσιν ἄρθρων poetice dictum pro βραδεῖαν βάσιν ἄρθρων vel ποδῶν. Sensus: festinabo, quantum licet per pedes senio graves. V. C. Fr. R. Verba σπεύσω βραδύπουν recordationem habent proverbialis locutionis σπεῦδε βραδέως.

v. 68. στεροπὰ Διός] Lux diei, ut v. 709: Διὸς φάος. Sophoclis locum, Trach. 99, citavit Hermannus, ubi Sol dicitur λαμπρᾷ στεροπᾷ φλεγέθων.

v. 70. Noctem Somniorum matrem prodidit Hesiodus Theog. 212. Cfr. Aristoph. Ran. 1335. Terram eorundem parentem dixit Euripides praeter hunc locum etiam in Iph. T. 1263 νύχια χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματ᾽ ὀνείρων, ubi rationem originis inde repeti videmus, quod quibusdam locis hominibus in terra cubantibus oracula Somniorum edi credebantur (ὕπνου κατὰ δνοφερὰς γᾶς εὐνάς). — μελανοπτερύγων: Infra v. 704: φάσμα μελανόπτερον, credo quod nocturna quiete visum esset. Tibull. II 1, 90: somnia nigra. Cf. Vossii Epistolas argumenti mythologici Vol. II. p. 35 sq.

v. 72. ἀποπέμπομαι] 'Abominor': quo sensu vulgo dicitur ἀποδιοπομπεῖσθαι. V. Ruhnken. ad Tim. p. 40. Wyttenb. ad Plutarchi Mor. p. 73 D. T. I p. 267.

v. 76. Verba εἶδον γάρ, quae in libro Parisino 2713 omissa sunt, et ὄψιν ἔμαθον interpretationis causa adscripta esse post Matthiaeum vidit Hartung.

ὦ χθόνιοι θεοί, σώσατε παῖδ' ἐμόν,
ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρ' ἐπ' ἐμῶν
τὴν χιονώδη Θρῄκην κατέχει
ξείνου πατρίου φυλακαῖσιν.
ἔσται τι νέον·
ἥξει τι μέλος γοερὸν γοεραῖς.
οὔποτ' ἐμὰ φρὴν ὧδ' ἀλίαστος
φρίσσει, ταρβεῖ.
ποῦ ποτε θείαν Ἑλένου ψυχὰν
ἢ Κασάνδραν ἐσίδω, Τρῳάδες,
ὥς μοι κρίνωσιν ὀνείρους;
εἶδον γὰρ βαλιὰν ἔλαφον λύκου αἵμονι χαλᾷ
σφαζομέναν, ἀπ' ἐμῶν γονάτων σπασθεῖσαν ἀνοίκτως.
καὶ τόδε δεῖμά μοι.
ἦλθ' ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς
φάντασμ' Ἀχιλέως,
ᾔτει δὲ γέρας τῶν πολυμόχθων

v. 80. Quod Hecuba Polydorum unum domus suae ancoram vocat Heleno vivo (v. 87), id cadit in matrem dolore et anxietate perturbatam eumque praecipuo amore amplectentem, quem ne amittat maxime metuit. Cfr. v. 810, ubi *ἄπαιδα* se Hecuba dicit, Heleno ac Casandra vivis, et Soph. Ant. 941. — *ἄγκυρα ἐπ' ἐμῶν οἴκων*, 'ancora in domo mea', quae tenet domum meam. Ceterum apte comparavit Porsonus Soph. fr. 619 N. *ἀλλ' εἰσὶ μητρὶ παῖδες ἄγκυραι βίου* et Fr. Jacobsius Heliodor. IV 19 p. 169 *Χαρίκλειά μοι βίος ἦν — Χαρίκλεια μόνη παραψυχὴ καὶ ὡς εἰπεῖν ἄγκυρα.*

v. 81. *χιονώδη*] Androm. 215: *ἀμφὶ Θρῄκην χιόνι τὴν κατάρρυτον.*

v. 82. *πατρίου*] Hom. Od. α 175: *ἦ καὶ πατρώϊός ἐσσι Ξεῖνος.* Il. ζ 215: *ἦ ῥά νύ μοι ξεῖνος πατρώϊός ἐσσι παλαιός.*

v. 83. Notanda est syllaba anceps in fine monometri anapaestici, qui est idem sententiae. V. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 373. Christ. Metr. § 291.

v. 85. *ἀλίαστος*] V. Buttmann. Lexil. I p. 72 sqq.

v. 87. *θείαν*] I. e. *μαντικήν*, divini furoris plenam. V. Heind. ad. Plat. Phaedr. § 22. De eodem Heleno Vergilius Aen. III, 373: *atque haec deinde canit divino ex ore sacerdos. Οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος* dicitur ab Hom. Il. ζ 76. Cf. Soph. Philoct. 604. — *Κασάνδραν*, non *Κασάνδρας* (*ψυχάν*) scripsit poeta variationis causa.

v. 89. *κρίνωσιν*] De numero verbi vid. Krueg. I § 63, 3, 2.

v. 90. *βαλιὰν*] Interpretis vicem ipse praestat Euripides Iphig. A. 221 (ubi de Eumeli equis): *τοὺς μὲν μέσσους ζυγίους λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς.* Cf. Etymol. M. c. 186, 26. Versu seq. notandus usus participiorum *σφαζομέναν — σπασθεῖσαν*: 'vidi, cum a meis genibus abrepta caederetur'. Andocides c. Alcib. § 21: *ὁρῶντες Ταυρέαν τοσαῦτα μὲν χρήματα ἀναλώσαντα προπηλακιζόμενον.* Cf. Herc. 1326 sq.

v. 96 sq. Haec diversa videntur

τινὰ Τρωϊάδων.
ἀπ' ἐμᾶς οὖν, ἀπ' ἐμᾶς τόδε παιδὸς
πέμψατε, δαίμονες, ἱκετεύω.

ΧΟΡΟΣ.

Ἑκάβη, σπουδῇ πρός σ' ἐλιάσθην
τὰς δεσποσύνους σκηνὰς προλιποῦσ',
ἵν' ἐκληρώθην καὶ προσετάχθην
δούλη, πόλεως ἀπελαυνομένη
τῆς Ἰλιάδος, λόγχης αἰχμῇ
δοριθήρατος πρὸς Ἀχαιῶν,
οὐδὲν παθέων ἀποκουφίζουσ',
ἀλλ' ἀγγελίας βάρος ἀραμένη
μέγα, σοί τε, γύναι, κῆρυξ ἀχέων.
ἐν γὰρ Ἀχαιῶν πλήρει ξυνόδῳ
λέγεται δόξαι σὴν παῖδ' Ἀχιλεῖ
σφάγιον θέσθαι· τύμβου δ' ἐπιβὰς
οἶσθ' ὅτε χρυσέοις ἐφάνη ξὺν ὅπλοις,

ab eis quae supra v. 40 Polydorus, infra v. 305, 389 sq. Ulixes dicit, ex quibus facile colligas Polyxenam ab Achille nominatim expetitam esse. Sed statuendum est Achillem nihil disertis quidem verbis postulavisse, nisi ut aliqua captivarum mulierum ipsi mactaretur, aut ut tumulum suum ne privarent debito munere (cfr. v. 116 sq.), Polydorum autem, interpretatum illius voluntatem, Polyxenam petitam dicere; id quod Graeci quoque fecerunt, quippe qui de Polyxena statim cogitaverint, quod una tanto heroe dignissima esset. Hecubam vero minime mirum est verborum tantummodo Achillis meminisse neque de filiae nece cogitare, etsi quadam et ipsam suspicione tactam esse apparet. Neque enim solemus admodum acuti esse in iis rebus quas quam longissime a nobis abesse cupimus.

v. 100 sqq. Chorus Troianarum mulierum nuntium affert consilii, quod de Polyxena post maximam principum contentionem ceperint Achivi, et, ut abripiat virginem, affuturum eundem, qui illius decreti auctor suasorque exstiterit, Ulixem.

v. 105. In vocabulo *δοριθήρατος* abundat, adiectis illis *λόγχης αἰχμῇ*, prior compositionis pars: quod genus pleonasmi admodum frequens est apud tragicos. Eur. Bacch. 571: *τὸν τᾶς εὐδαιμονίας ὀλβοδόταν.* Phoen. 328: *ἄπεπλος φαρέων*, ubi consulendus Valckenarius, El. 310: *ἀνέορτος ἱερῶν.* Eiusdem generis similitudinem referunt haec Aeschyli Prom. 791: *οὐ γὰρ ῥητὸν αὐδᾶσθαι τόδε*, et quae comparavit Blomfieldius: poterat meminisse etiam Homer. Od. *δ* 704: *ἀμφασίη ἐπέων.*

v. 112. De *οἶσθ' ὅτε*, *οἶσθ' ἡνίκα* (v. 239) 'meministi cum' cfr. Krueg. I § 56, 7, 13. *Οἶσθ' ὅτι* simpliciter rem indicat, *οἶσθ' ὅτε* tempus rei, non eius quae nihil afferat nisi notam quandam temporis, quo respiciendum sit aliam simul actam recordanti, sed illius, cuius in memoriam redeundum est. Atque haud inepte Graeci iudicabant, cui de

τὰς ποντοπόρους δ' ἔσχε σχεδίας,
λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας,
τάδε θωΰσσων,
ποῖ δή, Δαναοί, τὸν ἐμὸν τύμβον
στέλλεσθ' ἀγέραστον ἀφέντες;
πολλῆς δ' ἔριδος ξυνέπαισε κλύδων,
δόξα δ' ἐχώρει δίχ' ἀν' Ἑλλήνων
στρατὸν αἰχμητήν, τοῖς μὲν διδόναι
τύμβῳ σφάγιον, τοῖς δ' οὐχὶ δοκοῦν.
ἦν δὲ τὸ μὲν σὸν σπεύδων ἀγαθὸν
τῆς μαντιπόλου βάκχης ἀνέχων
λέκτρ' Ἀγαμέμνων·
τὼ Θησείδα δ', ὄζω Ἀθηνῶν,

tempore constaret, eum aliquanto etiam accuratius rem tenere, quam qui actam tantum meminisset.

v. 114. *λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας*] I. e. *αἷς* sive *ὧν τὰ λαίφη προτόνοις ἐπερείδεται.* Herodotus I 180: *τὸ ἄστυ — κατατέτμηται τὰς ὁδοὺς ἰθείας*, id est *αἱ ὁδοὶ τοῦ ἄστεος κατατέτμηνται ἰθεῖαι.* Vid. Krueg. I § 52, 4, 2.

v. 117. *ἀγέραστον*] Vox Homerica: Il. α 118: *ὄφρα μὴ οἶος Ἀργείων ἀγέραστος ἔω.*

v. 118. *ξυνέπαισε*] Intransitivam habet potestatem, ut simplex *παίω* apud Aesch. Prom. 885: *θολεροὶ δὲ λόγοι παίουσ' εἰκῇ Στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης*, et alia inde composita: *εἰσπαίειν* Rhes. 560. Soph. Oed. T. 1252. *ἐπεισπαίειν* Aristoph. Plut. 805. Cf. intpp. ad Greg. Cor. p. 403.

v. 119. *δόξα δ' ἐχώρει δίχα*] Id est, ut loquitur Herodotus VI 109 *ἐγίνοντο δίχα αἱ γνῶμαι.* Helen. 758 *ἐς ταὐτὸ κἀμοὶ δόξα μάντεων πέρι χωρεῖ γέροντι.* Iph. T. 1358: *λόγοι δ' ἐχώρουν.*

v. 121. *δοκοῦν*] Casus absolutus. Cf. v. 506. Krueg. I § 56, 9, 5.

v. 122. *σπεύδων*] *ἐπιμελούμενος.* Soph. El. 251: *τὸ σὸν σπεύδουσ' ἅμα καὶ τοὐμὸν αὐτῆς.* Plat. Gorg. p. 455 C: *καὶ ἐμὲ νῦν νόμισον καὶ τὸ σὸν σπεύδειν.* Cf. infra v. 1175. 1201.

v. 123. *βάκχης*] Vatis Cassandrae. Infra v. 676: *τὸ βακχεῖον κάρα τῆς θεσπιῳδοῦ Κασάνδρας.* Eadem *Μαινάς* dicitur El. 1032. Troad. 415. — *ἀνέχων*, colens, honore extollens. Pind. Pyth. II 88: *χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν, ὃς ἀνέχει ποτὲ μὲν τὰ κείνων, τότ' αὖθ' ἑτέροις ἔδωκεν μέγα κῦδος.* Simillimus locus Sophoclis Ai. 211: *λέγ', ἐπεί σε λέχος δουριάλωτον στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας*, de quo mihi quidem subtilius quam verius disputare videtur Hermannus ad Oed. Col. p. 150.

v. 125. *τὼ Θησείδα*] Acamas et Demophon, quos, Homero non memoratos, cyclici poetae et tragici celebraverunt. — In verbis *ὄζω Ἀθηνῶν* facile agnoscis Homericae dictionis vestigia. Non dicuntur autem, ut Hermannus arbitratur, Theseidae inter se dissensisse, sed duabus orationibus unam eandemque sententiam proposuisse. Adamant tragici eiusmodi numeros contra positos, cfr. infra 896, Hel. 731, Soph. Ant. 14, Trach. 539, 941, al.

διςσῶν μύθων ῥήτορες ἦσαν,
γνώμῃ δὲ μιᾷ ξυνεχωρείτην
τὸν Ἀχίλλειον τύμβον στεφανοῦν
αἵματι χλωρῷ· τὰ δὲ Κασάνδρας
λέκτρ᾽ οὐκ ἐφάτην τῆς Ἀχιλείας
πρόσθεν θήσειν ποτὲ λόγχης.
σπουδαὶ δὲ λόγων κατατεινομένων
ἦσαν ἴσαι πως, πρὶν ὁ ποικιλόφρων,
κόπις, ἡδυλόγος, δημοχαριστὴς
Λαερτιάδης πείθει στρατιὰν
μὴ τὸν ἄριστον Δαναῶν πάντων
δούλων σφαγίων εἵνεκ᾽ ἀπωθεῖν,
μηδέ τιν᾽ εἰπεῖν παρὰ Περσεφόνῃ
στάντα φθιμένων,
ὡς ἀχάριστοι Δαναοὶ Δαναοῖς
τοῖς οἰχομένοις ὑπὲρ Ἑλλήνων
Τροίας πεδίων ἀπέβησαν.
ἥξει δ᾽ Ὀδυσεὺς ὅσον οὐκ ἤδη
πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαστῶν
ἔκ τε γεραιᾶς χερὸς ὁρμήσων.
ἀλλ᾽ ἴθι ναούς, ἴθι πρὸς βωμούς,

v. 128. *στεφανοῦν* dicitur ut *στέφειν* Soph. Ant. 431 *χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει,* El. 53 *τύμβον λοιβαῖσι καὶ καρατόμοις χλιδαῖς* (cum zeugmate) *στέψαντες,* quia *χοαί,* quae Aesch. Cho. 95 *στέφη* dicuntur, circumfundebantur tumulo in orbem. Sic Cycl. 517 *στέφανος* de sanguine capiti circumsperso. — *αἵματι χλωρῷ: χλωρὸν αἷμα* apud Soph. Trach. 1055. Cicero interpretatus est decolorem sanguinem, rectius vivum Hermannus. Conf. infra v. 537 ibique annot.

v. 132. *λόγων κατατεινομένων*] Plato de Rep. II p. 367 B: *ἀλλ᾽ ἐγὼ — σοῦ ἐπιθυμῶν ἀκοῦσαι τἀναντία ὡς δύναμαι μάλιστα κατατείνας λέγω.*

v. 134. *κόπις*] Callidus ac veterator. Musgravius confert Lycophr. 763. 1464. Citat hunc locum propter vocabulum *κόπις* Etym. M. c. 529, 24. Vulgo eiusmodi hominem *δημοκόπον* dicebant, v. Dorvill. ad Charit. I 5 p. 58 ed. Amst. Huc respexit etiam Eustathius p. 201, 23 ed. Rom.: *δημοχαριστὴς κατὰ τοὺς τραγικοὺς Ὀδυσσεύς.*

v. 143. *ὅσον οὐκ ἤδη*] Thucyd. VI, 34: *οἱ δὲ ἄνδρες καὶ ἐπέρχονται καὶ ἐν πλῷ εὖ οἶδ᾽ ὅτι ἤδη εἰσὶ καὶ ὅσον οὔπω πάρεισι.* Cf. Bacch. 1076. Krueg. I § 67, 14, 5.

v. 144. *πῶλον*] De Polyxena, ut Androm. 621: *κακῆς γυναικὸς πῶλον.* Hipp. 545 de Iole: *τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ πῶλον ἄζυγα λέκτρων.* Similiter *μόσχος* v. 205. 526. Iph. A. 1623.

v. 146. Sollemnis arae et templi in eiusmodi locis coniunctio. Androm. 161: *κοὐδέν σ᾽ ὀνήσει*

ἵξ' Ἀγαμέμνονος ἱκέτις γονάτων·
κήρυσσε θεοὺς τούς τ' οὐρανίδας
τούς θ' ὑπὸ γαῖαν.
ἢ γάρ σε λιταὶ διακωλύσουσ'
ὀρφανὸν εἶναι παιδὸς μελέας,
ἢ δεῖ σ' ἐπιδεῖν τύμβου προπετῆ
φοινισσομένην αἵματι παρθένον
ἐκ χρυσοφόρου
δειρῆς νασμῷ μελαναυγεῖ.

ΕΚ. οἴ 'γὼ μελέα, τί ποτ' ἀπύσω;
ποίαν ἀχώ; ποῖον ὀδυρμόν;
δειλαία δειλαίου γήρως,
δουλείας τᾶς οὐ τλατᾶς,
τᾶς οὐ φερτᾶς· ὤμοι μοι.
τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα,
ποία δὲ πόλις;
φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες.

δῶμα Νηρῇδος τόδε, Οὐ βωμὸς οὐδὲ ναός, ἀλλὰ κατθανεῖ. Ion 1275: ἀλλ' οὔτε βωμὸς οὔτ' Ἀπόλλωνος δόμος Σώσει σε.

V. 147. Numeri anapaesto dactylum excipiente incommodi fiunt meliores, si vel cum Deventero (de interpol. quibusdam in Soph. tr. p. 63) verba in hunc modum transponuntur: Ἀγαμέμνονος ἵξ' ἱκέτις γονάτων vel ἱκτὶς (ἱκτὴρ) pro ἱκέτις scribitur.

v. 149. τούς θ' ὑπὸ γαῖαν] Alc. 895: λῦπαί τε φίλων τῶν ὑπὸ γαῖαν. Aesch. Eum. 952: πότνι' Ἐρινὺς παρά τ' ἀθανάτοις τοῖς θ' ὑπὸ γαῖαν: quos locos indicavit Matthiaeus. Cfr. Krueg. II § 68, 45, 1 et 2. Hic accusativus pertinere videtur ad notionem vocis ad inferos demittendae (καταβοᾶν Soph. El. 1067). Porsonus metri causa contra libros scripsit γαίας, quod ne imitere cavit Seidlerus de Verss. dochm. p. 82.

v. 151. ὀρφανὸν παιδὸς] Structuram usumque vocis haec illustrant exempla: Androm 308: τεκέων ὀρφανοὶ γέροντες. conf. Pind. Ol. IX 65. El. 914: ὀρφανὴν φίλου πατρός. Or. 1136: νύμφας τ' ἔθηκαν ὀρφανὰς ξυναόρων.

v. 154. Apte Porsonus comparavit Hom. Il. β 872: ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἴεν, ἠΰτε κούρη et Athen. XIII 564 B.

V. 155. Huius monodiae primarius numerus est anapaesticus, non eius generis, quod legitimum vocant, sed liberiorum; admixti sunt autem aliquot versus dactylici (cfr. Christ. Metr. § 284 p. 273 sq.), iambici, dochmiaci.

V. 157. De genetivo cfr. Krueg. I § 47, 3, 2.

v. 160. Quia γέννα secundam alibi semper corripiat, Porsonus dubitat, an γενεά legendum sit. Alii eam adhibendam putant excusationem quae valet in exclamationibus cl. Iph. T. 154. Dindorfius poetam censet ultimam produxisse ut Pindarum Ol. IX 122, XIII 14 τόλμα.

v. 162. φροῦδος] Occidit. Troad. 40: φροῦδος δὲ Πρίαμος καὶ τέκνα. Eadem vis verborum οἴχεσθαι, βεβηκέναι.

ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν,
στείχω; ποῖ δ' ἥσω; ποῦ τις θεῶν
ἢ δαίμων ἔστ' ἐπαρωγός;
ὦ κάκ' ἐνεγκοῦσαι Τρῳάδες, ὦ
κάκ' ἐνεγκοῦσαι
πήματ', ἀπωλέσατ', ὠλέσατ'· οὐκέτι μοι βίος
ἀγαστὸς ἐν φάει.
ὦ τλάμων, ἄγησαί μοι, πούς,
πούς, ἄγησαι τᾷ γραίᾳ
πρὸς τάνδ' αὐλάν· ὦ τέκνον, ὦ παῖ
δυστανοτάτας ματέρος, ἔξελθ',
ἔξελθ' οἴκων· ἄϊε ματέρος
αὐδάν, ὦ τέκνον, ὡς εἰδῇς
οἵαν οἵαν
ἀΐω φάμαν περὶ σᾶς ψυχᾶς.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ἰώ,
μᾶτερ, μᾶτερ, τί βοᾷς; τί νέον
καρύξασ' οἴκων μ', ὥστ' ὄρνιν,

v. 163. *ποίαν*] De supplenda voce *ὁδόν* v. Krueg. I § 43, 3, 3.

v. 164. *ποῖ δ' ἥσω;*] Seidlerus supplet *ἐμαυτόν* coll. Lobeckii annotatione ad Soph. Ai. p. 258 sq., ubi de intransitiva potestate verborum ab *ἱέναι* compositorum agitur. Rectius alii memoriam librorum corruptam iudicant et Reiskius eleganter coniecit *ἥσω πόδα; τίς θεῶν* (cfr. Rhes. 798 *ἵεσαν φυγῇ πόδα*). Bonae memoriae vestigia Porsonus sibi deprehendisse videtur in loco Dionysii Hal. de comp. verb. c. 17 p. 210 ed. Schaef. *σπονδεῖος ἀξίωμα ἔχει μέγα καὶ σεμνότητα πολλήν· παράδειγμα δὲ αὐτοῦ τόδε· 'ποίαν δῆθ' ὁρμάσω; ταύταν ἢ κείναν, κείναν ἢ ταύταν;'*, unde hanc elicit lectionem: *Στείχω; ποίαν δῆθ' ὁρμάσω; Ποῦ μοι τις θεῶν Ἢ δαίμων ἐστὶν ἀρωγός;* Atque *ἥσω* ex productiore vocabulo depravatum esse, comprobatur lectione v. sq. quam libri non interpolati exhibent *ἢ δαιμόνων ἐπαρωγός*. Cum enim appareat *δαιμόνων* post *θεῶν* aequabilitatis causa ortum esse ex *δαίμων* quod de Musgravii coniectura restitutum est, (cfr. El. 1234 *φαίνουσί τινες δαίμονες ἢ θεῶν τῶν οὐρανίων*, Aesch. Ag. 358, Eum. 70, Soph. El. 199, Ai. 243), omnia sana sunt, si legimus: *Ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν, Στείχω; ποῖ δῆθ' ὁρμάσω; τίς θεῶν ἢ δαίμων ἐπαρωγός;*

v. 166. *κάκ' ἐνεγκοῦσαι*] Malorum nuntiae: quo sensu satis frequens verbum *φέρειν*, ut in Phoen. 1072: *ὦ φίλτατ', ἦπου ξυμφορὰν ἥκεις φέρων;*

v. 172. Ridet hunc locum Aristoph. Nub. 1165, ubi filium Strepsiades compellat his verbis: *ὦ τέκνον, ὦ παῖ, Ἔξελθ' οἴκων, ἄϊε σοῦ πατρός.*

v. 179. Sensus potius flagitare videtur *καρύξουσ'*, 'quid novi pronuntiatura?' — *ὥστ' ὄρνιν:*

θάμβει τῷδ' ἐξέπταξας;
ΕΚ. ἰώ μοι, τέκνον.
ΠΟΛ. τί με δυσφημεῖς; φροίμιά μοι κακά.
ΕΚ. αἰαῖ, σᾶς ψυχᾶς.
ΠΟΛ. ἐξαύδα, μὴ κρύψῃς δαρόν.
δειμαίνω, δειμαίνω, μᾶτερ,
τί ποτ' ἀναστένεις;
ΕΚ. τέκνον, τέκνον μελέας ματρός.
ΠΟΛ. τί τόδ' ἀγγέλλεις;
ΕΚ. σφάξαι σ' Ἀργείων κοινὰ
ξυντείνει πρὸς τύμβον γνώμα
Πηλείδᾳ γέννᾳ.
ΠΟΛ. οἴμοι, μᾶτερ, πῶς φθέγγει
ἀμέγαρτα κακῶν; μάνυσόν μοι,
μάνυσον, μᾶτερ.
ΕΚ. αὐδῶ, παῖ, δυσφάμους φάμας·
ἀγγέλλουσ' Ἀργείων δόξαι
ψήφῳ τᾶς σᾶς περί μοι ψυχᾶς.
ΠΟΛ. ὢ δεινὰ παθοῦσ', ὢ παντλάμων,

animal pavore conspicuum. Herc. 974: *ἄλλος δὲ βωμόν, ὄρνις ὥς, ἔπτηξ' ὕπο.* Cycl. 407: *ἄλλοι δ' ὅπως ὄρνιθες ἐν μυχοῖς πέτρας Πτήξαντες εἶχον.* Iungenda autem *οἴκων μ' ἐξέπτηξας. Ἐκπτήσσειν* active dixit praeeunte Homero Il. ξ 40. Ceterum structura similis Ion 635: *οὐδέ μ' ἐξέπληξ' ὁδοῦ Πονηρὸς οὐδείς.* De *θάμβει τῷδε* cfr. Soph. Ai. 895 *ὁρῶ Τέκμησσαν οἴκτῳ τῷδε συγκεκραμένην.*

v. 182. *φροίμιά μοι κακά*] Usitata haec formula, ubi quis ex alterius initio orationis mala nuntiaturum suspicatur. Troad. 712: *τί δ' ἔστιν, ὥς μοι φροιμίων ἄρχει κακῶν;* cf. Phoen. 1336. Hipp. 568. Dorvill. ad Charit. p. 443.

v. 183. De genetivo v. Krueg. I § 47, 3, 2.

v. 184. Hom. Il. α 363: *ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω.* Mox *δειμαίνω, τί ποτ' ἀναστένεις* brevius dictum, cum sensus sit: metuo, dum dubito, quid tandem ingemiscas. Explicuit hanc rationem, non neglecto hoc loco, Lobeckius ad Sophoclea illa Ai. 793: *ὥςτε μ' ὠδίνειν, τί φής.*

v. 190 sq. *ξυντείνει, σπεύδει. Πηλείδᾳ γέννᾳ*, Peleiae proli i. e. Achilli. Paleius conicit *Πηλείᾳ.*

v. 193. *ἀμέγαρτα κακῶν;*] Soph. Oed. Col. 1238: *κακὰ κακῶν.* De voc. *ἀμέγαρτος* disputavit Buttmannus Lexil. I. p. 258 sqq.

v. 195. Recte Reisigius in Coniect. I p. 288 sq. iussit v. 195—197 et 189—191 suas in vicem sedes permutare. Nam absurdum est Hecubam, cum v. 189—191 verbis satis perspicuis Polyxenae consilium Argivorum declaraverit, iterum sciscitanti filiae tantum non aenigmata reddere ac tanquam de re obscura et incerta loqui. Praeterea Hartungius ver-

ὦ δυστάνου μᾶτερ βιοτᾶς,
οἵαν οἵαν αὖ σοι λώβαν
ἐχθίσταν ἀρρήταν τ'
ὦρσέν τις δαίμων;
οὐκέτι σοι παῖς ἅδ', οὐκέτι δὴ
γήρᾳ δειλαία δειλαίῳ
ξυνδουλεύσω.
σκύμνον γάρ μ' ὥστ' οὐριθρέπταν,
μόσχον δειλαία δειλαίαν
εἰσόψει χειρὸς ἀναρπαστὰν
σᾶς ἄπο λαιμότομόν θ' Ἅιδᾳ
γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότον, ἔνθα νεκρῶν μέτα
τάλαινα κείσομαι.
καὶ σοῦ μέν, μᾶτερ, δυστάνου
κλαίω πανδύρτοις θρήνοις,
τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν λύμαν τ',
οὐ μετακλαίομαι. ἀλλὰ θανεῖν μοι
ξυντυχία κρείσσων ἐκύρησεν.

ΧΟ. καὶ μὴν Ὀδυσσεὺς ἔρχεται σπουδῇ ποδός
Ἑκάβη, νέον τι πρὸς σὲ σημανῶν ἔπος.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

γύναι, δοκῶ μέν σ' εἰδέναι γνώμην στρατοῦ
ψῆφόν τε τὴν κρανθεῖσαν· ἀλλ' ὅμως φράσω.

sus qui praecedunt in hunc ordinem redigendos censet: 181. 186. 183. 188. 187. 182. 184. 185. Certe versuum 183 et 187 locus permutandus videtur.

v. 199. De genetivo *δυστάνου βιοτᾶς* quem dicunt qualitatis cfr. Krueg. II § 47, 5, 2.

v. 202. *παῖς ἅδ'*] l. e. *ἐγώ*. V. Schaefer. Melet. crit. p. 114.

v. 206. *ἀναρπαστὰν*] E tua manu raptam ac de medio sublatam. Soph. El. 848: *ὃς γὰρ ἔτ' ἦν, φροῦδος ἀναρπασθείς*. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 416.

v. 210. *κείσομαι*] Eximie hoc verbum de mortuis ponitur. Soph. Antig. 76: *ἐκεῖ γὰρ αἰεὶ κείσομαι*. Eurip. Phoen. 1282: *θανοῦσι δ' αὐτοῖς συνθανοῦσα κείσομαι*. Suppl. 1063: *πόσει γὰρ συνθανοῦσα κείσομαι*, Hom. Od. χ 48 *ἀλλ' ὁ μὲν ἤδη κεῖται* et aliis locis.

v. 211. Ad genetivum *σοῦ δυστάνου* ex v. 213 *τὸν βίον* adsumendum est.

v. 214. *οὐ μετακλαίομαι* idem fere quod *οὐκ αὖ κλαίομαι*. Nam *μετὰ* ad vicissitudinem lamentationis ab alio ad alium versae pertinet. Cfr. Med. 996 *μεταστένομαι δὲ σὸν ἄλγος, ὦ τάλαινα παίδων μᾶτερ*, quibus chorus antea Iasonem commiseratus iam Medeam commiseratur.

v. 217. *νέον ἔπος*, ʻnovam remʼ. Saepius quam *ἔπος* significat *λόγος* rem verbis expositam vel exponendam.

v. 219. *κρανθεῖσαν*] Troad. 784: *ὅθι σοι Πνεῦμα μεθεῖναι*

ἔδοξ' Ἀχαιοῖς παῖδα σὴν Πολυξένην
σφάξαι πρὸς ὀρθὸν χῶμ' Ἀχιλλείου τάφου.
ἡμᾶς δὲ πομποὺς καὶ κομιστῆρας κόρης
τάσσουσιν εἶναι· θύματος δ' ἐπιστάτης
ἱερεύς τ' ἐπέστη τοῦδε παῖς Ἀχιλλέως.
οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; μήτ' ἀποσπασθῇς βίᾳ
μήτ' ἐς χερῶν ἅμιλλαν ἐξέλθῃς ἐμοί·
γίγνωσκε δ' ἀλκὴν καὶ παρουσίαν κακῶν
τῶν σῶν. σοφόν τοι κἀν κακοῖς ἃ δεῖ φρονεῖν.

ΕΚ. αἰαῖ· παρέστηχ', ὡς ἔοικ', ἀγὼν μέγας,
πλήρης στεναγμῶν, οὐδὲ δακρύων κενός.
κἀγὼ γὰρ οὐκ ἔθνησκον οὗ με χρῆν θανεῖν,
οὐδ' ὤλεσέν με Ζεύς, τρέφει δ', ὅπως ὁρῶ
κακῶν κάκ' ἄλλα μείζον' ἡ τάλαιν' ἐγώ.
εἰ δ' ἔστι τοῖς δούλοισι τοὺς ἐλευθέρους
μὴ λυπρὰ μηδὲ καρδίας δηκτήρια
ἐξιστορῆσαι, σοὶ μὲν εἰρῆσθαι χρεών,

ψῆφος ἐκράνθη. Androm. 1271: πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν ἥδε πρὸς θεῶν Ψῆφος κέκρανται, κατθανεῖν τ' ὀφείλεται.

v. 223. Iunge: θύματος δὲ τοῦδε ἐπιστάτης etc. De ἐπιστάτης cfr. Iph. T. 726 τοῖς ἐφεστῶσι σφαγῇ. Androm. 547 ὑμᾶς ἐρωτῶ τόν τ' ἐφεστῶτα σφαγῇ, Herod. VII 35 τῶν ἐπεστεώτων τῇ ζεύξι τοῦ Ἑλλησπόντου. — ἐπέστη, ἐτάχθη, ἐχειροτονήθη, 'institutus est'. Non male Nauckius ἐπέσται.

v. 225. οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον;] Scisne igitur quid facere te velim? Originem huius dictionis explicuit Hermannus ad Vig. p. 740 ex traiectione verborum, quorum hic ordo esse debuerat: δρᾶσον οἶσθ' ὅ; Exempla vide collecta ab Elmsl. ad Soph. Oed. T. 543. Cfr. etiam Krueg. II § 54, 4, 2. — ἀποσπασθῇς, ἀφαιρεθῇς. Sophocl. Oed. Col. 866: ὅς μ', ὦ κάκιστε, ψιλὸν ὄμμ' ἀποσπάσας Πρὸς ὄμμασιν τοῖς πρόσθεν ἐξοίχει βίᾳ.

v. 227. γίγνωσκε δ' ἀλκήν] Considera, quid virium habeas, id est, reputa omni te destitutam praesidio. Androm. 126: γνῶθι τύχαν, λόγισαι το παρὸν κακόν.

v. 228. σοφόν τοι] „Particulam τοι in gnomis amant tragici.“ Porsonus. Vid. Heind. Plat. Protag. p. 597.

v. 231. L. Dindorfius coniecit κἄγωγ' ἄρ', in quibus quamvis ἄρα probetur, particula γὲ non habet quo pertineat, cum καὶ diversam rationem significet. Traditae lectionis sensus est: Grave instat certamen. Nimirum cum item mori debuerim ubi Priamus, Hector, alii mortui sunt, ego ad graviora mala conservata sum.

v. 235. De genetivo relationis καρδίας cfr. Soph. O. R. 150 Φοῖβος.. σωτήρ θ' ἵκοιτο καὶ νόσου παυστήριος, Krueg. II § 47, 26, 7.

v. 236. σοὶ μὲν — τάδε] Genere dicendi Graecis sollemni sententiae subiungendae opposi-

ἡμᾶς δ' ἀκοῦσαι τοὺς ἐρωτῶντας τάδε.
ΟΔ. ἔξεστ', ἐρώτα· τοῦ χρόνου γὰρ οὐ φθονῶ.
ΕΚ. οἶσθ', ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος,
δυσχλαινίᾳ τ' ἄμορφος, ὀμμάτων τ' ἄπο
φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν;

tae sunt. Nam sensus est: **ἡμᾶς τοὺς τάδε ἐρωτῶντας τὰ ὑπὸ σοῦ εἰρημένα ἀκοῦσαι χρεών** sive 'nos haec quae in mente habemus interrogantes a te responsa ferre aequum est'. De **εἰρῆσθαι χρεών** effectum anticipante, cui simile est latinum, 'responso opus est' cfr. Demosth. VI § 19 **βέλτιον δ' ἴσως καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐστιν εἰρῆσθαι** et quae Rehdantzius in ed. Demosth. or. Philipp. ind. II sub infin. collegit. Quod igitur Weilius coniecit **σὲ μὲν ἐρωτᾶσθαι** vel Herwerdenus **σὲ μὲν ἀμείβεσθαι**, non est necessarium. — **τοὺς ἐρωτῶντας**: constat feminam de se ipsa plurali numero utentem genere masculino uti. Krueg. I § 43, 1, 3.

v. 238. **τοῦ χρόνου γὰρ οὐ φθονῶ**] Hoc vult, moram facile se condonare; nihil enim nisi moram ipsi percontando Hecubam inferre, decretum Argivorum labefactare non posse. De constructione verbi **φθονεῖν** cf. Xen. Conviv. 1 12: **ἀλλὰ μέντοι, ὦ ἄνδρες, αἰσχρὸν στέγης γε φθονῆσαι.** Plat. Protag. p. 327 A. al.

v. 239—241. Auctor narrationis de Ulixe speculatoris habitu Troiam ingresso est Homerus Od. **δ** 242 sqq. cf. Lycophr. 779 sqq. Vers. 240 sq. scribi poterat: **ὀμμάτων τ' ἄπο φόνου σταλαγμοῖς σὴν καταστάζων γένυν** (cf. Wyttenb. ad Plutarch. T. I p. 336), idque ad grammaticam rationem paullo accuratius: nunc, quod alibi etiam fieri observatum est ad Med. v. 11, intulit verbum finitum, ususque simul est alia constructione verbi **καταστάζειν**, qua referretur ad **σταλαγμοί**. Sed hoc levius, nec monuissem, nisi cavendum videretur, ne quem in partes traheret Porsonus, prius **τε** si cui displiceret, legi posse existimans **δυσχλαινίαις ἄμορφος.** Illud haud exiguas interpretum turbas excitavit, quaenam esset his verbis, **ὀμμάτων τ' ἄπο — γένυν**, sententia subiecta. Ac plerique corruptum locum iudicaverunt, et Musgr. coni. **δόλου**, Porsonus **φόβου.** Est vero, me iudice, sanissimus et cum Jacobsio explicandus de corporis laceratione, qua, ne agnosceretur, usus tum erat Ulixes. De Furiis Aeschylus Choeph. 1058: **κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές.** Sed hoc loco **ὀμμάτων ἄπο** minus urgendum, neque ipsi magis oculi, quam **τὰ ὑπώπια** intellegenda. Egregie in hanc rem facit Iphig. T. 1373: **ἐφεύγομεν πρὸς κρημνόν, οἱ μὲν ἐν κάρᾳ Κάθαιμ' ἔχοντες τραύμαθ', οἱ δ' ἐν ὄμμασιν.** Is, credo, habitus atque ea deformitas oris verberibus caesi decent hominem infimae sortis, cuius tum falsam speciem **πολύτλας** ille induerat. Sed haec hactenus. Commemoranda est enim interpretatio Schol., quam exornavit Boissonadius, cui assentitur Matthiaeus. **Τὰ δάκρυα**, inquit, **ἃ τότε ὁ Ὀδυσσεὺς ἐδάκρυε φωραθείς, φόνου δάκρυα ἦν· ἔκλαιε γάρ, ἐπειδὴ τὸν περὶ ψυχῆς ἔτρεχεν· ὅθεν καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ αἱμάτινα δάκρυά φαμεν, ἤγουν φονικά.** Proverbialem locutionem **αἵματι κλαίειν** commemorant Photius Epist. 138. Apostol. Adag. I, 85. Bekker. Anecd. Gr. I. p. 356, 13. Cf. Bast. ad Greg. Corinth. p. 583. Ego tamen dubito, an

ΟΔ. οἶδ'· οὐ γὰρ ἄκρας καρδίας ἔψαυσέ μου.
ΕΚ. ἔγνω δέ σ' Ἑλένη, καὶ μόνη κατεῖπ' ἐμοί;
ΟΔ. μεμνήμεθ' ἐς κίνδυνον ἐλθόντες μέγαν.
ΕΚ. ἥψω δὲ γονάτων τῶν ἐμῶν ταπεινὸς ὤν;
ΟΔ. ὥστ' ἐνθανεῖν γε σοῖς πέπλοισι χεῖρ' ἐμήν.
ΕΚ. τί δῆτ' ἔλεξας δοῦλος ὢν ἐμὸς τότε;
ΟΔ. πολλῶν λόγων εὑρήμαθ', ὥστε μὴ θανεῖν.
ΕΚ. ἔσωσα δῆτά σ' ἐξέπεμψά τε χθονός;
ΟΔ. ὥστ' εἰσορᾶν γε φέγγος ἡλίου τόδε.
ΕΚ. οὔκουν κακύνει τοῖσδε τοῖς βουλεύμασιν,
ὃς ἐξ ἐμοῦ μὲν ἔπαθες οἷα φῂς παθεῖν,
δρᾷς δ' οὐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ' ὅσον δύνῃ;
ἀχάριστον ὑμῶν σπέρμ', ὅσοι δημηγόρους
ζηλοῦτε τιμάς· μηδὲ γιγνώσκοισθέ μοι,
οἳ τοὺς φίλους βλάπτοντες οὐ φροντίζετε,
ἢν τοῖσι πολλοῖς πρὸς χάριν λέγητέ τι.
ἀτὰρ τί δὴ σόφισμα τοῦθ' ἡγούμενοι
ἐς τήνδε παῖδα ψῆφον ὥρισαν φόνου;

formula ex cotidiano sermonis usu repetita a tragicorum oratione aliena sit.

v. 242. Non oblitus sum; nam illa res quae valde sollicitum me habebat alte descendit in pectus. Cfr. Iph. T. 819 *οἶδ'· οὐ γὰρ ὁ γάμος ἐσθλὸς ὤν μ' ἀφείλετο.* De formula *ψαύειν καρδίας* cf. ad Med. 55.

v. 243. Eustath. ad Od. δ p. 1495, 5 ὅρα, ὅτι πολὺ πιθανώτερος ὁ Ὁμηρικὸς οὗτος ὑπὸ μόνης Ἑλένης ἀναγνωρισμὸς ἤπερ ὁ κατὰ Εὐριπίδην, ἐν ᾧ καὶ τῇ Ἑκάβῃ κατεῖπεν ἡ Ἑλένη.

v. 245. *ταπεινός* de supplice, ut Or. 1410: *ὄμμα δακρύοις πεφυρμένοι ταπεινοὶ ἕζοντο.* Androm. 165: *πτῆξαι ταπεινὴν προσπεσεῖν τ' ἐμὸν γόνυ.*

v. 246. *ὥστ' ἐνθανεῖν γε*] Particula *γέ* et hoc loco et saepe in responsionibus ita ponitur, ut et confirmet quod alter dixerat, et novum quid ac saepe maius adiungi indicet. Cf. v. 250. Or. 1122. Phoen. 1344. Plura suppeditant Elmsleius ad Iph. T. 934 et Fritzschius Quaest. Lucian. p. 119 sq. Manus autem dicitur *ἐνθανεῖν πέπλοις*, quippe tam firmiter inhaerens, ut obriguisse videatur. Magis proprie, sed accommodate tamen ad perspiciendum verbi usum, Achilles Tatius III 7 p. 64, 27: *καὶ ἐοίκασιν ἀποθνήσκειν οἱ δάκτυλοι.*

v. 247—250. Hunc versuum ordinem recentiores nonnulli libri habent. In melioribus libris v. 249. 250 post v. 246 collocati sunt, ut facile suspiceris, duos v. 247. 248 dittographiam quam dicunt esse versuum 245. 246 et eici debere.

v. 253. *ὅσον δύνῃ;*] 'Magis Attica forma *δύνᾳ.*' Porsonus. Sequentia tetigit de abusu eloquentiae in Attica republica disputans Valckenarius in Diatrib. p. 255 C.

v. 258. Quid speciosae rationis rati id quod praetexunt ad tumulum Achillis Polyxenam immolari debere.

πότερα τὸ χρῆν σφ' ἐπήγαγ' ἀνθρωποσφαγεῖν
πρὸς τύμβον, ἔνθα βουθυτεῖν μᾶλλον πρέπει;
ἢ τοὺς κτανόντας ἀνταποκτεῖναι θέλων
ἐς τήνδ' Ἀχιλλεὺς ἐνδίκως τείνει φόνον;
ἀλλ' οὐδὲν αὐτὸν ἥδε γ' εἴργασται κακόν.
Ἑλένην νιν αἰτεῖν χρῆν τάφῳ προσφάγματα·
κείνη γὰρ ὤλεσέν νιν ἐς Τροίαν τ' ἄγει.
εἰ δ' αἰχμαλώτων χρή τιν' ἔκκριτον θανεῖν
κάλλει θ' ὑπερφέρουσαν, οὐχ ἡμῶν τόδε·
ἡ Τυνδαρὶς γὰρ εἶδος ἐκπρεπεστάτη,
ἀδικοῦσά θ' ἡμῶν οὐδὲν ἧσσον ηὑρέθη.
τῷ μὲν δικαίῳ τόνδ' ἁμιλλῶμαι λόγον·
ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ', ἀπαιτούσης ἐμοῦ,
ἄκουσον. ἥψω τῆς ἐμῆς, ὡς φής, χερὸς
καὶ τῆσδε γραίας προσπίτνων παρηΐδος·
ἀνθάπτομαί σου τῶνδε τῶν αὐτῶν ἐγώ,
χάριν τ' ἀπαιτῶ τὴν τόθ', ἱκετεύω τέ σε,
μή μου τὸ τέκνον ἐκ χερῶν ἀποσπάσῃς,
μηδὲ κτάνητε. τῶν τεθνηκότων ἅλις·

v. 260. **τὸ χρῆν**, pro **χρῆναι**, agnoscit et notat Eustathius ad Odyss. K p. 1647, 37. Il. I p. 751, 54. Hanc formam putat H. L. Ahrensius de crasi et aphaeresi p. 6 rariore contractionis genere ex **χρεών** ortam esse ut **πάρηρος**, **ξυνήν** ex **παρήορος**, **ξυνήων**. Sed cum cod. Flor. Herc. 828 **τὸ χρή** habeat, recte videtur Nauckius in stud. Eur. II p. 7 etiam hic **τὸ χρὴ** requirere. Formas quidem **χρείη**, **χρῆναι**, **χρῆσται**, **χρεών** ex indecl. **χρὴ** et **εἴη**, **εἶναι**, **ἔσται**, **ὄν** compositas esse idem Ahrensius docuit. De forma **χρῆν** saepe a librariis depravata cfr. mea studia in Eur. in Jahrb. f. class. Philol. Suppl. VII p. 367.

v. 265. **προσφάγματα**] Notabilis Graecorum consuetudo appositionem ad nomen singularis numeri accommodatam plurali numero proferendi, Orest. 1053: **καὶ μνῆμα δέξαιθ' ἕν, κέδρου τεχνάσματα**, ubi v. Porsonus. Cf. Krueg. II § 44, 3, 4.

v. 268. **ὑπερφέρουσαν**] Xenoph. de rep. Lac. XV 3: **μήτε δεῖσθαι τῶν μετρίων, μήτε πλούτῳ ὑπερφέρειν**. Cf. ibid. XV 8. Thucyd. I 81. Porson. ad h. l.

v. 271. **τῷ — — λόγον**] I. e. **τήνδε τὴν ἅμιλλαν λόγου ἁμιλλῶμαι τῷ δικαίῳ**, cum iure pugno his verbis (gegen das Recht trete ich mit diesen Worten in die Schranken), i. e. his rationibus quod vobis vindicatis ius revinco. Cf. Eur. Hipp. 971: **τί ταῦτα σοῖς ἁμιλλῶμαι λόγοις;** V. C. Fr. R.

v. 275. **ἀνθάπτομαι**] hic significat 'vicissim prehenso' ut Herod. III 137.

v. 278. **μηδὲ κτάνητε**] Recte ad pluralem transiit: nam **ὁ ἀποσπάσων** unus est Ulixes', **οἱ ἀποκτενοῦντες** omnes Graeci, quorum consensu caedes decreta.

ταύτῃ γέγηθα κἀπιλήθομαι κακῶν·
ἥδ᾽ ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχή,
πόλις, τιθήνη, βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ.
οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών,
οὐδ᾽ εὐτυχοῦντας εὖ δοκεῖν πράξειν ἀεί.
κἀγὼ γὰρ ἦ ποτ᾽, ἀλλὰ νῦν οὐκ εἴμ᾽ ἔτι,
τὸν πάντα δ᾽ ὄλβον ἦμαρ ἕν μ᾽ ἀφείλετο.
ἀλλ᾽, ὦ φίλον γένειον, αἰδέσθητί με,
οἴκτειρον· ἐλθὼν δ᾽ εἰς Ἀχαιικὸν στρατὸν
παρηγόρησον, ὡς ἀποκτείνειν φθόνος
γυναῖκας, ἃς τὸ πρῶτον οὐκ ἐκτείνατε
βωμῶν ἀποσπάσαντες, ἀλλ᾽ ᾠκτείρατε.
νόμος δ᾽ ἐν ὑμῖν τοῖς τ᾽ ἐλευθέροις ἴσος
καὶ τοῖσι δούλοις αἵματος κεῖται πέρι.
τὸ δ᾽ ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν

v. 279 recte delevisse videtur Nauckius ut ex Orest. 66 huc translatum.

v. 281. Colorem duxisse videtur ex Hom. Iliad. ζ 429: *Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοί ἐσσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ, Ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης.* Cf. Xenoph. Anab. I 3, 6. Andocid. de myst. § 140. Simillimum Euripidis locum apud Alexandrum Rhetorem vol. 8. p. 440 Walz. conservatum laudavit Porsonus: *ἀλλ᾽ ἥδε μ᾽ ἐξέσωσεν· ἥδε μοι τροφός, Μήτηρ, ἀδελφή, δμωΐς, ἄγκυρα, στέγη.* Dicit autem *πόλις*, quia filia etiam patriae amissae solatium est.

v. 283. Parum recte ex *τοὺς κρατοῦντας* articulum ad *εὐτυχοῦντας* adsumpseris et *τοὺς εὐτυχοῦντας* subiectum iudicaveris. Potius *τοὺς κρατοῦντας* etiam alterius enuntiati subiectum putari debet.

v. 284. *κἀγὼ γὰρ ἦ ποτ᾽*] Subaudiendum ex praecedentibus *εὐτυχής* vel *εὐτυχοῦσα.*

v. 286. *ὦ φίλον γένειον*] Compellatio ducta a more habituque supplicum, quem discas ex Hom. Il. α 500 sqq. Hinc frequens illa obtestandi formula, *πρὸς γενείου* vel *γενειάδος*, infra v. 753. Med. 65. Suppl. 277. Cf. Orest. 290. Androm. 574 cet.

v. 288. *φθόνος*] ἡ *μέμψις*, interprete Schol. Aristoph. Plut. 87. Homericum *νέμεσις, νεμεσσητόν.*

v. 293. *Κακῶς λέγειν* licebat interpretari in hunc sensum, quo alibi dicitur *ἀπιθάνως λέγειν.* Sic Troad. 914: *ἴσως με, κἂν εὖ κἂν κακῶς δόξω λέγειν, Οὐκ ἀνταμείψει.* Quod qui secuti sunt, his sane necesse erat corrigere lectionem libris omnibus Euripidis et Gellii (N. A. XI 4) et Stobaei (flor. 45, 6) contestatam *λέγῃ* et cum Mureto (Opp. T. III p. 593) et Wassio (Misc. Obss. II p. 93) in *λέγῃς* mutare. Etenim quemadmodum recte dicitur *τὸ ἀξίωμα τὸ σὸν πείσει*, 'tu pro auctoritate tua persuadebis,' ita ineptam habet sententiam illud alterum, *τὸ ἀξίωμα τὸ σὸν κακῶς λέγει*, 'parum probabiliter dicis, quatenus magnam auctoritatem habes': nisi si quis de eiusmodi homine loquatur, cuius fidei gravitas officiat, quod caderet in Antiphontem illum Rhamnusium, formidabilis eloquen-

πείσει· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων αὑτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

ΧΟ. οὐκ ἔστιν οὕτω στερρὸς ἀνθρώπου φύσις,
ἥτις γόων σῶν καὶ μακρῶν ὀδυρμάτων
κλύουσα θρήνους οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ.

ΟΔ. Ἑκάβη, διδάσκου, μηδὲ τῷ θυμουμένῳ
τὸν εὖ λέγοντα δυσμενῆ ποιοῦ φρενί.
ἐγὼ τὸ μὲν σὸν σῶμ', ὑφ' οὗπερ ηὐτύχουν,
σῴζειν ἕτοιμός εἰμι, κοὐκ ἄλλως λέγω·
ἃ δ' εἶπον εἰς ἅπαντας οὐκ ἀρνήσομαι,
Τροίας ἁλούσης ἀνδρὶ τῷ πρώτῳ στρατοῦ
σὴν παῖδα δοῦναι σφάγιον ἐξαιτουμένῳ.
ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις,
ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ

tiae virum, non cadit hoc loco in Ulixem. Alia res est, si verba illa *κακῶς λέγειν* non de iis accipiamus, quae quis minus diserte dicat, sed de rebus, quae ab eorum, qui audiunt, utilitate abhorreant. Ac fieri hoc posse docuit Matthiaeus coll. Phoen. 1649: *οὔκ, ἢν πονηρά γ' ᾖ κακῶς τ' εἰρημένα.* Iam vero illud etiam recte dicitur, *τὸ ἀξίωμα τὸ σὸν κακῶς λέγει*, siquidem auctoritatis vis non in bonarum tantum rerum commendatione cernitur, sed eadem uti licet vel potius abuti ad malas ac parum commodas obtinendas.

v. 295. *Οἱ δοκοῦντες*, nobiles, ut apud Pind. Nem. VII, 30: *ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται κῦμ' Ἀΐδα, πέσε δ' ἀδόκητον ἐν καὶ δοκέοντα.* Noster Troad. 612: *ὁρῶ τὰ τῶν θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ' ἄνω Τὸ μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκοῦντ' ἀπώλεσαν.* Heracl. 895: *τερπνὸν δέ τι καὶ φίλων ἄρ' εὐτυχίαν ἰδέσθαι τῶν πάρος οὐ δοκούντων.*

v. 296. *οὕτω στερρὸς — ἥτις*] Helen. 501: *ἀνὴρ γὰρ οὐδεὶς ὧδε βάρβαρος φρένας, Ὃς ὄνομ' ἀκούσας τοὐμὸν οὐ δώσει βοράν.* Vid. Schaef. Melet. crit. p. 71. Appar. crit. ad Demosth. T. II p. 531.

v. 269. *διδάσκου*] 'Docilem te praebe', Aristoph. Plut. 473: *καὶ σύγε διδάσκου.* — *τῷ θυμουμένῳ*, i. e. *τῷ θυμῷ* 'propter iram'. Attigit Reisigius Coniect. I p. 143, cf. Krueg. I § 43, 4, 28. Mox iunge *ποιοῦ φρενί*, 'existima': *ποιεῖσθαι* enim i. q. *ἡγεῖσθαι*. Thucyd. IV 82: *Περδίκκαν πολέμιον ποιοῦνται*, 'hostem iudicant'. Sic *δεινὸν ποιεῖσθαι* Herodot. I 127. Thucyd. I 102. VI 60. *οὐκ ἀνασχετὸν ποιεῖσθαι* Thucyd. I 118.

v. 303 sqq. *ἃ δ' εἶπον — σὴν παῖδα δοῦναι*] Vulgo supplent *δεῖν*, cuiusmodi ellipsi opus non esse monuit Herm. ad Vig. p. 745. Orest 269: *οἷς μ' εἶπ' Ἀπόλλων ἐξαμύνασθαι θεάς.* 914: *ὃς εἶπ' Ὀρέστην καὶ σ' ἀποκτεῖναι πέτροις.* — *εἰς ἅπαντας.* Suppl. 668: *κῆρυξ δὲ Θησέως εἶπεν ἐς πάντας τάδε.* Vid. Porsoni Adversaria p. 273 ed. Lips. Adhibetur structura *λέγειν εἰς* nominibus quae multitudinem exprimunt, cuius quasi in medium vocem dirigas (*εἰς τὸ πλῆθος, τὸν δῆμον, τὴν βουλήν, τὴν στρατιάν, τὴν πόλιν, ὑμᾶς, τὸ μέσον*).

μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.
ἡμῖν δ' Ἀχιλλεὺς ἄξιος τιμῆς, γύναι,
θανὼν ὑπὲρ γῆς Ἑλλάδος κάλλιστ' ἀνήρ.
οὔκουν τόδ' αἰσχρόν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ
χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ἄπεστι, μὴ χρώμεσθ' ἔτι;
εἶεν· τί δῆτ' ἐρεῖ τις, ἤν τις αὖ φανῇ
στρατοῦ τ' ἄθροισις πολεμίων τ' ἀγωνία;
πότερα μαχούμεθ', ἢ φιλοψυχήσομεν,
τὸν κατθανόνθ' ὁρῶντες οὐ τιμώμενον;
καὶ μὴν ἔμοιγε ζῶντι μέν, καθ' ἡμέραν
κεἰ σμίκρ' ἔχοιμι, πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχοι·
τύμβον δὲ βουλοίμην ἂν ἀξιούμενον
τὸν ἐμὸν ὁρᾶσθαι· διὰ μακροῦ γὰρ ἡ χάρις.
εἰ δ' οἰκτρὰ πάσχειν φής, τάδ' ἀντάκουέ μου.
εἰσὶν παρ' ἡμῖν οὐδὲν ἧσσον ἄθλιαι
γραῖαι γυναῖκες ἠδὲ πρεσβῦται σέθεν,
νύμφαι τ' ἀρίστων νυμφίων τητώμεναι,

v. 308. *μηδὲν φέρηται — πλέον*] Orest. 660: *δεῖ γάρ σ', ἐμοῦ πράσσοντος ὡς πράσσω τὰ νῦν, Πλέον φέρεσθαι.* Sic victores dicuntur *τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα φέρεσθαι.* Rhes. 162: *ἄξιον μισθὸν φέρεσθαι*, a quo *μισθοὺς φέρειν* Eurip. Bacch. 257 quodam sensus discrimine distinguit Reisig. ad Oed. Col. p. XXVII. Anthol. Palat. V 108: *καὶ ἐς εἶδεος ὥρην Ἄκρα καὶ εἰς ψυχῆς ἦθος ἐνεγκαμένη.* Singulare illud Parrhasii Ep. I 4. Anal. Br. II p. 60: *Ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης.* De sententia cfr. Creontis verba Soph. Ant. 207 *οὔποτ' ἔκ γ' ἐμοῦ τιμὴν προέξουσ' οἱ κακοὶ τῶν ἐνδίκων.*

v. 309. *ἡμῖν — ἄξιος τιμῆς*] Ita de nobis meritus est Achilles, ut dignus honore videatur. Xenoph. Memor. I 2, 62: *ἐμοὶ μὲν δὴ Σωκράτης τοιοῦτος ὢν ἐδόκει τιμῆς ἄξιος εἶναι τῇ πόλει μᾶλλον ἢ θανάτου.* Ibid. § 64: *ταῦτα δὲ πράττων πῶς οὐ μεγάλης ἄξιος ἦν τιμῆς τῇ πόλει.* Cf. Porson. ad h. l.

v. 310. *κάλλιστ' ἀνήρ*] Saepius nomen *ἀνὴρ* superlativo additur ad vim augendam cum *εἷς* coniunctum, ut Soph. O. R. 1380 *κάλλιστ' ἀνὴρ εἷς.*

v. 311. *βλέποντι*] Viventi. Iph. T. 718: *ἐπεί σ' ἐγὼ θανόντα μᾶλλον ἢ βλέπονθ' ἕξω φίλον.* Troad. 632: *οὐ ταὐτόν, ὦ παῖ, τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν.* Cf. Soph. Aiac. 1067.

v. 319. *ἀξιοῦν* hoc loco absolute positum honorandi significatione, ut apud Aesch. Agam. 903: *τοιοῖσδέ τοί νιν ἀξιῶ προσφθέγμασιν.* Eurip. Orest. 1210: *καλοῖσιν ὑμεναίοισιν ἀξιουμένη.* His adde, quos Porsonus laudavit locos, Soph. Ai. 1114: *οὐ γὰρ ἠξίου τοὺς μηδένας*, et Eur. Heracl. 918.

v. 323. *ἠδέ*, quod ut Ionicum aspernatos esse tragicos opinabatur Valckenarius ad Phoen. 1683, vindicavit Porsonus in Advers. p. 37 ed. Lips. Cfr. Krueg. II § 69, 32, 2.

νῦν δ' εἰμὶ δούλη. πρῶτα μέν με τοὔνομα
θανεῖν ἐρᾶν τίθησιν οὐκ εἰωθὸς ὄν·
ἔπειτ' ἴσως ἂν δεσποτῶν ὠμῶν φρένας
τύχοιμ' ἄν, ὅστις ἀργύρου μ' ὠνήσεται,
τὴν Ἕκτορός τε χἀτέρων πολλῶν κάσιν,
προσθεὶς δ' ἀνάγκην σιτοποιὸν ἐν δόμοις,
σαίρειν τε δῶμα κερκίσιν τ' ἐφεστάναι
λυπρὰν ἄγουσαν ἡμέραν μ' ἀναγκάσει·
λέχη δὲ τἀμὰ δοῦλος ὠνητός ποθεν
χρανεῖ, τυράννων πρόσθεν ἠξιωμένα.
οὐ δῆτ'· ἀφίημ' ὀμμάτων ἐλευθέρων
φέγγος τόδ', Ἅιδῃ προστιθεῖσ' ἐμὸν δέμας.
ἄγ' οὖν μ', Ὀδυσσεῦ, καὶ διέργασαί μ' ἄγων·
οὔτ' ἐλπίδος γὰρ οὔτε του δόξης ὁρῶ
θάρσος παρ' ἡμῖν, ὥς ποτ' εὖ πρᾶξαί με χρή.
μῆτερ, σὺ δ' ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ
λέγουσα μηδὲ δρῶσα· συμβούλου δέ μοι

v. 358. 'Rarissima participii substantivi cum alio participio coniunctio. Exemplum tamen occurrit apud Homernm Il. τ 80: *ἐπιστάμενόν περ ἐόντα*, aliud apud Aristoph. Ran. 721: *οὔτε γὰρ τούτοισιν οὖσιν οὐ κεκιβδηλευμένοις.* Adde Aristot. *Φυσ. Ἀκροάσ.* III 13. Frequens est apud recentiores. Porson.

v. 359 sq. *δεσποτῶν — ὅστις*] De hac singularis cum plurali constructione dixi ad Med. 220. — *δεσπόται ὠμοὶ φρένας*, domini saevis animis praediti.

v. 362. *ἀνάγκην σιτοποιὸν*] I. e. *ἀνάγκην τοῦ σιτοποιεῖν.* Servile officium et hoc et quae deinceps commemorantur. Cf. Androm. 166. Troad. 491 sqq.

v. 366. *χρανεῖ*] Hipp. 1266: *τὸν τἄμ' ἀπαρνηθέντα μὴ χρᾶναι λέχη.*

v. 367. *ὀμμάτων ἐλευθέρων*] Cfr. Aesch. Ag. 328 *οὐκέτ' ἐξ ἐλευθέρου δέρης ἀποιμώζουσι φιλτάτων μόρον.*

v. 370. '*Τὶς* eodem modo collocatur in Aeschyl. Prom. 21: *ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν Ὄψει.* Soph. Trach. 3: *οὔτε εἰ χρηστὸς οὔτ' εἴ τῳ κακός.* Vide infra 1179.' Porson. Sic etiam Soph. Antig. 257: *σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς οὔτε του κυνῶν Ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο.* Praeterea haud ab re fuerit discrimen vocabulorum *ἐλπίς* et *δόξα* animadvertere, quorum illud de spe non temere nec sine certa quadam ratione concepta, hoc de opinione dicitur, quae sua sponte se in animum insinuat, etsi causa idonea non adsit. *Θάρσος* autem fiduciam significat quam excitat aliqua spes.

v. 372. *σὺ δ'*] In huiusmodi conversionibus orationis legitimus est tertius locus particulae *δέ*. Infra 1287: *Ἑκάβη, σὺ δ', ὦ τάλαινα, διπτύχους νεκροὺς Στείχουσα θάπτε.* Cf. Or. 1065. El. 122. Pors. et Schaef. ad Or. 614.

v. 373. *λέγουσα μηδὲ δρῶσα*] Negativa particula ad prius participium subauditur; quemadmo-

θανεῖν, πρὶν αἰσχρῶν μὴ κατ' ἀξίαν τυχεῖν.
ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν,
φέρει μέν, ἀλγεῖ δ' αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ·
θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος
ἢ ζῶν· τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς μέγας πόνος.

ΧΟ. *δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς*
ἐσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
τῆς εὐγενείας ὄνομα τοῖσιν ἀξίοις.

ΕΚ. *καλῶς μὲν εἶπας, θύγατερ· ἀλλὰ τῷ καλῷ*
λύπη πρόσεστιν. εἰ δὲ δεῖ τῷ Πηλέως
χάριν γενέσθαι παιδί, καὶ ψόγον φυγεῖν

dum apud Herodotum I 215: *σιδήρῳ δὲ οὐδ' ἀργύρῳ χρῶνται οὐδέν.* Aristoph. Av. 695 *γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ οὐδ' οὐρανὸς ἦν*, Thuc. VIII 99 *αἱ Φοίνισσαι νῆες οὐδὲ ὁ Τισσαφέρνης τέως που ἧκον.* V. Schaeferum ad L. Bos. p. 777 et Elmsl. ad Soph. Oed. T. 817. Dictis factisque omnis continetur actio: illis igitur quem abstinere iubemus, eum prorsus nihil agere volumus: id quod facit hoc loco Polyxena, cui si obtemperavit mater, omnino quiescere debuit. Contra omnis est illi ratio agendi praescripta, cui, quid dicendum faciendumve sit, declaraveris. Incertus, quid ageret, Oedipus Creontem Delphos misit, *ὡς πύθοιθ', ὅ τι Δρῶν ἢ τί φωνῶν τήνδε ῥυσαίμην πόλιν*, Soph. Oed. T. 71. Similiter Inachus apud Aeschylum Prom. 659: *θεοπρόπους ἴαλλεν, ὡς μάθοι, τί χρὴ Δρῶντ' ἢ λέγοντα δαίμοσιν πράσσειν φίλα.*

v. 373 sq. *συμβούλου δέ μοι θανεῖν*] Mecum mihi mortem exopta.

v. 377. *μᾶλλον εὐτυχέστερος*] Particula comparativa in utraque lingua saepe abundat. Eur. Hipp. 485: *μᾶλλον ἀλγίων κλύειν.* Soph. Antig. 1210: *μᾶλλον ἆσσον.* Cf. Krueg. I § 49, 7, 5 et II § 49, 6, 3. Boissonad. ad h. l. et ad Aristaen. p. 430 sqq. Stallbaum. ad Platon. Phaedon. p. 98.

v. 379. Nobilitatis vim, de qua plura infra v. 592 sqq., ex eo maxime agnoscit chorus, quod illa vel in virgine apparebat. Id autem, quo se prodit generosa stirps atque indoles, traducto a nummis, quorum ex nota impressa probitatem cognoscimus, vocabulo *χαρακτήρ* dicitur. Saepius hac similitudine utitur Euripides: cf. inprimis Med. v. 516 sq. El. 558 sq. 572. Ex epithetis quam sit accommodate ad comparationem positum *ἐπίσημος*, me tacente intellegitur. *Δεινὸν* autem vocatur quicquid *ἔκπληξιν παρέχει*, ut aut metum excitet aut admirationem propter vim quandam eximiam aut virtutem.

v. 380. *ἐσθλοί*, nobiles atque ingenui, ut infra v. 597. Soph. Antig. 38: *εἴτ' εὐγενὴς πέφυκας, εἴτ' ἐσθλῶν κακή.* Eur. fr. 76 *ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα*, vetus dictum. Vid. Welcker. Prolegg. in Theogn. p. LIII sqq. — *κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται:* 'Progrediturque clari generis splendor iis quidem, qui se dignos eo praebent, ad maiora et ultra nominis iactantiaeque vanitatem' vel, ut interpretatur Hermannus, 'generosa stirpe ortum esse in maiorem nobilitatis laudem vertit iis qui se dignos genere ostendunt'. Dictio eadem, sed sensu magis proprio, apud Soph. Philoct. 258: *ἡ δ' ἐμὴ νόσος Ἀεὶ τέθηλε κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται.*

ὑμᾶς, Ὀδυσσεῦ, τήνδε μὲν μὴ κτείνετε,
ἡμᾶς δ' ἄγοντες πρὸς πυρὰν Ἀχιλλέως
κεντεῖτε, μὴ φείδεσθ'· ἐγὼ ἔτεκον Πάριν,
ὃς παῖδα Θέτιδος ὤλεσεν τόξοις βαλών.
ΟΔ. οὐ σ', ὦ γεραιά, κατθανεῖν Ἀχιλλέως
φάντασμ' Ἀχαιούς, ἀλλὰ τήνδ', ᾐτήσατο.
ΕΚ. ὑμεῖς δέ μ' ἀλλὰ θυγατρὶ συμφονεύσατε,
καὶ δὶς τόσον πῶμ' αἵματος γενήσεται
γαίᾳ νεκρῷ τε τῷ τάδ' ἐξαιτουμένῳ.
ΟΔ. ἅλις κόρης εἷς θάνατος· οὐ προσοιστέος
ἄλλος πρὸς ἄλλῳ· μηδὲ τόνδ' ὠφείλομεν.
ΕΚ. πολλή γ' ἀνάγκη θυγατρὶ συνθανεῖν ἐμέ.
ΟΔ. πῶς; οὐ γὰρ οἶδα δεσπότας κεκτημένος.
ΕΚ. ὁποῖα κισσὸς δρυὸς ὅπως τῆσδ' ἕξομαι.
ΟΔ. οὔκ, ἤν γε πείθῃ τοῖσι σοῦ σοφωτέροις.
ΕΚ. ὡς τῆσδ' ἑκοῦσα παιδὸς οὐ μεθήσομαι.

v. 387. Noster Herc. 319: *ἰδοὺ πάρεστιν ἥδε φασγάνῳ δέρη Κεντεῖν, φονεύειν, ἱέναι πέτρας ἄπο.* De morte Achillis cf. Heyn. ad. Il. *χ* 359.

v. 391. *ἀλλά* in media oratione iuxta eam vocem, in qua sententiae vis ac pondus inest, collocatum elliptice ponitur et ex suppressa enuntiatione hypothetica, ex orationis nexu facile expedienda, suam habet explicationem, velut hoc loco: *ὑμεῖς δέ, εἰ μὴ μόνην με βούλεσθε φονεῦσαι, ἀλλὰ θυγατρὶ συμφονεύσατε*, vos vero, si me non solam interficere vultis, at una cum filia interficite. V. C. Fr. R.

v. 392. Troad. 381: *οὐδὲ πρὸς τάφους Ἔσθ' ὅστις αὐτοῖς αἷμα γῇ δωρήσεται.*

v. 395. *μηδὲ τόνδ' ὠφείλομεν*] Utinam ne haec quidem caedes nobis perpetranda esset! ad exprimendum votum, cuius compos fieri nequit. V. C. Fr. R.

v. 397. *οἶδα* cum nominativo participii, ut Soph. Antig. 89: *ἀλλ' οἶδ' ἀρέσκουσ' οἷς μάλισθ' ἁδεῖν με χρή.* Oed. Col. 797: *ἀλλ' οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων, ἴθι.* V. Hermann. ad. Vig. p. 771. Krueg. I § 56, 7, 5.

v. 398. Inanem, ut videtur, alterius particularum comparativarum abundantiam alia ratione Reiskius, alia Porsonus removere studuerunt: quorum ille *ὁποῖα* in *ὅμοια* mutatum voluit, quod haud scio an probet Blomfieldius ad Aesch. Agam. 1282. Veram interpretationem demonstravit Seidlerus ad Troad. 147, qui locus nostro simillimus: *μάτηρ δ' ὡς τις πτανοῖς κλαγγὰν Ὄρνισιν ὅπως ἐξάρξω 'γὼ Μολπάν.* In utroque loco duplex est comparatio, *ὁποῖα κισσὸς — δρυὸς ὅπως, ὡς μάτηρ — ὄρνισιν ὅπως.* Probaverunt Hermannus (de ell. et pleon. p. 201. Opusc. T. I p. 220) et Matthiaeus. Ceterum ex hoc loco et Med. 1213 profecit auctor Christi Patientis v. 1308: *προσειχόμην ὡς κισσὸς ἔρνεσι δρυός.*

v. 399. Plato Phaedon. p. 89 B: *οὔκ, ἄν γε ἐμοὶ πείθῃ.* Iphig. A. 519: *οὔκ, ἢν θάνῃ γε πρόσθε.*

v. 400. *ὡς οὐ μεθήσομαι*]

ΟΔ. ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μὴν τήνδ' ἄπειμ' αὐτοῦ λιπών.
ΠΟ. μῆτερ, πιθοῦ μοι· καὶ σύ, παῖ Λαερτίου,
χάλα τοκεῦσιν εἰκότως θυμουμένοις,
σύ τ', ὦ τάλαινα, τοῖς κρατοῦσι μὴ μάχου.
βούλει πεσεῖν πρὸς οὖδας, ἑλκῶσαί τε σὸν
γέροντα χρῶτα πρὸς βίαν ὠθουμένη,
ἀσχημονῆσαί τ' ἐκ νέου βραχίονος
σπασθεῖσ', ἃ πείσει; μὴ σύ γ'· οὐ γὰρ ἄξιον.
ἀλλ', ὦ φίλη μοι μῆτερ, ἡδίστην χέρα
δὸς καὶ παρειὰν προσβαλεῖν παρηΐδι·
ὡς οὔποτ' αὖθις, ἀλλὰ νῦν πανύστατον
ἀκτῖνα κύκλον θ' ἡλίου προσόψομαι.
τέλος δέχει δὴ τῶν ἐμῶν προσφθεγμάτων.
ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσ', ἄπειμι δὴ κάτω.
ΕΚ. ὦ θύγατερ, ἡμεῖς δ' ἐν φάει δουλεύσομεν.
ΠΟ. ἄνυμφος, ἀνυμέναιος, ὧν με χρῆν τυχεῖν.
ΕΚ. οἰκτρὰ σύ, τέκνον, ἀθλία δ' ἐγὼ γυνή.
ΠΟ. ἐκεῖ δ' ἐν ᾅδου κείσομαι χωρὶς σέθεν.
ΕΚ. οἴμοι τί δράσω; ποῖ τελευτήσω βίον;

Supple *ἴσθι*. Med. 596: *ὡς οὐ κρινοῦμαι τῶνδέ σοι τὰ πλείονα*, ubi v. Elmsleium.

v. 403. *χάλα*] Intransitive. Ion 637: *εἴκειν ὁδοῦ χαλῶντα τοῖς κακίοσιν*. Orest. 698: *εἰ δ' ἡσύχως τις αὐτὸς ἐντείνοντι μὲν Χαλῶν ὑπείκοι*. V. Iacobs. Animadvv. p. 5. — *τοκεῦσιν* de una Hecuba, *κρατοῦσι* de solo Ulixe. Poetarum enim et praesertim tragicorum hic est mos, ut, licet de uno tantum homine agant, pluralem tamen numerum ponant, quando significare volunt eandem rem aut de pluribus valere aut cum vi quadam pronuntiari. Cf. Gr. Gr. nostram § 97 annot. p. 431. V. C. Fr. R.

v. 408. *μὴ σύ γε* scil. *βούλου πεσεῖν κτέ*. Formula blande precantium, supplenda plerumque ex nexu locorum, quibus ponitur. Plene Euripides Med. 1056: *μὴ δῆτα, θυμέ, μὴ σύ γ' ἐργάσῃ τάδε*. Ion 1334: *Ι. καθαρὸς ἅπας τοι, πολεμίους ὃς ἂν κτάνῃ. Π. μὴ σύ γε· παρ' ἡμῶν δ' ἔκλαβ' οὓς ἔχω λόγους*. Cf. Phoen. 532. ibiq. Valck. Iph. A. 1460. Ion 439. Plat. de rep. I p. 345 B. al.

v. 412, quem liber Marcianus intra lineas literis minoribus scriptum habet a m. prima, suspectus est. Cfr. v. 435.

v. 416. *ὧν*] Scil. *ὑμεναίων*, quod ex adiectivo *ἀνυμέναιος* repetendum. Vide ad v. 23.

v. 419. *ποῖ τελευτήσω βίον;*] *Ποῖ*, i. e. *ἔς τι*. Cum enim Graeci dicant *ἔς τι τελευτᾶν* usque ad locum aliquem aut modum rem ad finem deducere, *τελευτᾶν* etiam cum iis adverbiis, quae motum in aliquem locum significant, potest iungi. Sic Troad. 1029: *ἵν' εἰδῇς, οἷ τελευτήσω λόγον*. Plato Symp. p. 181 E.: *τὸ γὰρ τῶν παίδων τέλος ἄδηλον οἷ τελευτᾷ κακίας καὶ ἀρετῆς ψυχῆς τε πέρι καὶ σώματος*. Aesch. Pers. 735: *πῶς τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾶν;* ubi cf. Blomf. in Addendis. Ceterum v. 419. 420

ΠΟ. δούλη θανοῦμαι, πατρὸς οὖσ' ἐλ
ΕΚ. ἡμεῖς δὲ πεντήκοντά γ' ἄμμοροι
ΠΟ. τί σοι πρὸς Ἕκτορ' ἢ γέροντ' εἴ
ΕΚ. ἄγγελλε πασῶν ἀθλιωτάτην ἐμέ.
ΠΟ. ὦ στέρνα μαστοί θ', οἵ μ' ἐθρέ
ΕΚ. ὦ τῆς ἀώρου, θύγατερ, ἀθλίας
ΠΟ. χαῖρ', ὦ τεκοῦσα, χαῖρε Κασάν
ΕΚ. χαίρουσιν ἄλλοι, μητρὶ δ' οὐκ
ΠΟ. ὅ τ' ἐν φιλίπποις Θρῃξὶ Πολύδ
ΕΚ. εἰ ζῇ γ'· ἀπιστῶ δ'· ὧδε πάντ
ΠΟ. ζῇ καὶ θανούσης ὄμμα συγκλῄ
ΕΚ. τέθνηκ' ἔγωγε, πρὶν θανεῖν,
ΠΟ. κόμιζ', Ὀδυσσεῦ, μ' ἀμφιθεὶ
ὡς πρὶν σφαγῆναί γ' ἐκτέτηκ
θρήνοισι μητρός, τήνδε τ' ἐκ

vereor ne spurii sint. Recte enim Nauckius *βίον* ineptum dicit nec multum proficitur eo quod idem vir doctus conicit *ποῖ τελευτήσω τάδε*; Praeterea sententia Hecubae *ἡμεῖς δὲ πεντήκοντά γ' ἄμμοροι (ἐσμέν) τέκνων* (421) verbis Polyxenae *χωρὶς σέθεν* (418) respondere videtur.

v. 421. Med. 1395: *στείχω, δισσῶν γ' ἄμορος τέκνων.* De numero Priami filiorum vid. Hom. Il. ω 496. coll. ζ 243. Athen. XIII p. 556. B. Verg. Aen. II 503.

v. 423. *ἄγγελλε — ἀθλιωτάτην ἐμέ*] Scil. *οὖσαν*. Sic infra v. 591: *ἀγγελθεῖσά μοι γενναῖος.* Cfr. Krueg. I § 56, 7, 3.

v. 425. Marklandi coniecturam (ad Iph. T. 1490) *ἀθλία* contra libros intulerat Porsonus, cum vulgo scriptum esset *ἀθλίας*, quod iure vindicavit Hermannus. Nam quod valde invenustum duplex epitheton videbatur doctis Anglis, ea de re aliter indicaverunt, quos optimos elegantiae arbitros auctoresque dicas, poetae veteres. Hipp. 668: *τάλανες ὦ κακοτυχεῖς γυναικῶν πότμοι.* 1272: *εὐάχητόν θ' ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον.* Aesch. S. c. Th. 864: *ἐρατῶν ἐκ βαθυκόλπων στηθέ-*

ων. Soph.
ἐχθρᾶς
XIII 85:
κόλπων
infinitum
commem
ment. crit.
τῆς Herm
1029.

v. 427.
conven
omnia
tur,
cit,
nae
mannus,
dam
cunque
utuntur
χαῖρ
qui
non
milia
Valck
618
Ἰοκ

ις,

εὐλογήσω;

λῳ

ι πήναις,

l 58. Eo autem maiorem haec minis pars gratiam habitura at, si, quo tempore edita est ecuba, recens eius rei memoria igebat. Itaque si quis audacior n coniectando sit, colligere hinc possit, quando acta sit haec fabula. Quanquam non is ego sum, cui, deficientibus aliis indiciis, hinc certi quidquam concludi posse videatur. Illa enim vel sic satis se commendasse civibus poetae patet. Similis est ratio eorum, quae inde a v. 466 scripsit de ornamentis pepli Minervae texendi, si forte Athenas captivae deducerentur. Spectant ea ad peplum Minervae Panathenaeorum festo deferri solitum, in quo potissimum res ab hac dea in certamine adversus Gigantas gestae, ipsa autem haud raro curru insidens (hinc v. 467 καλλίδιφρος, cf. Müller. de Phidia III p. 79) pingebatur. Cf. Iph. T. 222. Docte hunc morem post Meursium explicuerunt Boeckhius in libro de tragicis Gr. p. 198 sq. et Creuzerus Symbol. T. II p. 809 sqq.

v. 469. ἄρα pro ἆρα metri causa. Cfr. Krueg. II § 69, 9, 8.

ἅτε ποντοπόρους κομίζεις
θοὰς ἀκάτους ἐπ' οἶδμα λίμνας,
ποῖ με τὰν μελέαν πορεύσεις;
τῷ δουλόσυνος πρὸς οἶκον
κτηθεῖσ' ἀφίξομαι;
ἢ Δωρίδος ὅρμον αἴας,
ἢ Φθιάδος, ἔνθα καλλί-
στων ὑδάτων πατέρα
φασὶν Ἀπιδανὸν γύας λιπαίνειν;

(ἀντιστρ. α'.)

ἢ νάσων, ἁλιήρει
κώπᾳ πεμπομέναν τάλαιναν,

cum miserias reputans, et quem cuique dominum locumque servitii sors datura sit anquirens postrema flebiles de Troiae excidio lamentationes fundit. Ceterum facile fugiebat spectatores, v. 101 sq. sortitionem iam factam dici, ut id condonari debeat poetae copiam res populo gratas commemorandi quaerenti.

v. 446. *λίμνη*, quod proprie lacum significat, praeeunte Homero, tragici quoque de mari dixerunt, quorum locos collegit Valck. ad Hipp. 141.

v. 450. *Δωρίδα αἶαν*, Peloponnesum, quam *μεγάλαν Δωρίδα νᾶσον* vocat Soph. Oed. Col. 696. De Peloponneso loquens Strabo VIII p. 333 extr. *σχεδὸν δ' ἔτι καὶ νῦν*, inquit, *κατὰ πόλεις ἄλλοι ἄλλως διαλέγονται, δοκοῦσι δὲ δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν.* Idem de Apidano, Thessaliae fluvio, IX p. 432: *ὁ δ' Ἐνιπεὺς ἀπὸ τῆς Ὄθρυος παρὰ Φάρσαλον ῥυεὶς εἰς τὸν Ἀπιδανὸν καταβάλλει, ὁ δ' εἰς τὸν Πηνειόν.* Eurip. Iph. A. 713: *Ἀπιδανὸν ἀμφὶ ποταμὸν ἐν Φθίας ὅροις.* Cf. Herodot. VII 196. Herbidas eius ripas laudant Propertius I 3, 6. Ovid. Metam. VII 228. Simillimae laudes Lydiae fluvii *apud* Eurip. Bacch. 571.

v. 455—465. Delum insulam, natale Apollinis et Dianae solum, designat, ubi, si forte, *ἱεροδούλων* munere functura erat. Ordo et structura verborum talis est: *ἢ (πορεύσεις με) ἁλιήρει κώπᾳ πεμπομέναν τάλαιναν, οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν οἴκοις, νάσων ἔνθα* etc. De genetivo *νάσων*, qui ab *ἔνθα* pendet, vid. Krueg. I § 47, 10, 4. Frequens mentio palmae tum primum editae, ad quam Apollinem peperisse dicebatur Latona: v. Hom. Hymn. I (in Apoll. Del.) 117 *ἀμφὶ δὲ φοίνικι βάλε πήχεε, γοῦνα δ' ἔρεισε λειμῶνι μαλακῷ*, Theogn. 5. Eurip. Iph. T. 1099. Ion 919. cf. Spanh. ad Callim. Del. 210. Sacra arbor, qua Latona gaudebat adminiculo usa, cum partum a Iove conceptum eniteretur, dicitur *ἄγαλμα ὠδῖνος Δίας*; nam *ἄγαλμα* est *πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται.* Nicander apud Athen. II p. 52 E *φηγοὶ Πανὸς ἄγαλμα.* Cf. Boeckh. Corp. Inscript. Vol. I Fasc. I p. 7. Pro *φίλᾳ* fortasse *φίλον* scribendum. — v. 464. Particula *τε* non suum locum tenet, qui erat post *χρυσέαν*: reiecta est autem post voc. *Ἀρτέμιδος* more haud infrequenti, quem illustravit Matthiaeus. De v. *ἄμπυξ* Schol. *κυρίως κόσμος τις χρυσῷ καὶ λίθοις πεποικιλμένος, ὃν περὶ*

οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν οἴκοις,
ἔνθα πρωτόγονός τε φοῖνιξ
δάφνα θ' ἱεροὺς ἀνέσχε
πτόρθους Λατοῖ φίλᾳ,
ὠδῖνος ἄγαλμα Δίας;
σὺν Δηλιάσιν τε κούραις
Ἀρτέμιδός τε θεᾶς
χρυσέαν ἄμπυκα τόξα τ' εὐλογήσω;

(στρ. β'.)

ἢ Παλλάδος ἐν πόλει
τᾶς καλλιδίφρου θεᾶς
ναίουσ' ἐν κροκέῳ πέπλῳ
ζεύξομαι ἆρα πώλους,
ἐν δαιδαλέαισι ποι-
κίλλουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις,
ἢ Τιτάνων γενεάν,

τὰς κεφαλὰς αἱ γυναῖκες φοροῦσιν. — Hactenus de verborum interpretatione: nunc videndum, quam poeta rationem secutus sit in commemoratione locorum, ubi servitium se toleraturas Troianae mulieres augurantur. Ac Peloponnesi quidem et Phthiae propter Agamemnonem et Achillem vel potius Neoptolemum mentionem iniectam esse nemo non intellegit; cf. Schol. ad v. 447. 450 ed. Diud. Illud dubitari potest, num recte propter Agamemnonem Delum quoque commemoratam dicat Schol. ad v. 455, provocans ad notissimum Homeri versum, Il. β 108, de quo confer Thucyd. I 9. Nam qualecunque fuerit illud multarum insularum imperium, tamen Delum Mycenarum regi subiectam fuisse non credibile est. Morem scenae Atticae praesertim Euripidis qui cognoverit non dubitabit, quin civibus suis hoc tribuerit poeta, a quibus post lustratam Ol. LXXXVIII 3 Delum renovata erant sacra Deliaca ludique gymnici et musici. Cf. Thucyd. III 104. Diod. Sic. XII 58. Eo autem maiorem haec carminis pars gratiam habitura erat, si, quo tempore edita est Hecuba, recens eius rei memoria vigebat. Itaque si quis audacior in coniectando sit, colligere hinc possit, quando acta sit haec fabula. Quanquam non is ego sum, cui, deficientibus aliis indiciis, hinc certi quidquam concludi posse videatur. Illa enim vel sic satis se commendasse civibus poetae patet. Similis est ratio eorum, quae inde a v. 466 scripsit de ornamentis pepli Minervae texendi, si forte Athenas captivae deducerentur. Spectant ea ad peplum Minervae Panathenaeorum festo deferri solitum, in quo potissimum res ab hac dea in certamine adversus Gigantas gestae, ipsa autem haud raro curruі insidens (hinc v. 467 *καλλίδιφρος*, cf. Müller. de Phidia III p. 79) pingebatur. Cf. Iph. T. 222. Docte hunc morem post Meursium explicuerunt Boeckhius in libro de tragicis Gr. p. 193 sq. et Creuzerus Symbol. T. II p. 809 sqq.

v. 469. *ἆρα* pro *ἄρα* metri causa. Cfr. Krueg. II § 69, 9, 8.

τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ
κοιμίζει φλογμῷ Κρονίδας;

(ἀντιστρ. β΄.)

ὤμοι τεκέων ἐμῶν,
ὤμοι πατέρων χθονός θ',
ἃ καπνῷ κατερείπεται
τυφομένα, δορίκτη-
τος Ἀργείων· ἐγὼ δ'
ἐν ξείνᾳ χθονὶ δὴ κέκλημαι
δούλα, λιποῦσ' Ἀσίαν,
Εὐρώπας θεράπναν
ἀλλάξασ', Ἅιδα θαλάμους.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

ποῦ τὴν ἄνασσαν δή ποτ' οὖσαν Ἰλίου
Ἑκάβην ἂν ἐξεύροιμι, Τρῳάδες κόραι;
ΧΟ. αὕτη πέλας σου νῶτ' ἔχουσ' ἐπὶ χθονί,
Ταλθύβιε, κεῖται, ξυγκεκλῃμένη πέπλοις.
ΤΑ. ὦ Ζεῦ, τί λέξω; πότερά σ' ἀνθρώπους ὁρᾶν;
ἢ δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην

v. 479. *δορίκτητος Ἀργείων* eadem ratione explicandum qua *οὖσα, γενομένη Ἀργείων* dicitur.

v. 482 sq. *Εὐρώπας . . θαλάμους*] Chorus dicit: 'domicilium Europae mutavi, ubi ut in Orco habitabo'. *ἀλλάσσειν, ἀμείβειν τόπον*, locum mutare, et de loco quem relinquas et de loco quo migres intellegi potest.

v. 484. Troad. 506: *ἄγετε τὸν ἁβρὸν δή ποτ' ἐν Τροίᾳ πόδα.* 1277: *ὦ μεγάλα δή ποτ' ἀμπνέουσ' ἐν βαρβάροις.* Suppl. 1130: *ἀντὶ σωμάτων εὐδοκίμων δή ποτ' ἐν Μυκήναις.* Quibus locis omnibus eadem ratio particulae *δὴ* videtur, ac cum superlativis subicitur.

v. 486. *νῶτ' ἔχουσ' ἐπὶ χθονί*] Scilicet collapsam ad tantam malorum gravitatem excepisse Troianas mulieres ac supinam reclinasse cogitandum est.

v. 488. *ὁρᾶν*] Animadvertere, *sic* ut aut puniat merentes aut remuneretur. Cf. Soph. Oed. C. 279. Matthiae. Misc. Philol. Vol. II P. I p. 9.

v. 489. Paullo durius, neque tamen sine exemplo, quod in altero sententiae membro subiectum mutavit, ut ad *κεκτῆσθαι* non *σέ*, sed *ἀνθρώπους* cogitatione repetendum sit, nisi *μάτην* interpretationis causa vocabuli *ἄλλως* adscriptum est et *κεκτῆσθαι βροτοὺς* recipi debet ex schol. B *ἢ τὴν δόξαν ταύτην ἢ τὴν ὑπόληψιν μάταια κεκτῆσθαι τοὺς βροτούς κτέ.* Deinde ex more tragici sermonis cumulantur similis verba significationis, *ἄλλως, μάτην, ψευδῆ*, cf. v. 626. Participium autem *δοκοῦντας* explicandis illis, *τήνδε δόξαν*, inservit. Sic apud Isocr. Phil. § 89: *οἶμαι δὲ τῶν μὲν ἄλλων εἴ τισι δόξειε περὶ τῆς στρατείας τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν συμβουλεύειν, ἐπὶ ταύτην ἂν ἐπιπεσεῖν τὴν παρά-*

ψευδῆ, δοκοῦντας δαιμόνων εἶναι γένος,
τύχην δὲ πάντα τἀν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν;
οὐχ ἥδ' ἄνασσα τῶν πολυχρύσων Φρυγῶν;
οὐχ ἥδε Πριάμου τοῦ μέγ' ὀλβίου δάμαρ;
καὶ νῦν πόλις μὲν πᾶσ' ἀνέστηκεν δορί,
αὐτὴ δὲ δούλη, γραῦς, ἄπαις, ἐπὶ χθονὶ
κεῖται κόνει φύρουσα δύστηνον κάρα.
φεῦ φεῦ. γέρων μέν εἰμ'· ὅμως δέ μοι θανεῖν
εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί.
ἀνίστασ', ὦ δύστηνε, καὶ μετάρσιον
πλευρὰν ἔπαιρε καὶ τὸ πάλλευκον κάρα.
ΕΚ. ἔα· τίς οὗτος σῶμα τοὐμὸν οὐκ ἐᾷς
κεῖσθαι; τί κινεῖς μ', ὅστις εἶ, λυπουμένην;
ΤΑ. Ταλθύβιος ἥκω, Δαναϊδῶν ὑπηρέτης,
Ἀγαμέμνονος πέμψαντος, ὦ γύναι, μέτα.
ΕΚ. ὦ φίλτατ', ἆρα κἄμ' ἐπισφάξαι τάφῳ
δοκοῦν Ἀχαιοῖς ἦλθες; ὡς φίλ' ἂν λέγοις.
σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν, ἡγοῦ μοι, γέρον.
ΤΑ. σὴν παῖδα κατθανοῦσαν ὡς θάψῃς, γύναι,
ἥκω μεταστείχων σε· πέμπουσιν δέ με
δισσοί τ' Ἀτρεῖδαι καὶ λεὼς Ἀχαικός.
ΕΚ. οἴμοι, τί λέξεις; οὐκ ἄρ' ὡς θανουμένους

κλησιν, λέγοντας etc. de antidosi § 69: τούτου δ' ἕνεκα ταύτην ἐποιησάμην τὴν ὑπόθεσιν, ἡγούμενος ἐκ τοῦ παραινεῖν τήν τε διάνοιαν τὴν ἐκείνου μάλιστ' ὠφελήσειν καὶ τὸν τρόπον τὸν ἐμαυτοῦ τάχιστα δηλώσειν. Cf. Heindorf ad Plat. Phaedon. § 5, ad Theaet. § 22.

v. 490. Cum non quaeratur, dei num sint, sed num res humanas curent, Nauckius recte videtur hunc v. eiecisse.

v. 496. κεῖται] De Achille ereptae Briseidis luctu oppresso Hom. Il. β 688: κεῖτο γὰρ ἐν νήεσσι ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς Κούρης χωόμενος Βρισηΐδος ἠϋκόμοιο. Eurip. Med. 24. Suppl. 22. Lugentium etiam illud, quod sequitur, κόνει φύρουσα δύστηνον κάρα. Catull. LXIV 224: *Canitiem terra atque infuso pulvere foedans.*

v. 497. Senex quidem sum, inquit, ut vel in extremis miseriis illud praesto sit solatium, propinquam esse mortem omnibus malis liberaturam; tamen tam gravis est Hecubae fortuna, ut mori cupiam, antequam similem malorum acerbitatem experiar.

v. 501. τίς οὗτος — οὐκ ἐᾷς] Apte Porsonus comparat Hom Il. κ 82: τίς δ' οὗτος κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν ἔρχεαι οἶος;

v. 504. πέμψαντος] Subaudi με, et mox μέτα, sc. σέ. De vi praepositionis huius vid. Med. 6, Alc. 46, Soph. Phil. 343, Krueg. II § 68, 27b, 2.

v. 511. τί λέξεις;] Falluntur qui futurum pro praesente positum putant. Vid. Krueg. II § 53,

μετῆλθες ἡμᾶς, ἀλλὰ σημανῶν κακά;
ὄλωλας, ὦ παῖ, μητρὸς ἁρπασθεῖσ' ἄπο·
ἡμεῖς δ' ἄτεκνοι τοὐπί σ'· ὦ τάλαιν' ἐγώ.
πῶς καί νιν ἐξεπράξατ'; ἆρ' αἰδούμενοι;
ἢ πρὸς τὸ δεινὸν ἤλθεθ' ὡς ἐχθράν, γέρον,
κτείνοντες; εἰπέ, καίπερ οὐ λέξων φίλα.

ΤΑ. *διπλᾶ με χρῄζεις δάκρυα κερδᾶναι, γύναι,*
σῆς παιδὸς οἴκτῳ· νῦν τε γὰρ λέγων κακὰ
τέγξω τόδ' ὄμμα, πρὸς τάφῳ θ', ὅτ' ὤλλυτο.
παρῆν μὲν ὄχλος πᾶς Ἀχαιικοῦ στρατοῦ
πλήρης πρὸ τύμβου σῆς κόρης ἐπὶ σφαγάς·
λαβὼν δ' Ἀχιλλέως παῖς Πολυξένην χερὸς
ἔστησ' ἐπ' ἄκρου χώματος, πέλας δ' ἐγώ·
λεκτοί τ' Ἀχαιῶν ἔκκριτοι νεανίαι
σκίρτημα μόσχου σῆς καθέξοντες χεροῖν
ἕσποντο· πλῆρες δ' ἐν χεροῖν λαβὼν δέπας
πάγχρυσον αἴρει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως
χοὰς θανόντι πατρί· σημαίνει δέ μοι

7, 1. Locutio apud Euripidem usitata (infra 712, 1124, Hel. 780, Hipp. 353, Ion 1113, Med. 1310, Phoen. 1274) ex vulgari sermone accepta videtur.

v. 514. *τοὐπί σ'*] I. e. *τοὐπὶ σέ*, quod attinet ad te. Orest. 1345 (1338): *Σώθηθ', ὅσον γε τοὐπ' ἔμ'*, ubi v. Porson.

v. 515. Usum particulae *καὶ* post interrogativa illa *τίς, πῶς, ποῖ, ποῦ, ποῖος* illustravit Porsonus ad Phoen. 1373. Aliud exemplum est in hac fabula v. 1064: *ποῖ καί με φυγᾷ Πτώσσουσι μυχῶν*; cf. 1201. Hippol. 1171: *πῶς καὶ διώλετ', εἰπέ.* His locis facile animadvertis quendam interrogationi vigorem addi interposita particula.

v. 518. *κερδᾶναι*] Formam hanc damnavisse videntur Atticistae, sed exemplis confirmavit Elmsleius ad Soph. Oed. Col. 72.

v. 520. *πρὸς τάφῳ θ', ὅτ' ὤλλυτο*] Scil. *ἔτεγξα.* Isocrates Phil. § 95: *τὸ μὲν τοίνυν μέγιστον, σὺ μὲν τοὺς Ἕλληνας εὔνους ἕξεις, — ἐκεῖνοι δὲ διὰ τὰς δεκαδαρχίας τὰς ἐπὶ Λακεδαιμονίων ὡς οἷόν τε δυσμενεστάτους*, scil. *εἶχον.* Vide ad v. 57.

v. 524. *πέλας δ' ἐγώ*] Intellege *ἔστην.* In summo tumulo ut consistat, inferias Clytaemnestrae missura Helena filiam hortatur, Or. 116: *καὶ στᾶσ' ἐπ' ἄκρου χώματος λέξον τάδε.*

v. 528. *αἴρει* habet optimus liber Marc. a prima manu; plerique *ἔρρει*, quod locis quales sunt Theocr. V 124 *Ἱμέρα ἀνθ' ὕδατος ῥείτω γάλα*, 126 *ῥείτω χἀ Συβαρῖτις ἐμὶν μέλι* defendi nullo pacto potest. Ne *αἴρει* quidem satis aptum esse et repetitum *χειρί* offendere recte monet Dindorfius. Fortasse *πάγχρυσον ἄρδην ἔχεε παῖς* scriptum fuit, quocum comparare licet Soph. Ant. 430 *ἔκ τ' εὐκροτήτου χαλκέας ἄρδην πρόχου χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει.*

σιγὴν Ἀχαιῶν παντὶ κηρῦξαι στρατῷ
κἀγὼ καταστὰς εἶπον ἐν μέσοις τάδε·
σιγᾶτ', Ἀχαιοί, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς·
σίγα, σιώπα· νήνεμον δ' ἔστησ' ὄχλον.
ὁ δ' εἶπεν, ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμός,
δέξαι χοάς μου τάσδε κηλητηρίους,
νεκρῶν ἀγωγούς· ἐλθὲ δ', ὡς πίῃς μέλαν
κόρης ἀκραιφνὲς αἷμ', ὅ σοι δωρούμεθα
στρατός τε κἀγώ· πρευμενὴς δ' ἡμῖν γενοῦ,
λῦσαί τε πρύμνας καὶ χαλινωτήρια
νεῶν δὸς ἡμῖν, πρευμενοῦς τ' ἀπ' Ἰλίου
νόστου τυχόντας πάντας ἐς πάτραν μολεῖν.
τοσαῦτ' ἔλεξε, πᾶς δ' ἐπηύξατο στρατός.
εἶτ' ἀμφίχρυσον φάσγανον κώπης λαβὼν
ἐξεῖλκε κολεοῦ, λογάσι δ' Ἀργείων στρατοῦ
νεανίαις ἔνευσε παρθένον λαβεῖν.
ἡ δ', ὡς ἐφράσθη, τόνδ' ἐσήμηνεν λόγον·
ὦ τὴν ἐμὴν πέρσαντες Ἀργεῖοι πόλιν,
ἑκοῦσα θνήσκω· μή τις ἅψηται χροὸς
τοὐμοῦ· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.
ἐλευθέραν δέ μ', ὡς ἐλευθέρα θάνω,
πρὸς θεῶν μεθέντες κτείνατ'· ἐν νεκροῖσι γὰρ
δούλη κεκλῆσθαι βασιλὶς οὖσ' αἰσχύνομαι.

v. 534. ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμός] O fili Pelei, idemque pater meus. Cfr. Soph. Oed. Col. 1275: ὦ σπέρματ' ἀνδρὸς τοῦδ', ἐμαὶ δ' ὁμαίμονες. Vid. Elmsleium ad Med. 940.

v. 535. De δέχεσθαί τινος cfr. Krueg. II § 46. 1, 7.

v. 536. νεκρῶν ἀγωγούς] Cfr. Aristoph. Av. 1555 ψυχαγωγεῖ Σωκράτης· ἔνθα καὶ Πείσανδρος . . λαιμοὺς τεμὼν ὥσπερ ποθ' οὐδυσσεὺς καθῆτο κἀτ' ἀνῆλθ' αὐτῷ κάτωθεν πρὸς τόδ' αἷμα τῆς καμήλου Χαιρεφῶν.

v. 537. ἀκραιφνὲς] Iphig. A. 1574: ἄχραντον αἷμα καλλιπαρθένου δέρης. Philostr. V. A. IV 25 p. 166: τὰ γὰρ καλὰ τῶν σωμάτων καὶ νέα σιτεῖσθαι ἐνόμιζεν, ἐπειδὴ ἀκραιφνὲς αὐτοῖς τὸ αἷμα. Id. Imagg. II 9 p. 67: τοῦ δὲ αἵματος ἀκραιφνοῦς ὄντος τὸ μὲν τὰ ὅπλα χραίνει, τὸ δὲ αὐτόν.

v. 546. ἐφράσθη] συνῆκεν, ἔγνω, ἐνόησεν. Hesych. φρασθεὶς eodem significatu ex Herod. VII 46 adfert Hermannus.

v. 550. Sententiam corrumpit emendatio Elmsleii ad Heracl. 559 ὡς ἐλευθέρως θάνω. Nam ἐλευθέρως θανεῖν, hoc est mori ut liberum decet, etiam ei licet, qui vinculis constrictus ad mortem ducitur. Libera autem sive ἐλευθέρα non morietur, nisi quae, demptis illis servitii signis, rursus sui iuris facta sit.

v. 552. De infinitivo κεκλῆσθαι post αἰσχύνομαι cfr.

λαοὶ δ' ἐπερρόθησαν, Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ
εἶπεν μεθεῖναι παρθένον νεανίαις.
[οἱ δ', ὡς τάχιστ' ἤκουσαν ὑστάτην ὄπα,
μεθῆκαν, οὗπερ καὶ μέγιστον ἦν κράτος.]
κἀπεὶ τόδ' εἰσήκουσε δεσποτῶν ἔπος,
λαβοῦσα πέπλους ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος
ἔρρηξε λαγόνος ἐς μέσον παρ' ὀμφαλόν,
μαστούς τ' ἔδειξε στέρνα θ' ὡς ἀγάλματος
κάλλιστα· καὶ καθεῖσα πρὸς γαῖαν γόνυ
ἔλεξε πάντων τλημονέστατον λόγον·
ἰδού, τόδ' εἰ μὲν στέρνον, ὦ νεανία,
παίειν προθυμεῖ, παῖσον, εἰ δ' ὑπ' αὐχένα
χρῄζεις, πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε.
ὁ δ' οὐ θέλων τε καὶ θέλων οἴκτῳ κόρης
τέμνει σιδήρῳ πνεύματος διαρροάς·
κρουνοὶ δ' ἐχώρουν. ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμων πεσεῖν,
κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.

Krueg. I § 55, 3, 18. Sensus est: nolim serva vocari, qnae regia stirpe nata sum.

v. 555. Recte hos versus et ipsos futilissimos et rectam narrationis continuatiouem perturbantes post Jacobsium exercit. crit. in ant. script. T. I p. 25 Matthiaeus ab interpolatoris manu profectos iudicavit.

v. 558. Verba *ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος* coniunge cum verbo *ἔρρηξε*, *ἐπωμίδα* intellege propter *λαγόνος ἐς μ. π. ο.* non vestimentum, sed corporis partem cl. Poll. II 133 *κλειδῶν τὸ μὲν πρὸς ὠμοπλάτας ἐπωμίς.*

v. 560. Pulcri homines haud raro cum statuis sive *ἀγάλμασι* comparantur. Plato Charmid. p. 154 C: *ἀλλὰ πάντες ὥσπερ ἄγαλμα ἐθεῶντο αὐτόν.* Phaedr. p. 251 A: *θύοι ἂν ὡς ἀγάλματι καὶ θεῷ τοῖς παιδικοῖς.* Philostratus de Vit. Soph. II p. 612: *καὶ γὰρ ἐπίχαρις καὶ ἀγαλματίας, οἷα ἔφηβοι* (f. *ἔφηβος*). Cf. Heroic. cap. XVII p. 725. Achill. Tat. V 11, p. 113, 12.

v. 562. *τλημονέστατον*, fortissimum. Vid. Elmsl. ad Heracl. 570.

v. 569. *εὐσχήμων* servavit Plinius epist. IV 11, 9 idemque in suo libro legit auctor libri alicuius in Herculan. papyris conservati, quorum ex 831 col. 1 locum *θνήσκουσα ὅμως πρόνοιαν εἶχε μήποτε ἀσχήμων πεσεῖν* protulit Gomperz. Beitr. z. Krit. und Erkl. griech. Schriftst. II. z. Eur. p. 13. Libri Euripidis plerique habent barbaram formam *εὐσχήμως*, auctoritate Et. M. 398, 19 *εὔσελμος τροπῇ τοῦ α εἰς ος ὡς σχῆμα εὔσχημος* et Gud. 221, 40 haud satis probatam; alii *εὐσχημόνως.*

v. 569—570. Hoc quoque, iure notatum ut *κακόζηλον* ab Hermogene p. 75, 40 Ald., imitatus est, qui in tota de Polyxena narratione Euripidem expressit, Ovidius Met. XIII 479: *Tunc quoque cura fuit partes*

ἐπεὶ δ' ἀφῆκε πνεῦμα θανασίμῳ σφαγῇ,
οὐδεὶς τὸν αὐτὸν εἶχεν Ἀργείων πόνον·
ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν τὴν θανοῦσαν ἐκ χερῶν
φύλλοις ἔβαλλον, οἱ δὲ πληροῦσιν πυρὰν
κορμοὺς φέροντες πευκίνους, ὁ δ' οὐ φέρων
πρὸς τοῦ φέροντος τοιάδ' ἤκουεν κακά·
ἕστηκας, ὦ κάκιστε, τῇ νεάνιδι
οὐ πέπλον οὐδὲ κόσμον ἐν χεροῖν ἔχων;
οὐκ εἶ τι δώσων τῇ περίσσ' εὐκαρδίῳ
ψυχήν τ' ἀρίστῃ; τοιάδ' ἀμφὶ σῆς λέγω
παιδὸς θανούσης· εὐτεκνωτάτην δέ σε
πασῶν γυναικῶν δυστυχεστάτην θ' ὁρῶ.

ΧΟ. δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσε
πόλει τε τἠμῇ θεῶν ἀναγκαῖον τόδε.

velare tegendas, Cum caderet, castique decus servare pudoris. Euripidea etiam Achilli Tatio ob oculos versabantur IV 9 p. 89, 26: ἡ δὲ προσεπάλαιεν ἡμῖν, οὐδὲν φροντίζουσα κρύπτειν ὅσα γυνὴ μὴ ὁρᾶσθαι θέλει.

v. 574. De φυλλοβολίᾳ, qua favorem suum qui certamina spectabant victoribus testabantur, egregius est locus Eratosthenis ap. Schol. ad h. l., cuius non immemor fuit hunc morem illustrans Casaubonus ad Sueton. Ner. 25: Ἐρατοσθένης περὶ τῆς φυλλοβολίας φησί ὡς πάλαι, χωρὶς ἄθλων ἀγωνιζομένων ἀνθρώπων, τῷ νικήσαντι καθάπερ ἔρανον εἰσφέροντες ἔρριπτον τῶν θεατῶν ὅπως ἕκαστος ηὐπόρει. διὸ δὴ σύνηθες ἐγίνετο κύκλῳ περιπορευόμενον ἐπαγείρειν καὶ λαμβάνειν τὸ διδόμενον. οἱ μὲν οὖν ἐμπορευόμενοι διάφορα δῶρα τῶν δὲ λοιπῶν (haec corrupta sunt), οἱ μὲν ἐγγὺς καθήμενοι στεφάνους ἐπετίθεσαν, οἱ δὲ ἀνωτέρω, τοῦτο ὅπερ ἦν λοιπόν, ἔβαλλον τοῖς ἄνθεσι καὶ φύλλοις. Cf. Boeckh. Explicatt. Pind. p. 329.

v. 575. Similia de Persis virum principem Acanthi mortuum honorantibus narrat Herod. VII 117 ἐτυμβοχόεε δὲ πᾶσα ἡ στρατιή.

v. 576. κακά] Probra, convicia. Soph. Phil. 374: κἀγὼ χολωθεὶς εὐθὺς ἤρασσον κακοῖς Τοῖς πᾶσιν. Aristoph. Nub. 1373: ἀλλ' εὐθὺς ἐξαράττω Πολλοῖς κακοῖς κᾀσχροῖσι. Eurip. Alc. 704: εἰ δ' ἡμᾶς κακῶς Ἐρεῖς, ἀκούσει πολλὰ κοὐ ψευδῆ κακά. Cf. ad Med. 465.

v. 580. λέγω Heathius parum commode. Libri habent λέγων vel λέγον, unde Reiskius et Erfurdtius λέγων . . θανούσης εὐτεκνωτάτην τέ σε . . ὁρῶ, Nauckius λέγων . . θανούσης δυστυχεστάτην (aliquot libri θ' omittuut) ὁρῶ πασῶν γυναικῶν, εὐτεκνωτάτην δὲ σέ, elegantius Heimsoethius τοιάδ' ἀμφὶ σοῦ ἔλεγον τέκνου θανόντος. Lacunosus videtur locus, nisi scribendum est τοιάδ' ἀμφὶ σῆς κλύων παιδὸς θανούσης εὐτεκνωτάτην λέγω π. γ., δυστυχεστάτην δὲ σέ.

v. 583. ἐπέζεσε] H. l. explicat Etym. M. p. 355, 12. Aristoph. Ach. 321: οἷος αὖ μέλας τις ὑμῖν θυμάλωψ ἐπέζεσεν. Coniungenda esse, δεινόν τι πῆμα τόδε ἀναγκαῖον θεῶν ἐπέζεσεν monuit Hermannus.

ΕΚ. ὦ θύγατερ, οὐκ οἶδ᾿ εἰς ὅ τι βλέψω κακῶν
πολλῶν παρόντων· ἢν γὰρ ἅψωμαί τινος,
τόδ᾿ οὐκ ἐᾷ με, παρακαλεῖ δ᾿ ἐκεῖθεν αὖ
λύπη τις ἄλλη διάδοχος κακῶν κακοῖς.
καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν ὥστε μὴ στένειν πάθος
οὐκ ἂν δυναίμην ἐξαλείψασθαι φρενός·
τὸ δ᾿ αὖ λίαν παρεῖλες ἀγγελθεῖσά μοι
γενναῖος. οὔκουν δεινόν, εἰ γῆ μὲν κακὴ
τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν εὖ στάχυν φέρει,
χρηστὴ δ᾿ ἁμαρτοῦσ᾿ ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν
κακὸν δίδωσι καρπόν· ἄνθρωποι δ᾿ ἀεὶ
ὁ μὲν πονηρὸς οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακός,
ὁ δ᾿ ἐσθλὸς ἐσθλός, οὐδὲ συμφορᾶς ὕπο
φύσιν διέφθειρ᾿, ἀλλὰ χρηστός ἐστ᾿ ἀεί.
ἆρ᾿ οἱ τεκόντες διαφέρουσιν, ἢ τροφαί;
ἔχει γε μέντοι καὶ τὸ θρεφθῆναι καλῶς
δίδαξιν ἐσθλοῦ· τοῦτο δ᾿ ἤν τις εὖ μάθῃ,
οἶδεν τό γ᾿ αἰσχρὸν κανόνι τοῦ καλοῦ μαθών.

v. 588. *διάδοχος κακῶν κακοῖς*] I. e. *ἢ διαδέχεται κακὰ κακοῖς*, quae excipit mala ex malis. Cf. Krueg. II § 47, 26, 7.

v. 591. *τὸ δ᾿ αὖ λίαν*] Supplere possis *στένειν*, sed non opus. Sic in Antiopa fr. 208 N. *αἰδεῖσθαι δὲ χρή, Γύναι, τὸ λίαν καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον.* Phoen. 584: *μέθετον τὸ λίαν.*

v. 592—602. Parum opportune, meo quidem iudicio, digreditur in locum e media philosophia repetitum, utrum natura virtus an disciplina gigni videatur: quem locum tetigit etiam in Suppl. v. 911 sqq. Electr. 367 sqq. et alibi; suo more tractavit Plato aliique, quos commemorat Boeckhius in Plat. Min. et Legg. p. 45. Quanquam eius modi *ματαιολογιῶν* plenae fabulae Euripideae. Voluit autem, nisi fallor, refutare eam opinionem, quae disciplinae vim ad animum virtute imbuendum tolleret: sed id propter Polyxenae in morte obeunda constantiam, unde facilius quod confirmaret vulgi opinionem quam quod elevaret peti poterat, ita aggressus est, ut quadam cum indignatione mirantem faceret Hecubam, quod alia agri, alia hominum esset conditio, neque bonae aut malae res in hominum ingenia eandem vim haberent atque in segetis prosperitatem. Adiunxit autem certe quid esset honestum disci posse liberali institutione: quod si quis recte percepisset, comparata specie honesti, quid esset turpe ignorare non posse.

v. 595. *ἄνθρωποι* pro *ἀνθρώποις* restituit Hermannus. Etiam elegantius idem *ἐν βροτοῖς δ᾿ ἀεί* coniecit, unde superscripta interpretatione *ἀνθρώποις* facile lectio librorum orta esse potest.

v. 601 sq. Notanda repetitio verbi *μαθεῖν* in extremo versu: quo quidem in genere, ne quid librariorum culpa commissum existimes, paullo neglegentiorem fuisse Euripidem semel monendum est. Nam ne illa quidem

καὶ ταῦτα μὲν δὴ νοῦς ἐτόξευσεν μάτην·
σὺ δ' ἐλθὲ καὶ σήμηνον Ἀργείοις τάδε,
μὴ θιγγάνειν μοι μηδέν', ἀλλ' εἴργειν ὄχλον,
τῆς παιδός. ἔν τοι μυρίῳ στρατεύματι
ἀκόλαστος ὄχλος ναυτική τ' ἀναρχία
κρείσσων πυρός, κακὸς δ' ὁ μή τι δρῶν κακόν.
σὺ δ' αὖ λαβοῦσα τεῦχος, ἀρχαία λάτρι,
βάψασ' ἔνεγκε δεῦρο ποντίας ἁλός,
ὡς παῖδα λουτροῖς τοῖς πανυστάτοις ἐμὴν
νύμφην τ' ἄνυμφον παρθένον τ' ἀπάρθενον
λούσω προθῶμαί θ'· ὡς μὲν ἀξία, πόθεν;
οὐκ ἂν δυναίμην· ὡς δ' ἔχω· τί γὰρ πάθω;

multis in locis valet excusatio, quam indicavit Reisig. Comment. crit. ad Soph. Oed. Col. p. 186.

v. 603. *ἐτόξευσεν*] Eleganter cum telo comparatur oratio. Aesch. Suppl. 446: *καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια.* Soph. Antig. 1084: *τοιαῦτά σου, λυπεῖς γάρ, ὥστε τοξότης Ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα.* Eurip. Suppl. 456: *καὶ ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τάδ' ἐξηκόντισα.*

v. 605. Verba *ἀλλ' εἴργειν ὄχλον* posita sunt *διὰ μέσου,* ut loquuntur grammatici. Sic in hac fabula v. 919: *πόσις ἐν θαλάμοις ἔκειτο, Ξυστὸν δ' ἐπὶ πασσάλῳ, Ναύταν οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον.* cf. 699, 704. Androm. 974: *ὡς φίλων μὲν ἂν Γήμαιμ' ἀπ' ἀνδρῶν, ἔκτοθεν δ' οὐ ῥάδιον, Φεύγων ἀπ' οἴκων ἃς ἐγὼ φεύγω φυγάς.* Helen. 1579: *ἔτ', ὦ ξέν', ἐς τὸ πρόσθεν, ἢ καλῶς ἔχει, Πλεύσωμεν;* Cf. Cycl. 121, 604. Tro. 627. Rhes. 565 sq. Lobeck. ad Aiac. p. 294. Fritzschii Quaest. Luc. p. 176.

v. 608. *κρείσσων πυρός*] Significat vim, quae aegre cohiberi possit. Androm. 271: *ἃ δ' ἔστ' ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω,* quo loco cum aliis similibus usus est Musgravius ad Soph. Philoct. 927. Cf. Orest. 696 sq.

v. 610. *βάψασα ποντίας ἁλός* dictum ut *πλήσασα ποντίας ἁλός.*

v. 612. Acutum quoddam genus loquendi, quo substantivis iunguntur adiectiva ab ipsis et *α στερητικῷ* composita. Talis est enim haec ratio, ut, quod rei nomen indideris, eius vim continuo tollas aut minuas certe, idemque et posse dici et non posse indices. Polyxenam *νύμφην ἄνυμφον* dicit Hecuba quia lavacrum parat filiae ut sponsae (cfr. Phoen. 347, Iph. T. 818), verum non nuptiale, sed funebre, *παρθένον ἀπάρθενον* autum, quia ex corpore virginis sensus et animus virginis evanuit. Alia quaeque eiusdemmodi, explicato genere in universum, notasse sufficiet: *γάμος ἄγαμος* Eur. Hel. 690. *δεσμὸς ἄδεσμος* Suppl. 32. *ὁδοὶ ἄνοδοι* Iph. T. 888. *πόλεμος ἀπόλεμος* Herc. 1133. *χάρις ἄχαρις* Iph. T. 566. (cf. Aesch. Prom. 544.)

v. 613. *προτίθεσθαι* vocabulum funebre. Phoen. 1318: *ὅπως Λούσῃ πρόθηταί τ' οὐκέτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν.* Cf. Suppl. 53. Philostr. Heroic. p. 721. Heeren. ad Menandr. de encom. p. 104.

v. 614. *τί γὰρ πάθω;*] Recte vertunt quid faciam? Proprie est: dubito, quid me fieri oporteat, aut quo animo esse debeam et quomodo affecta. Exempla huius formulae apud Euripidem annotavimus haec: Phoen. 895, ubi dixit de hac re Valckenarius;

κόσμον τ᾽ ἀγείρασ᾽ αἰχμαλωτίδων πάρα,
αἵ μοι πάρεδροι τῶνδ᾽ ἔσω σκηνωμάτων
ναίουσιν, εἴ τις τοὺς νεωστὶ δεσπότας
λαθοῦσ᾽ ἔχει τι κλέμμα τῶν αὑτῆς δόμων.
ὦ σχήματ᾽ οἴκων, ὦ ποτ᾽ εὐτυχεῖς δόμοι,
ὦ πλεῖστ᾽ ἔχων κάλλιστά τ᾽, εὐτεκνώτατε
Πρίαμε, γεραιά θ᾽ ἥδ᾽ ἐγὼ μήτηρ τέκνων,
ὡς ἐς τὸ μηδὲν ἥκομεν, φρονήματος
τοῦ πρὶν στερέντες. εἶτα δῆτ᾽ ὀγκούμεθα
ὁ μέν τις ἡμῶν πλουσίοις ἐν δώμασιν,
ὁ δ᾽ ἐν πολίταις τίμιος κεκλημένος.
τὰ δ᾽ οὐδέν· ἄλλως φροντίδων βουλεύματα

Androm. 513, Suppl. 257. Troad. 792. Usus est etiam Homerus Il. λ 404. cf. Anthol. Pal. V 111. interpp. ad Aristoph. Nub. 234.

v. 618. *κλέμμα* non solum significare potest quod quis per malam fraudem et iniuriam furatus est sed etiam quod furtim sive clam aliquo factum, ut non sit quod *κτῆμα* vel *λῆμμα* corrigamus.

v. 619. *ὦ σχήματ᾽ οἴκων*] Periphrasin pro *οἶκοι* esse docet Monkius ad Alc. 911. Sed fallitur. *Σχῆμα* enim primo quidem formam habitumque universe significat: tum aut egregiam formam, pulcritudinem, decus, ut hoc loco et initio Andromachae: *Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις*, aut deformitatem, tristitiam, squalorem, ut Alc. l. c. Id autem ipsum, quod contraria indicat, argumento est, non esse in ipso vocabulo hanc vim, sed traxisse aliquid ex tenore et conditione sententiarum. Soph. Antig. 1169: *καὶ ζῆ τύραννον σχῆμ᾽ ἔχων.* Xenoph. Oec. II 4: *εἰς δὲ τὸ σὸν σχῆμα, ὃ σὺ περιβέβλησαι, καὶ τὴν σὴν δόξαν, οὐδ᾽ εἰ τρὶς ὅσα νῦν κέκτησαι προσγένοιτό σοι, οὐδ᾽ ὣς ἂν ἱκανά μοι δοκεῖ εἶναί σοι.*

v. 620. Recte interpungitur post *κάλλιστά τε*: *πλεῖστα κάλλιστά τε* dictum ut *πολλά καὶ καλά*. Porsonus iungi volebat *κάλλιστα εὐτεκνώτατε*, sed, ut recte monuit Matth., neque *καλῶς εὔτεκνος* dicitur, et multo minus *κάλλιστα εὐτεκνώτατος*. Cf. Reisig. ad Soph. Oed. Col. p. 342.

v. 623. *ὀγκούμεθα*] Usitatum hoc verbum de fastu opulentiorum. El. 381: *οὔτ᾽ αὖ δοκήσει δωμάτων ὠγκωμένος.* Soph. Ai. 129: *μηδ᾽ ὄγκον ἄρῃ μηδέν᾽, εἴ τινος πλέον Ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάθει.* Mox *κεκλημένος* idem fere valet atque *ὤν*. cf. 480. Herc. 1291: *κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ Αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν.*

v. 626. *ἄλλως φρ. β.*] Vana opinionum commenta. Lucian. Phalar. I § 12: *εἰ μὴ κενὴ ἄλλως ὑπόσχεσις ταῦτά ἐστι.* de gymn. § 32: *λῆρος καὶ παιδιὰ ἄλλως.* Dio Chrysost. Or. LV p. 286 R.: *οἱ δὲ πολλοὶ μάτην οἴονται τὰ τοιαῦτα λέγεσθαι καὶ ὄχλον ἄλλως καὶ φλυαρίαν ἡγοῦνται.* Eurip. Cycl. 316: *ὁ πλοῦτος, ἀνθρωπίσκε, τοῖς σοφοῖς θεός· Τὰ δ᾽ ἄλλα κόμποι καὶ λόγων εὐμορφίαι.* Aelian. H. A. VII 1: *καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἄλλως κόμπος τὸ εἰρημένον, μάρτυς ὁ λόγος.* Ibid. VII 29: *οὐ μυθοποίημα οὐδὲ κόμπος ποιητικός.*

γλώσσης τε κόμποι. κεῖνος ὀλβιώτατος,
ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφή.)


ἐμοὶ χρῆν συμφοράν,
ἐμοὶ χρῆν πημονὰν γενέσθαι,
Ἰδαίαν ὅτε πρῶτον ὕλαν
Ἀλέξανδρος εἰλατίναν
ἐτάμεθ', ἅλιον ἐπ' οἶδμα ναυστολήσων
Ἑλένας ἐπὶ λέκτρα, τὰν
καλλίσταν ὁ χρυσοφαὴς
Ἅλιος αὐγάζει.

(ἀντιστροφή.)

πόνοι γὰρ καὶ πόνων
ἀνάγκαι κρείσσονες κυκλοῦνται.
κοινὸν δ' ἐξ ἰδίας ἀνοίας

v. 629. Canticum hoc ex Glyconeis versibus est aliisque, ut assolet, cognatis numeris compositum.

στρ. ἐπῳδός.



v. 627 sq. Ennianum '*nimium boni est, cui nil mali est*' comparavit Muretus.

v. 628. Quam ob causam Hecuba intus abeat (cfr. v. 665), ex v. 615 sq. apparet.

v. 629—657. Praedicat chorus utrique populo, Graecis et Troianis, communem exitii luctusque causam fuisse Paridis de tribus deabus iudicium deductasque ad petendum Helenae coniugium naves.

v. 629. Saepe ut hic adsignificatur verbo *χρῆναι* res fatalis (*εἱμαρμένον, πεπρωμένον*). De sententia conferre licet Hel. 229 *φεῦ φεῦ, τίς . . ἔτεμε τὰν δακρυόεσσαν Ἰλίῳ πεύκαν; ἔνθεν ὀλόμενον σκάφος συναρμόσας ὁ Πριαμίδας ἔπλευσε τὰν ἐμὰν ἐφ' ἑστίαν* et initium Medeae.

v. 635. *ἐπὶ λέκτρα*] vid. Krueg. I § 68, 42, 2.

v. 639. *ἀνάγκαι*] 'Mala servitutis', cf. Soph. Aiac. 485. Eurip. Andr. 132. Matthiaeus interpretatur 'calamitates fatales', quae non video quomodo satis recte *πόνοις* opponantur.

v. 640. *ἐξ ἰδίας ἀνοίας*] I. e. *ἐξ ἀνοίας ἰδιώτου*, Paridis. Sunt autem *κοινὸν* et *ἰδίας* opposita,

κακὸν τᾷ Σιμουντίδι γᾷ
ὀλέθριον ἔμολε, συμφορά τ' ἀπ' ἄλλων.
ἐκρίθη δ' ἔρις, ἂν ἐν Ἴ-
δᾳ κρίνει τρισσὰς μακάρων
παῖδας ἀνὴρ βούτας,

(*ἐπῳδός.*)

ἐπὶ δορὶ καὶ φόνῳ καὶ ἐμῶν μελάθρων λώβᾳ·
στένει δὲ καί τις ἀμφὶ τὸν εὔροον Εὐρώταν
Λάκαινα πολυδάκρυτος ἐν δόμοις κόρα,
πολιόν τ' ἐπὶ κρᾶτα μάτηρ
τέκνων θανόντων τίθεται χέρα,
δρύπτεταί τε παρειάν,
δίαιμον ὄνυχα τιθεμένα σπαραγμοῖς.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

γυναῖκες, Ἑκάβη ποῦ ποθ' ἡ παναθλία,
ἡ πάντα νικῶσ' ἄνδρα καὶ θῆλυν σπορὰν
κακοῖσιν; οὐδεὶς στέφανον ἀνθαιρήσεται.

ΧΟ. *τί δ', ὦ τάλαινα σῆς κακογλώσσου βοῆς;*
ὡς οὔποθ' εὕδει λυπρά σου κηρύγματα.

ut sensus sit, insaniam unius civis universam civitatem perdidisse.

v. 643. *ἀπ' ἄλλων* cum reticentia quadam dicitur, quia chorus veretur *deos* incusare; res ipsa declaratur verbis quae sequuntur *ἐκρίθη δ' ἔρις . . ἐπὶ . . ἐμῶν μελάθρων λώβᾳ.*

v. 644. *ἂν — κρίνει τρισσὰς μ. π.*] Constructionem illustrat Krueg. I § 46, 11. *Μακάρων παῖδας* nota circumscriptionis formula, ut *παῖδες Ἑλλάνων* v. 930.

v. 647. *ἐπὶ δορὶ καὶ — λώβᾳ*] Praepositio eventum indicat. Herc. 881: *ὡς ἐπὶ λώβᾳ.* Iph. A. 548: *ὅθι δὴ δίδυμ' Ἔρως ὁ χρυσοκόμας τόξ' ἐντείνεται χαρίτων, τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ, τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.* Aesch. Sept. 878: *δόμων ἐπὶ λύμῃ.*

v. 649. *στένει δὲ καί τις* etc.] ‚Multae etiam Graecarum mulierum lugent.' Ceterum non dubito, quin quaesita sit soni similitudo in verbis *εὔροον Εὐρώταν.*

v. 658. Famula, quam Hecuba, antequam ipsa ad apparandum funebrem ornatum Polyxenae in tentorium digrederetur, miserat, ut aquam afferret (cf. v. 609), nunc redit secum portans veste amictum Polydori cadaver, quod a mari eiectum susceperat.

v. 661. *ὦ τάλαινα — βοῆς*] Orest. 1286: *ὦ τάλαιν' ἐγὼ κακῶν.* Med. 1028: *ὦ δυστάλαινα τῆς ἐμῆς αὐθαδίας,* ubi plura Elmsleius v. 996 suae editionis. Eadem ratio constructionis infra v. 783: *ὦ σχετλία σὺ τῶν ἀμετρήτων πόνων.* Androm. 1179: *ὦ σχέτλιος παθέων ἐγώ.* cf. Krueg. I § 47, 3, 2.

v. 662. *εὕδει*] Eleganter pro cessat, conticescit. Hom. Il. ε 524: *ὄφρ' εὕδῃσι μένος Βορέαο.* Solon. fr. IV 19 Bgk. *πόλεμον εὕδοντ' ἐπεγείρει.* Cf. Suppl.

ΘΕ. Ἑκάβη φέρω τόδ' ἄλγος· ἐν κακοῖσι δὲ
οὐ ῥᾴδιον βροτοῖσιν εὐφημεῖν στόμα.
ΧΟ. καὶ μὴν περῶσα τυγχάνει δόμων ὕπερ
ἥδ', ἐς δὲ καιρὸν σοῖσι φαίνεται λόγοις.
ΘΕ. ὦ παντάλαινα, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω,
δέσποιν', ὄλωλας, οὐκέτ' εἶ, βλέπουσα φῶς,
ἄπαις, ἄνανδρος, ἄπολις, ἐξεφθαρμένη.
ΕΚ. οὐ καινὸν εἶπας, εἰδόσιν δ' ὠνείδισας.
ἀτὰρ τί νεκρὸν τόνδε μοι Πολυξένης
ἥκεις κομίζουσ', ἧς ἀπηγγέλθη τάφος
πάντων Ἀχαιῶν διὰ χερὸς σπουδὴν ἔχειν;
ΘΕ. ἥδ' οὐδὲν οἶδεν, ἀλλά μοι Πολυξένην
θρηνεῖ, νέων δὲ πημάτων οὐχ ἅπτεται.
ΕΚ. οἲ 'γὼ τάλαινα, μῶν τὸ βακχεῖον κάρα
τῆς θεσπιῳδοῦ δεῦρο Κασάνδρας φέρεις;
ΘΕ. ζῶσαν λέλακας, τὸν θανόντα δ' οὐ στένεις
τόνδ'. ἀλλ' ἄθρησον σῶμα γυμνωθὲν νεκροῦ,
εἴ σοι φανεῖται θαῦμα καὶ παρ' ἐλπίδας.
ΕΚ. οἴμοι, βλέπω δὴ παῖδ' ἐμὸν τεθνηκότα
Πολύδωρον, ὅν μοι Θρῂξ ἔσῳζ' οἴκοις ἀνήρ.

1147. Phoen. 634. Ceterum quaerat aliquis, quid tandem acerbi praeter eam rem, quam nuntiatura est, attulerit haec famula, ut eam chorus increparet. Non memini legere illam aliorum malorum nuntiam; sed quae in domo Hecubae aetatem exegisset (v. 609) ac socia fuisset illius cladis, qua Troianae opes eversae sunt, eam sane probabile est multa minime laeta iam olim ad dominam pertulisse.

v. 665. Cum libri fluctuent inter *δόμων ὕπερ* et *δόμων ἄπο*, neutrum recte se habere videtur. Heimsoethius coniecit *δόμων πάρος*. Sed cum in v. sq. liber Marcianus habet *ἥδ' ἐς καιρόν* omisso *δέ*, fortasse poeta scripsit haec: *καὶ μὴν περῶσα τυγχάνει γὰρ ἐκ δόμων* (ut Soph. Ant. 386 *ὅδ' ἐκ δόμων .. περᾷ*), *ἐς καιρὸν ἥδε σοῖσι φ. λόγοις*. Cfr. Hel 1385 *ἀλλ' ἐκπερᾷ γὰρ δωμάτων .., σιγητέον μοι.*

v. 667. *κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω*] Alc. 1082: *ἀπώλεσέν με κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω.* El. 1185: *ἄλαστα, μέλεα καὶ πέρα παθοῦσα.* Infra v. 1121: *ἀπώλεσ', οὐκ ἀπώλεσ', ἀλλὰ μειζόνως.* Cf. Fritzschii Quaest. Luc. p. 121.

v. 668. Virgulam post *εἶ*, quae olim aberat, posui auctore Reisigio Synt. crit. p. 10. Sensus est: cum vivas, tamen tanta est miseriarum moles, ut mortuae instar sis. Cf. Soph. Phil. 1018: *ἄφιλον, ἔρημον, ἄπολιν, ἐν ζῶσιν νεκρόν.*

v. 670. *οὐ καινὸν*] Sc. *τι.* Sic Helen. 1043: *ἀδύνατον εἶπας.* El. 275: *αἰσχρόν γ' εἶπας.* Vid. Heind. ad Plat. Gorg. § 47. Fritzsch. l. l. p. 92 sqq.

v. 673. *σπουδὴν ἔχειν* hic valet non *σπουδάζειν*, sed *σπουδάζεσθαι*, cfr. 352 *ζῆλον ἔχουσα.*

v. 682. *οἴκοις*] Domi. Infr. 1014: *ταῖσδε σῴζεται στέγαις.*

ἀπωλόμην δύστηνος, οὐκέτ᾽ εἰμὶ δή.
ὦ τέκνον, τέκνον,
αἰαῖ, κατάρχομαι νόμον
βακχεῖον ἐξ ἀλάστορος
ἀρτιμαθὴς κακῶν.
ΘΕ. ἔγνως γὰρ ἄτην παιδός, ὦ δύστηνε σύ;
ΕΚ. ἄπιστ᾽ ἄπιστα, καινὰ καινὰ δέρκομαι.
ἕτερα δ᾽ ἀφ᾽ ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ·
οὐδέποτ᾽ ἀστένακτος ἀδάκρυτος ἁ-
μέρα ἐπισχήσει.
ΧΟ. δείν᾽, ὦ τάλαινα, δεινὰ πάσχομεν κακά.
ΕΚ. ὦ τέκνον, τέκνον ταλαίνας ματρός,
τίνι μόρῳ θνήσκεις, τίνι πότμῳ κεῖσαι;
πρὸς τίνος ἀνθρώπων;
ΘΕ. οὐκ οἶδ᾽· ἐπ᾽ ἀκταῖς νιν κυρῶ θαλασσίοις.
ΕΚ. ἔκβλητον, ἢ πέσημα φοινίου δορός,
ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ;

457: *οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν οἴκοις*.

v. 684—720. Hunc *κομμὸν* liberum solutumque esse antistrophicae responsionis lege, Hermannus improbatis suis et Seidleri conatibus monuit in edit. Numeri sunt dochmiaci, interpositis iambicis, primo quidem duobus dimetris vv. 684. 685, deinde trimetris.

v. 685. *κατάρχομαι νόμον β.*] Orest. 960: *κατάρχομαι στεναγμόν*, ubi alia huius constructionis exempla indicavit Musgravius, Hom. Od. γ 445. Lycophr. 209. Athen. XIV p. 622 C. Cf. Krueg. I § 47, 13, 8.

v. 686. *κακῶν* parum commodum est, cum aperte sensum habeas: 'incipio bacchicum carmen quod modo *ἀλάστωρ* me docuit' i. e. quod ipsa rei indignitas mihi exprimit. Cfr. Soph. Ai. 699 *ὀρχήματ᾽ αὐτοδαῆ*. Quamobrem variae lectioni quam habet cod. Marc. *γρ. ἀρτιμαθῆ νόμον* subesse videtur vera lectio *ἀρτιμαθὴς νέον*.

v. 690. 'Nunquam dies sine lacrimis, sine gemitu extendetur' i. e. nunquam dies per totum spatium lacrimis liber erit.

v. 695. *τίνι μόρῳ*, quo genere mortis, *τίνι πότμῳ*, quo casu. *θνήσκεις*: pro praeterito. Infra 773: *θνήσκει δὲ πρὸς τοῦ καὶ τίνος πότμου τυχών*; Bacch. 1041: *τίνι μόρῳ θνήσκει Ἄδικος ἄδικά τ᾽ ἐκπορίζων ἀνήρ*. V. Jacobs. ad Anthol. Palat. p. 265. *Κεῖσθαι*, mortuum esse. Aesch. Agam. 1438: *κεῖται γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος*. Conf. ad v. 210.

v. 698. De constructione verbi *κυρῶ* cum accusativo vid. Krueg. II § 47, 14, 4.

v. 700. Verba *ἐν ψ. λ.* vulgo verbis ancillae quae sequuntur addebantur; Hecubae tribuenda esse monuit Hermannus, cum ancillam, quae nuntii officio fungitur, non nisi trimetris uti deceat. Coniungenda verba cum *ἔκβλητον*. De interpositis verbis *ἢ . . δορός* cfr. ad v. 605. — Ante vel post verba *ἐν ψ. λ.* alterum dochmium intercidisse suspicatur Dindorfius. Fortasse

ΘΕ. πόντου νιν ἐξήνεγκε πελάγιος κλύδων.
ΕΚ. ὤμοι, αἰαῖ, ἔμαθον ἐνύπνιον ὀμμάτων
ἐμῶν ὄψιν, οὔ με παρέβα φά-
σμα μελανόπτερον,
ἂν ἐσεῖδον ἀμφί σ',
ὦ τέκνον, οὐκέτ' ὄντα Διὸς ἐν φάει.
ΧΟ. τίς γάρ νιν ἔκταν'; οἶσθ' ὀνειρόφρων φράσαι;
ΕΚ. ἐμὸς ξένος, Θρήκιος ἱππότας,
ἵν' ὁ γέρων πατὴρ ἔθετό νιν κρύψας.
ΧΟ. οἴμοι τί λέξεις; χρυσὸν ὡς ἔχοι κτανών;
ΕΚ. ἄρρητ', ἀνωνόμαστα, θαυμάτων πέρα,
οὐχ ὅσι', οὐδ' ἀνεκτά. ποῦ δίκα ξένων;
ὦ κατάρατ' ἀνδρῶν, ὡς διεμοιράσω
χρόα, σιδαρέῳ τεμὼν φασγάνῳ
μέλεα τοῦδε παιδός, οὐδ' ᾤκτισας.
ΧΟ. ὦ τλῆμον, ὥς σε πολυπονωτάτην βροτῶν
δαίμων ἔθηκεν, ὅστις ἐστί σοι βαρύς.
ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τοῦδε δεσπότου δέμας
Ἀγαμέμνονος, τοὐνθένδε σιγῶμεν, φίλαι.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἑκάβη, τί μέλλεις παῖδα σὴν κρύπτειν τάφῳ

huc revocandum αἰαῖ τῶν κακῶν, in cod. B ad v. 692 adscriptum. Verba οὔ με παρέβα φάσμα μελανόπτερον interpellant orationis tenorem ea ratione, de qua supra dictum ad v. 605. Nam ἂν referendum ad ὄψιν.

v. 702. ἐνύπνιον adiectivum est cum ὄψιν coniungendum.

v. 704. Alterius dochmii restituendi causa Matthiaeus φάντασμα, Hermannus οὐδὲ παρέβα με φάσμα coniecit.

v. 706 sq. Verba ἂν .. ἀμφί σ' ut loco dochmii qui interciderit interpolata secludit Dind. Fortasse poeta scripsit μελανόπτερον | σοῦ, τέκνον, οὐκέτ' ὄντος Διὸς ἐν φάει.

v. 709. ὀνειρόφρων, somnii indicio, ut interpretatur Herm.

v. 711. ἵνα referendum ad Θρήκη, quod latet in adiectivo Θρήκιος. Nam cum persona, vehementer dubito, an non possit coniungi. Andr. 652: οὖσαν μὲν Ἠπειρῶτιν, οὗ πεσήματα Πλεῖσθ' Ἑλλάδος πέπτωκε δοριπετῆ νεκρῶν.

v. 714. ἀνωνόμαστα] Infanda, tristia. Hom. Od. τ 260: Κακοΐλιον οὐκ ὀνομαστήν.

v. 715. Requiritur alter dochmius: Nauckius tentat ποῦ θεῶν δίκα;

v. 716. ὦ κατάρατ' ἀνδρῶν] Vid. Krueg. II § 47, 28, 8.

v. 724. δέμας circumscriptioni inservit. Or. 107: τί δ' οὐχὶ θυγατρὸς Ἑρμιόνης πέμπεις δέμας; Iph. A. 936: οὐ γὰρ ἐμπλέκειν πλοκὰς Ἐγὼ παρέξω σῷ πόσει τοὐμὸν δέμας. Iph. T. 1440: ἀδελφῆς τ' Ἄργος ἐσπέμψων δέμας.

ἐλθοῦσ', ἐφ' οἷσπερ Ταλθύβιος ἤγγειλέ μοι
μὴ θιγγάνειν σῆς μηδέν' Ἀργείων κόρης;
ἡμεῖς μὲν οὖν ἐῶμεν, οὐδὲ ψαύομεν·
σὺ δὲ σχολάζεις, ὥστε θαυμάζειν ἐμέ.
ἥκω δ' ἀποστελῶν σε· τἀκεῖθεν γὰρ εὖ
πεπραγμέν' ἐστίν, εἴ τι τῶνδ' ἐστὶν καλῶς.
ἔα· τίν' ἄνδρα τόνδ' ἐπὶ σκηναῖς ὁρῶ
θανόντα Τρώων; οὐ γὰρ Ἀργεῖον πέπλοι
δέμας περιπτύσσοντες ἀγγέλλουσί μοι.
ΕΚ. δύστην', ἐμαυτὴν γὰρ λέγω, λέγουσα σέ,
Ἑκάβη, τί δράσω; πότερα προσπέσω γόνυ
Ἀγαμέμνονος τοῦδ', ἢ φέρω σιγῇ κακά;
ΑΓ. τί μοι προσώπῳ νῶτον ἐγκλίνασα σὸν
δύρει, τὸ πραχθὲν δ' οὐ λέγεις, τίς ἔσθ' ὅδε.
ΕΚ. ἀλλ' εἴ με δούλην πολεμίαν θ' ἡγούμενος
γονάτων ἀπώσαιτ', ἄλγος ἂν προσθείμεθ' ἄν.
ΑΓ. οὔτοι πέφυκα μάντις, ὥστε μὴ κλύων
ἐξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων.
ΕΚ. ἆρ' ἐκλογίζομαί γε πρὸς τὸ δυσμενὲς
μᾶλλον φρένας τοῦδ', ὄντος οὐχὶ δυσμενοῦς;
ΑΓ. εἴ τοί με βούλει τῶνδε μηδὲν εἰδέναι,
ἐς ταὐτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ κλύειν.

v. 727. *ἐφ' οἷσπερ* nostrum est 'auf das hin was' cfr. Krueg. I § 68, 41, 8.

v. 729. Nauckius *εἰῶμεν* et cum Bothio *οὐδ' ἐψαύομεν*. Nullam offensionem *οὐδὲ ψαύομεν* habere propter caesuram hephthem., docui in stud. Aesch. p. 130. Cfr. Christ. Metr. § 365.

v. 731. *τἀκεῖθεν*] Med. 1117: *καραδοκῶ τἀκεῖθεν οἷ προβήσεται.* Iph. T. 1410: *σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας.* Cf. Or. 851. Heracl. 141. Heind. ad Plat. Gorg. § 61. Krueger. ad Dionys. p. 302.

v. 732. *ἐστὶν καλῶς*] De adverbio cum verbo substantivo coniuncto optime dixit, me iudice, Stallbaumius ad Platonis Euthyphr. p. 10. Cf. Krueg. I § 62, 2, 3.

v. 736. Non respondet primo Hecuba, sed quae loquitur usque ad v. 751, secum loqui putanda est, sciscitante interim Agamemnone miri illius silentii causas, postremo paullulum etiam offenso tanta tacendi pertinacia. *λέγουσα σέ* i. e. ex nostra dicendi ratione *λέγουσα 'σύ'*, quod *σύ* inest in vocativo *δύστηνε.*

v. 739. *προσώπῳ — σόν*] Ori meo tergum obvertens.

v. 742. *ἄλγος ἂν προσθείμεθ' ἄν*] 'dolorem malo nostro addamus'.

v. 745 sq. Particula *γὲ* opponitur cogitatio veritati (*ὄντος*). Item *μᾶλλον* pertinet ad sensum *ἐκλογίζεσθαι (ἐμὲ) μᾶλλον ἢ εἶναι (ἐκεῖνον).*

v. 748. *ἐς ταὐτὸν ἥκεις*] Scil. *ἐμοί*, idem sentis atque ego, eadem utrique nostrum mens est. In Orest. 1280 parti chori, satis

ΕΚ. οὐκ ἂν δυναίμην τοῦδε τιμωρεῖν ἄτερ
τέκνοισι τοῖς ἐμοῖσι. τί στρέφω τάδε;
τολμᾶν ἀνάγκη, κἂν τύχω, κἂν μὴ τύχω.
Ἀγάμεμνον, ἱκετεύω σε τῶνδε γουνάτων
καὶ σοῦ γενείου δεξιᾶς τ᾽ εὐδαίμονος.
ΑΓ. τί χρῆμα μαστεύουσα; μῶν ἐλεύθερον
αἰῶνα θέσθαι; ῥᾴδιον γάρ ἐστί σοι.
ΕΚ. οὐ δῆτα· τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη
αἰῶνα τὸν ξύμπαντα δουλεῦσαι θέλω.
ΑΓ. καὶ δὴ τίν᾽ ἡμᾶς εἰς ἐπάρκεσιν καλεῖς;
ΕΚ. οὐδέν τι τούτων ὧν σὺ δοξάζεις, ἄναξ.
ὁρᾷς νεκρὸν τόνδ᾽, οὗ καταστάζω δάκρυ;
ΑΓ. ὁρῶ· τὸ μέντοι μέλλον οὐκ ἔχω μαθεῖν.
ΕΚ. τοῦτόν ποτ᾽ ἔτεκον κἄφερον ζώνης ὕπο.
ΑΓ. ἔστιν δὲ τίς σῶν οὗτος, ὦ τλῆμον, τέκνων;
ΕΚ. οὐ τῶν θανόντων Πριαμιδῶν ὑπ᾽ Ἰλίῳ.
ΑΓ. ἦ γάρ τιν᾽ ἄλλον ἔτεκες ἢ κείνους, γύναι;
ΕΚ. ἀνόνητά γ᾽, ὡς ἔοικε, τόνδ᾽ ὃν εἰσορᾷς.

omnia, qua speculetur, explorata nuntianti respondet altera pars: *εἰς ταὐτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδὲ τῇδ᾽ ὄχλος.*

v. 754 sq. Vereor, ne eadem sit aut similis horum verborum sententia atque illorum, quae Persi Macedonum regi, ne duceretur in triumpho, deprecanti respondisse fertur Aemilius Paullus, in cuius vita Plutarchus c. 34: *καίτοι προσέπεμψε* (scil. Perseus) *τῷ Αἰμιλίῳ δεόμενος μὴ πομπευθῆναι καὶ παραιτούμενος τὸν θρίαμβον. Ὁ δὲ τῆς ἀνανδρίας αὐτοῦ καὶ φιλοψυχίας, ὡς ἔοικε, καταγελῶν Ἀλλὰ τοῦτό γ᾽, εἶπε, καὶ πρότερον ἦν ἐπ᾽ αὐτῷ καὶ νῦν ἔστιν, ἂν βούληται· δηλῶν τὸν πρὸ αἰσχύνης θάνατον.* [Dignus erat rex ignavissimus, qui illud deprecationis responsum ferret. Reginae autem sine crimine miserrimae fortunaeque malis oppressae tale consilium ab Agamemnone dari non putaverim, praesertim cum se supra (553) clementem praebuerit, nec in sequentibus durum animum prodat. F. I.]

v. 759. *οὐδέν τι τούτων*] Scil. *αἰτοῦμαι* vel *μαστεύω*, aut simile quid. Sed hanc molestiam sustulit Hirzelius de Eur. in comp. div. arte p. 52, qui melius Hermanno turbatum et versuum et sententiarum ordinem restituit inter v. 759 et 760 interposito versu 758, cuius loco alia interrogatio Agamemnonis interciderit. Fortasse tamen nihil nisi v. 759 amovendus est ut additus cum v. 756—758 loco suo moti essent, quippe qui sint omissi in libro Marciano et Vaticano, transpositi post v. 779 in libro Veneto 468.

v. 762. *ἔτεκον κἄφερον ζ. ὕ.*] Figura, quam *πρωθύστερον* vocant grammatici. El. 969: *πῶς γὰρ κτάνω νιν, ἥ μ᾽ ἔθρεψε κἄτεκεν;* Vid. Schaefer. Melet. crit. p. 16. ad Sophocl. Oed. T. 827.

v. 766. *ἀνόνητά γ᾽*] Peperi sane, sed ut in hoc, quem vides, fructum pariundi nullum perceperim. Hipp. 1145: *ὦ τά-*

ΑΓ. ποῦ δ' ὢν ἐτύγχαν', ἡνίκ' ὤλλυτο πτόλις;
ΕΚ. πατήρ νιν ἐξέπεμψεν ὀρρωδῶν θανεῖν.
ΑΓ. ποῖ τῶν τότ' ὄντων χωρίσας τέκνων μόνον;
ΕΚ. ἐς τήνδε χώραν, οὗπερ ηὑρέθη θανών.
ΑΓ. πρὸς ἄνδρ', ὃς ἄρχει τῆσδε Πολυμήστωρ χθονός;
ΕΚ. ἐνταῦθ' ἐπέμφθη πικροτάτου χρυσοῦ φύλαξ.
ΑΓ. θνήσκει δὲ πρὸς τοῦ καὶ τίνος πότμου τυχών;
ΕΚ. τίνος δ' ὑπ' ἄλλου; Θρῄξ νιν ὤλεσε ξένος.
ΑΓ. ὦ τλῆμον, ἦ που χρυσὸν ἠράσθη λαβεῖν;
ΕΚ. τοιαῦτ', ἐπειδὴ ξυμφορὰν ἔγνω Φρυγῶν.
ΑΓ. ηὗρες δὲ ποῦ νιν, ἢ τίς ἤνεγκεν νεκρόν;
ΕΚ. ἥδ' ἐντυχοῦσα ποντίας ἀκτῆς ἔπι.
ΑΓ. τοῦτον ματεύουσ', ἢ πονοῦσ' ἄλλον πόνον;
ΕΚ. λούτρ' ᾤχετ' οἴσουσ' ἐξ ἁλὸς Πολυξένῃ.
ΑΓ. κτανών νιν, ὡς ἔοικεν, ἐκβάλλει ξένος.
ΕΚ. θαλασσόπλαγκτόν γ', ὧδε διατεμὼν χρόα.
ΑΓ. ὦ σχετλία σὺ τῶν ἀμετρήτων πόνων.
ΕΚ. ὄλωλα, κοὐδὲν λοιπόν, Ἀγάμεμνον, κακῶν.
ΑΓ. φεῦ φεῦ· τίς οὕτω δυστυχὴς ἔφυ γυνή;
ΕΚ. οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ τὴν τύχην αὐτὴν λέγοις.
ἀλλ' ὧνπερ εἵνεκ' ἀμφὶ σὸν πίτνω γόνυ,
ἄκουσον. εἰ μὲν ὅσιά σοι παθεῖν δοκῶ,

λαινα μᾶτερ, ἔτεκες ἀνόνατα, cf. El. 507.

v. **771.** *Πολυμήστωρ*] Nomen, quod cum **ἄνδρα** construi debebat, traiectum est et accommodatum ad relativum. Homer. Od. **α 69:** ***Κύκλωπος κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν, Ἀντίθεον Πολύφημον.*** Infra v. 986. Hipp. 101: ***τήνδ', ἣ πύλαισι σαῖς ἐφέστηκεν Κύπρις***, quo loco usus est de eadem loquendi ratione disputans Heindorfius ad Plat. Phaedon. § 30 p. 66 E.

v. **776.** ***τοιαῦτ'***] Vim affirmandi habet, ut Electr. **645.** Similiter ***ταῦτα*** apud Aristophanem, docente Heindorfio ad Plat. Phaedon. § 61.

v. **779. 780.** Hos versus nemo desideraret, si abessent. Sed sic saepe Euripides cum aliis in rebus, tum maxime in colloquiis moderandis perquam exilis est. Herm.

v. **782.** ***θαλασσόπλαγκτόν γ'***] De particulae potestate monitum ad v. 246. 766.

v. **786.** Poeta apud Stobaeum Floril. XXXVIII 16 (fr. adesp. 447 N.) ***οὐδεὶς ἂν εἴποι κεῖνον ἀνθρώπων κακῶς, Οὐδ' εἰ φθόνου γένοιτο δυσμενέστερος.*** Alia eiusdem generis dicta laudarunt interpp. ex Terent. Ad. IV 7, 43: ipsa si cupiat Salus, Servare prorsus non potest hanc familiam; Trabeae ap. Cic. Tusc. IV 31: Fortunam ipsam anteibo fortunis meis; Plauti Asin. II 2, 1: Ubi ego nunc Libanum requiram aut familiarem filium, Ut ego illos lubentiores faciam quam Lubentiast.

στέργοιμ' ἄν· εἰ δὲ τοὔμπαλιν, σύ μοι γενοῦ
τιμωρὸς ἀνδρὸς ἀνοσιωτάτου ξένου,
ὃς οὔτε τοὺς γῆς νέρθεν οὔτε τοὺς ἄνω
δείσας δέδρακεν ἔργον ἀνοσιώτατον,
κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοί,
ξενίας τ' ἀριθμῷ πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων·
τυχὼν δ' ὅσων δεῖ καὶ λαβὼν προμηθίαν
ἔκτεινε, τύμβου δ', εἰ κτανεῖν ἐβούλετο,
οὐκ ἠξίωσεν, ἀλλ' ἀφῆκε πόντιον.
ἡμεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε κἀσθενεῖς ἴσως·
ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι χὠ κείνων κρατῶν
νόμος· νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα,
καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι' ὡρισμένοι·
ὃς ἐς σ' ἀνελθὼν εἰ διαφθαρήσεται,

v. 793. Magnum illa mensae sacra communio vinculum pietatis, nec quicquam magis nefarium videbatur quam eum, qui iisdem epulis assedisset adeoque in hospitii ius venisset, violare. Hom. Od. φ 27: **ὅς μιν ξεῖνον ἐόντα κατέκτανεν ᾧ ἐνὶ οἴκῳ· Σχέτλιος, οὐδὲ θεῶν ὄπιν ᾐδέσατ' οὐδὲ τράπεζαν, Τὴν δή οἱ παρέθηκεν· ἔπειτα δὲ πέφνε καὶ αὐτόν.** Achill. Tat. III, 21, p. 78, 18: **ταῦτα λέγων ἐδεόμην Δία ξένιον καλῶν καὶ κοινῆς ἀναμιμνήσκων τραπέζης.** Cf. Huschkii diss. de fabulis Archilochi p. 14 sq.

v. 794 sq. Suspecta viris doctis verba **πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων**, neque iniuria, cum 'viri principes ac primarii' semper **τὰ πρῶτα**, nusquam **πρῶτα** absque articulo dicantur. Cum depravatam esse hanc lectionem ex illa, quam de coniectura reposuit Porsonus, **πρῶτος ὢν ἐμῶν φίλων**, parum sit probabile, cum praeterea **ξενίας ἀριθμῷ** haud satis commodam habeant explicationem neque ea quae sequuntur **λαβὼν προμηθίαν** dubitatione vacent — Hermannus coniecit **λαβὼν προθυμίαν** —, recte videtur Matthiaeus v. 794. 795, Dindorfius 796. 797 ut spurios seclusisse, quibus addidit Nauckius v. 793.

v. 796. **τύμβου δ' — οὐκ ἠξίωσεν**] Brevis et concisa dictio, quam sic fere plenam reddideris: **τύμβου δ', εἰ κτανεῖν ἐβούλετο, οὐ δέον ἀποστερῆσαι, οὐκ ἠξίωσεν.**

v. 798. **ἴσως**] Recepta in urbanum modestumque Atticorum sermonem vox, etiamsi nihil aut ipse dubites aut alios dubitare velis. V. Buttm. ad Soph. Phil. 180.

v. 799. Respexit nobilissimam Pindari sententiam, **νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων**, de qua consulendus Boeckh. T. II P. II p. 640. Intellegitur autem lex naturae sive ordo rerum fatalis, cui ipsi etiam dii obnoxii. Cf. Aesch. Prom. 525 sqq. Ex eadem suprema lege omnis suspensa est religio ac sanctimonia deorum; ad eandem referuntur, quibus vita humana continetur, iusti iniustique discrimina. Cum verbis **τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα** cfr. Bacch. 1326 **ἡγείσθω θεούς**, Hel. 119 **εἰ δ' οὖσα μάντις καὶ τὰ θεῖ' ἡγουμένη τὸ μὲν δίκαιον τοῦ πατρὸς διαφθερεῖς.**

v. 802. **ὃς** refer ad praecedens

καὶ μὴ δίκην δώσουσιν οἵτινες ξένους
κτείνουσιν ἢ θεῶν ἱερὰ τολμῶσιν φέρειν,
οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον.
ταῦτ᾽ οὖν ἐν αἰσχρῷ θέμενος αἰδέσθητί με,
οἴκτειρον ἡμᾶς, ὡς γραφεύς τ᾽ ἀποσταθεὶς
ἰδοῦ με κἀνάθρησον οἷ᾽ ἔχω κακά.
τύραννος ἦ ποτ᾽, ἀλλὰ νῦν δούλη σέθεν,
εὔπαις ποτ᾽ οὖσα, νῦν δὲ γραῦς ἄπαις θ᾽ ἅμα,
ἄπολις, ἔρημος, ἀθλιωτάτη βροτῶν.
οἴμοι τάλαινα, ποῖ μ᾽ ὑπεξάγεις πόδα;
ἔοικα πράξειν οὐδέν· ὦ τάλαιν᾽ ἐγώ.
τί δῆτα θνητοὶ τἄλλα μὲν μαθήματα
μοχθοῦμεν ὡς χρὴ πάντα καὶ μαστεύομεν,
πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην
οὐδέν τι μᾶλλον ἐς τέλος σπουδάζομεν
μισθοὺς διδόντες μανθάνειν, ἵν᾽ ἦν ποτε

νόμος (v. 800). Cfr. Suppl. 561 *οὐ γάρ ποτ᾽ εἰς Ἕλληνας ἐξοισθήσεται ὡς εἰς ἔμ᾽ ἐλθὼν καὶ πόλιν Πανδίονος νόμος παλαιὸς δαιμόνων διεφθάρη.*

v. 804. ‘Quod dicit *ἢ θεῶν ἱερὰ τολμῶσιν φέρειν* cum non quadret in Polymestoris facinus, haud dubie ad aliquid refertur, quod eo tempore, quo haec fabula scripta est, indignationem commoverat Atheniensium’. Hermann.

v. 807. *ὡς γραφεύς τ᾽ ἀποσταθεὶς*] Illustravit haec Schaeferus duobus Luciani locis, T. I p. 702: *ταῦτ᾽ οὖν ξυνεπιστάμενοι αὐτοῖς μισοῦσι καὶ ἐπιβουλεύουσιν, εἴ τις ἀποστὰς ἀκριβῶς κατανενοηκὼς αὐτοὺς ἐκτραγῳδήσει καὶ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖ.* T. II p. 491: *ἢν μὲν πάνυ ἐγγύθεν σκοπῶμέν τι καὶ ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, οὐδὲν ἀκριβὲς διαγινώσκομεν· ἢν δὲ ἀποστάντες ἐκ τοῦ συμμέτρου διαστήματος ἴδωμεν, ἅπαντα σαφῶς καταφαίνεται τὰ εὖ καὶ τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα.*

v. 810. *εὔπαις ποτ᾽ οὖσα*] Exspectabas *ἦ*, sed participium, praedicato *δούλη* (*εἰμί*) subiungendum, posuit defugiens, ut opinor, similitudinem structurae illius verborum, quae est in praecedente versu; nisi versus ab interpolatore additus est.

v. 812. *ποῖ μ᾽ ὑπεξάγεις πόδα;*] Fraudem facit similitudo loci Sophoclei Oed. Col. 113: *σιγήσομαί τε καὶ σύ μ᾽ ἐξ ὁδοῦ πόδα Κρύψον*: qui quidem posset comparari, si sensus esset is, quem tribuit Euripidis verbis Porsonus: ‘Quo meum pedem subducis, i. e. quo me cogis te sequi?’ Quae explicatio neminem fugit quam sit contorta ac longe quaesita. *ὑπεξάγειν πόδα* dixisse videtur Euripides pro vulgari *φεύγειν*, cui accusativus ex more adiungitur, ut aliis similibus. Lucian. Tox. § 36: *ὑποχωροῦμεν ἐπιόντας*. Demosth. adv. Androt. § 76 p. 617 R: *εἰσφέρων δ᾽ ἐκ τῶν ἰδίων οὐδένα πώποτε κίνδυνον ὑπὲρ δόξης ἐξέστη.* Cf. Lobeck. ad Soph. Ai. 82 p. 231.

v. 817. Iunge *ἐς τέλος μανθάνειν*, perfecte, consummate discere. Iph. A. 161: *θνητῶν δ᾽ ὄλβιος εἰς τέλος οὐδείς.*

v. 818. *ἦν* pro *ᾖ* emendavit

πείθειν ἅ τις βούλοιτο τυγχάνειν θ' ἅμα;
πῶς οὖν ἔτ' ἄν τις ἐλπίσαι πράξειν καλῶς;
οἱ μὲν τοσοῦτοι παῖδες οὐκέτ' εἰσί μοι,
αὐτὴ δ' ἐπ' αἰσχροῖς αἰχμάλωτος οἴχομαι·
καπνὸν δὲ πόλεως τόνδ' ὑπερθρώσκονθ' ὁρῶ.
καὶ μὴν ἴσως μὲν τοῦ λόγου κενὸν τόδε,
Κύπριν προβάλλειν· ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται·
πρὸς σοῖσι πλευροῖς παῖς ἐμὴ κοιμίζεται
ἡ φοιβάς, ἣν καλοῦσι Κασάνδραν Φρύγες.
ποῦ τὰς φίλας δῆτ' εὐφρόνας δείξεις, ἄναξ,
ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων
χάριν τίν' ἕξει παῖς ἐμή, κείνης δ' ἐγώ;
[ἐκ τοῦ σκότου τε τῶν τε νυκτέρων βροτοῖς
φίλτρων μεγίστη γίγνεται βροτοῖς χάρις.]
ἄκουε δή νυν· τὸν θανόντα τόνδ' ὁρᾷς;
τοῦτον καλῶς δρῶν ὄντα κηδεστὴν σέθεν
δράσεις. ἑνός μοι μῦθος ἐνδεὴς ἔτι.
εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι

Elmsleius ad Soph. Oed. Tyr. 1389. Vid. Krueg. I § 54, 8, 8. Ne quis putet nunc simpliciter indicari quale in eloquentiae studio consilium sequi deceat, animum advertat optativum *βούλοιτο*. — Addita verba *μισθοὺς διδόντες* aperte monstrant sophistas et rhetores.

v. 820. *ἐλπίσαι*] 'Hanc formam poetis Atticis non inusitatam esse docuit Schaefer. melet. cr. p. 85. Erfurdt. ad Soph. Antig. 410 ed. min. et Add.' Matthiae. *κτίσαι* Eur. Suppl. 620, *σώσαις* Iph. T. 1184, *πείσαις* Med. 325, *κυρήσαι* 1109.

v. 821. Quia optimus liber Marcianus habet *οἱ μὲν γὰρ ὄντες*, Weilius scripsit *οἱ μὲν ποτ' ὄντες*, Nauckius *οἳ μὲν γὰρ ἦσαν*.

v. 822. *ἐπ' αἰσχροῖς*] Ita ut indigna pristina fortuna patienda sint. Iph. A. 29: *οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς, Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς.*

v. 828. *εὐφρόνας*] Dixit per euphemismum, ut Troad. 665: *καίτοι λέγουσιν, ὡς μί' εὐφρόνη χαλᾷ Τὸ δυσμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχος.* Quae sequuntur, *ἢ τῶν ἐν εὐνῇ* etc., eorum haec est sententia: aut quomodo aliquem gratiae fructum ac mercedem ex consuetudine tecum inita filia mea capiet et propter illam ego?

v. 831 Pro *βροτοῖς* alii libri *πάνυ* exhibent. Videlicet et *βροτοῖς* et *πάνυ* nihil nisi supplementum versus defecti, omissum a Tzetza exeg. Il. p. 86, 12. Sensui aptum est *ἀεί*, nisi mavis cum Nauckio *νυκτερησίων* scribere. Ceterum v. 831. 832 spurios esse vidit Matthiaeus.

v. 836. *εἴ*] Utinam. Soph. Oed. T. 863: *εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων.* Eur. Suppl. 620: *ποτανὰν εἴ μέ τις θεῶν κτίσαι.* Citavit nostrum locum propter significationem illam paullo rariorem Etym. M. p. 26, 50. Cf. Blomfield. ad Aesch. Sept. 563. Vota ipsa Hecubae concepta dixerim ad similitudinem quarundam

καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι καὶ ποδῶν βάσει
ἢ Δαιδάλου τέχναισιν ἢ θεῶν τινος,
ὡς πάνθ' ὁμαρτῇ σῶν ἔχοιτο γουνάτων
κλαίοντ', ἐπισκήπτοντα παντοίους λόγους.
ὦ δέσποτ', ὦ μέγιστον Ἕλλησιν φάος,
πιθοῦ, παράσχες χεῖρα τῇ πρεσβύτιδι
τιμωρόν, εἰ καὶ μηδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅμως.
ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς τῇ δίκῃ θ' ὑπηρετεῖν
καὶ τοὺς κακοὺς δρᾶν πανταχοῦ κακῶς ἀεί.
ΧΟ. *δεινόν γε, θνητοῖς ὡς ἅπαντα συμπίτνει,*
καὶ τὰς ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν,
φίλους τιθέντες τούς γε πολεμιωτάτους,
ἐχθρούς τε τοὺς πρὶν εὐμενεῖς ποιούμενοι.

locutionum, quae proverbiorum instar usurpantur; velut in iureiurando Amphictyonum apud Aeschinem de falsa legat. § 115: *τιμωρήσειν καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ καὶ φωνῇ καὶ πάσῃ δυνάμει.* Cf. adv. Ctesiph. § 109. Ex eadem oratione § 157 opportune contulit Boissonadius cum v. 840. Peropportune autem in his votis meminit Daedali, de cuius admirabili in fingendis signis artificio Diodorus Siculus IV 76: *κατὰ δὲ τὴν τῶν ἀγαλμάτων κατασκευὴν τοσούτῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων διήνεγκεν, ὥστε τοὺς μεταγενεστέρους μυθολογῆσαι περὶ αὐτοῦ, διότι τὰ κατασκευαζόμενα τῶν ἀγαλμάτων ὁμοιότατα τοῖς ἐμψύχοις ὑπάρχειν· βλέπειν τε γὰρ αὐτὰ καὶ περιπατεῖν καὶ καθόλου τηρεῖν τὴν τοῦ ὅλου σώματος διάθεσιν, ὥστε δοκεῖν τὸ κατασκευασθὲν ἔμψυχον ζῶον.* Cfr. Eur. fr. 373 N. *τὰ Δαιδάλεια πάντα κινεῖσθαι δοκεῖ βλέπειν τ' ἀγάλμαθ'· ὧδ' ἀνὴρ κεῖνος σοφός.*

v. 839. *σῶν ἔχοιτο γουνάτων*] Bacch. 197: *ἀλλ' ἐμῆς ἔχου χερός.*

v. 846—849. Vexavit hic locus interpretes et veteres et recentiores, neque ausim affirmare magis me perspicacem fuisse. Sed videamus, quid rei agatur. Duplex est quaestio, ad quam respondendum sit: primum quid sit hoc loco *ἀνάγκη*: deinde quo pacto ea legibus subiecta atque obnoxia dicatur. Igitur *ἀνάγκη* necessitudinem sive amicitiam, quod opinabatur Musgravius, nunquam significat: qua de re, ne actum agam, vide quae circumspecte disputavit Matthiaeus. Semper illud vocabulum significat necessitatem; sed ea multis modis dicitur, ut qualis quoque loco sit aliunde intellegendum sit, et quidem ex eo, in quo sit causa necessitatis. Ac singula quaeque complecti et longum est neque huius loci; sed unum est genus necessitatis, quae nascitur ex quadam rerum ac fortunae conditione, cui tantam vim tribuas, ut superari non posse videatur. Sic, ut utar exemplo, nemo unquam credidit fore, ut acerrimum illud inveteratumque Graecorum in Persas odium obliteraretur, sed videbantur quadam *ἀνάγκῃ* illae mutuis ex iniuriis ortae irae ac contentiones inter utrumque populum vigere. Sed tamen ea inciderunt tempora, quibus de consanguinei populi exitio cum alienigenis et hostibus consentirent Lacedaemonii. Neque minus incredibile visum est communi consilio, qui debebant esse inter se inimicis-

ΑΓ. ἐγὼ σὲ καὶ σὸν παῖδα καὶ τύχας σέθεν,
Ἑκάβη, δι' οἴκτου χεῖρά θ' ἱκεσίαν ἔχω,
καὶ βούλομαι θεῶν θ' εἵνεκ' ἀνόσιον ξένον
καὶ τοῦ δικαίου τήνδε σοι δοῦναι δίκην,
εἴ πως φανείη γ' ὥστε σοί τ' ἔχειν καλῶς,
στρατῷ τε μὴ δόξαιμι Κασάνδρας χάριν
Θρῄκης ἄνακτι τόνδε βουλεῦσαι φόνον.
ἔστιν γὰρ ᾗ ταραγμὸς ἐμπέπτωκέ μοι·
τὸν ἄνδρα τοῦτον φίλιον ἡγεῖται στρατός,
τὸν κατθανόντα δ' ἐχθρόν· εἰ δ' ἐμοὶ φίλος
ὅδ' ἐστί, χωρὶς τοῦτο κοὐ κοινὸν στρατῷ.
πρὸς ταῦτα φρόντιζ'· ὡς θέλοντα μέν μ' ἔχεις
σοὶ ξυμπονῆσαι καὶ ταχὺν προσαρκέσαι,
βραδὺν δ', Ἀχαιοῖς εἰ διαβληθήσομαι.

simi, Agamemnonem et Hecubam ultum ituros scelus Polymestoris, hominis sanctissimo hospitii iure cum Troianis coniuncti. Sed hac etiam *ἀνάγκῃ* maior fuit vis atque auctoritas legum (id erat enim alterum ex duobus, de quibus explicandum erat): quas qui migraverit, adversus eum fas est, tanquam adversus crudelissimam pestem generis humani, sepositis inimicitiis, coniungere opes suas, quibuscunque pietas ac iustitia curae cordique est. In eandem sententiam praeclara scripsit Frid. Schillerus nostras in Morte Wallensteinii Act I Sc. IV de fide, cuius violatoribus bellum ab universo genere humano perpetuum indictum esse, idque tanto omnium consensu capessi, ut ceterae aliquantisper discordiae conquiescant. Sed, explicata sententia, restat, ut verborum adiciamus interpretationem, quae talis est: ʻmirum quam nihil non accidat hominibus, neque res eae, quae adstringere eos vi necessitatis videantur, quatenus valeant, aliunde pendet quam a legibus, quae et amicitiam cum inimicissimis iungunt et inimicos ex benevolis faciunt.ʼ [Vix fieri posse puto, ut quis *οἱ νόμοι* ita intellegat. Sensus esse videtur hic: ʻmiris modis omnia mortalibus collabuntur et quae necessitate quadam constituta videntur, ea variat mos et consuetudo'. De vi verbi *διώρισαν* cfr. Soph. Oed. Tyr. 1083 *οἱ δὲ συγγενεῖς μῆνές με μικρὸν καὶ μέγαν διώρισαν*, de sententia Ai. 679 *ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν ἐς τοσόνδ' ἐχθαρτέος ὡς καὶ φιλήσων αὖθις ἔς τε τὸν φίλον τοσαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα.*]

v. 851. *δι' οἴκτου — ἔχω*] I. e. *οἰκτείρω.* Suppl. 194: *δι' οἴκτου τὰς ἐμὰς λαβεῖν τύχας.* Iph. T. 683: *ταῦτ' οὖν φοβοῦμαι καὶ δι' αἰσχύνης ἔχω.* Cf. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 183.

v. 854. Particula *τε* non quo debebat loco posita est. Aut enim dicendum erat *εἴ πως φανείη γ' ὥστε σοί τ' ἔχειν καλῶς, ἐμέ τε στρατῷ μὴ δόξαι* etc., aut *εἴ πως φανείη θ' ὥστε σοὶ ἔχειν καλῶς, στρατῷ τε μὴ δόξαιμι* et quae sequuntur. Sed eiusmodi haud rara etiam in optimis scriptoribus neglegentia est, dum magis sententias totas et earum coniunctionem quam singulorum verborum rationem cogitant.

v. 863. *Ἀχαιοῖς εἰ διαβληθήσομαι*] ,si in Graecorum invidiam incidam'. Heracl. 421:

ΕΚ. φεῦ·
οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐστ᾽ ἐλεύθερος·
ἢ χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν ἢ τύχης,
ἢ πλῆθος αὐτὸν πόλεος ἢ νόμων γραφαὶ
εἴργουσι χρῆσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρόποις.
ἐπεὶ δὲ ταρβεῖς τῷ τ᾽ ὄχλῳ πλέον νέμεις,
ἐγώ σε θήσω τοῦδ᾽ ἐλεύθερον φόβου.
ξύνισθι μὲν γάρ, ἤν τι βουλεύσω κακὸν
τῷ τόνδ᾽ ἀποκτείναντι, συνδράσῃς δὲ μή.
ἢν δ᾽ ἐξ Ἀχαιῶν θόρυβος ἢ ᾽πικουρία
πάσχοντος ἀνδρὸς Θρῃκὸς οἷα πείσεται
φανῇ τις, εἶργε μὴ δοκῶν ἐμὴν χάριν.
τὰ δ᾽ ἄλλα θάρσει· πάντ᾽ ἐγὼ θήσω καλῶς.
ΑΓ. πῶς οὖν; τί δράσεις; πότερα φάσγανον χερὶ
λαβοῦσα γραίᾳ φῶτα βάρβαρον κτενεῖς,
ἢ φαρμάκοισιν, ἢ ᾽πικουρίᾳ τίνι;
τίς σοι ξυνέσται χείρ; πόθεν κτήσει φίλους;
ΕΚ. στέγαι κεκεύθασ᾽ αἵδε Τρῳάδων ὄχλον.
ΑΓ. τὰς αἰχμαλώτους εἶπας, Ἑλλήνων ἄγραν;
ΕΚ. ξὺν ταῖσδε τὸν ἐμὸν φονέα τιμωρήσομαι.

συνεξεύρισχ᾽ ὅπως Αὐτοί τε σωθήσεσθε καὶ πέδον τόδε, Κἀγὼ πολίταις μὴ διαβληθήσομαι. Sophocl. Phil. 582: μή με διαβάλῃς στρατῷ Λέγονθ᾽ ἃ μὴ δεῖ.

v. 867. μή post verbum εἴργειν abundat. Thucyd. III 6: καὶ τῆς μὲν θαλάσσης εἶργον μὴ χρῆσθαι τοὺς Μυτιληναίους. V. Herm. ad Vig. p. 810 sq. Krueg. I § 67, 12, 3.

v. 873. πάσχοντος — οἷα πείσεται] Ita loquuntur qui rei gravis aut male ominatae mentionem declinant. Helena in Orest. 78: ἐπεὶ πρὸς Ἴλιον Ἔπλευσ᾽ ὅπως ἔπλευσα θεομανεῖ πότμῳ. Ibid. 660: ἐμοῦ πράσσοντος ὡς πράσσω τὰ νῦν. Vid. Blomfield. gl. ad Aesch. Agam. 66.

v. 874. μὴ δοκῶν] Scil. εἴργειν, dissimulans mea gratia te eos arcere. Med. 67: ἤκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν. Iph. T. 956: ἤλγουν δὲ σιγῇ κἀδόκουν οὐκ εἰδέναι.

v. 875. πάντ᾽ ἐγὼ θήσω καλῶς] Recte omnia instituam ac perficiam, ut nihil inde incommodi tibi nascatur. Discernenda ab hac formula, cuius apud Euripidem alia exstant exempla in Or. 1664. Hipp. 521. El. 648. Iph. A. 401, illa, quam ad Med. 896 illustravit Elmsleius, quocum coniungas Wyttenb. ad Plut. T. I p. 406 et Blomf. ad Aesch. Pers. 234 gloss. ad. Agam. 31, εὖ vel καλῶς τίθεσθαί τι, in qua propriam medii significationem ubique agnoscas licet, ut dicatur de iis, quae quis ad rem suam pertinentia bene administret ac componat.

v. 876. Hipp. 598: πῶς οὖν; τί δράσεις, ὦ παθοῦσ᾽ ἀμήχανα; Med. 1376: πῶς οὖν; τί δράσω.

v. 882. φονέα hoc loco, itemque El. v. 599. 763 ultimam syl-

ΑΓ. καὶ πῶς γυναιξὶν ἀρσένων ἔσται κράτος;
ΕΚ. δεινὸν τὸ πλῆθος, ξὺν δόλῳ τε δύσμαχον.
ΑΓ. δεινόν· τὸ μέντοι θῆλυ μέμφομαι γένος.
ΕΚ. τί δ'; οὐ γυναῖκες εἷλον Αἰγύπτου τέκνα,
καὶ Λῆμνον ἄρδην ἀρσένων ἐξῴκισαν;
ἀλλ' ὣς γενέσθω· τόνδε μὲν μέθες λόγον·
πέμψον δέ μοι τήνδ' ἀσφαλῶς διὰ στρατοῦ
γυναῖκα. καὶ σὺ Θρῃκὶ πλαθεῖσα ξένῳ
λέξον· 'καλεῖ σ' ἄνασσα δήποτ' Ἰλίου
Ἑκάβη, σὸν οὐκ ἔλασσον ἢ κείνης χρέος,
καὶ παῖδας· ὡς δεῖ καὶ τέκν' εἰδέναι λόγους
τοὺς ἐξ ἐκείνης'. τὸν δὲ τῆς νεοσφαγοῦς
Πολυξένης ἐπίσχες, Ἀγάμεμνον, τάφον,
ὡς τώδ' ἀδελφὼ πλησίον μιᾷ φλογί,
δισσὴ μέριμνα μητρί, κρυφθῆτον χθονί.
ΑΓ. ἔσται τάδ' οὕτω· καὶ γὰρ εἰ μὲν ἦν στρατῷ
πλοῦς, οὐκ ἂν εἶχον τήνδε σοι δοῦναι χάριν·
νῦν δ', οὐ γὰρ ἵησ' οὐρίους πνοὰς θεός,
μένειν ἀνάγκη πλοῦν ὁρῶντας ἥσυχον.

labam brevem habet. Qua de re quos laudat Krueg. I § 18, 5, 4, iis adde Meinekium ad Philem. fragm. p. 387.

v. 885. *μέμφομαι· καταγινώσκω καὶ φαῦλον ἡγοῦμαι· ἀσθενὲς γὰρ καὶ μαλακόν.* schol. Gu.

v. 887. *ἄρδην*] funditus. Phoen. 1620: *τί μ' ἄρδην ὧδ' ἀποκτείνεις, Κρέον;* Conf. Ion. 1724. Plato de rep. IV p. 421 A: *φύλακες δὲ νόμων τε καὶ πόλεως μὴ ὄντες ἀλλὰ δοκοῦντες ὁρᾷς δὴ ὅτι πᾶσαν ἄρδην πόλιν ἀπολλύασι.* Adde Isocrat. or. de permut. § 160 et al.

v. 892. *χρέος* eodem modo dicitur, ut alibi *χάριν*. Cf. supra v. 874. Sophocl. Trach. 485: *κείνου τε καὶ σὴν ἐξ ἴσου κοινὴν χάριν.* Vid. Hermann. ad Vig. p. 701.


v. 901. *πλοῦν ὁρῶντας*] navigandi opportunitatem speculantes, secundos facilesque ventos exspectantes. Plato de Legg. IX p. 866 C: *ἐὰν δὲ ἄκων ἔλθῃ, ἢν μὲν κατὰ θάλατταν ἐκπίπτῃ πρὸς τὴν χώραν, σκηνησάμενος ἐν θαλάττῃ τέγγων τοὺς πόδας πλοῦν ἐπιφυλαττέτω.* Elmsleio ad Heracl. 7 sic distinguendum videtur: *μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας, ἥσυχον.* Sane illud rectissime vidit *ἥσυχον* non esse cum *πλοῦν*, sed cum verbo *μένειν* coniungendum, cum non tempestate premantur Graeci. Sed hoc loco adverbialiter accipiendum est, nisi *ἥσυχον* ex interpretatione parum apta vocis *εὐσταλῆ* (cfr. Hesych. *εὐσταλεῖ· ἀτρεμεῖ*, Soph. Phil. 780 *γένοιτο δὲ πλοῦς οὔριός τε κεὐσταλής*) repeti aut de Hartungi sententia *ἡσύχους* scribi debet; neque enim praecedenti plurali *ὁρῶντας* statim subicere licuit adiectivi singularem ad idem nomen referendum, praesertim cum plurali *ὁρῶντας* non nomen *αὐτοὺς* ex *στρατῷ* adsumendum, sed *ἡμᾶς* obversetur.

γένοιτο δ' εὖ πως· πᾶσι γὰρ κοινὸν τόδε,
ἰδίᾳ θ' ἑκάστῳ καὶ πόλει, τὸν μὲν κακὸν
κακόν τι πάσχειν, τὸν δὲ χρηστὸν εὐτυχεῖν.

(στρ. α'.)

ΧΟ. σὺ μέν, ὦ πατρὶς Ἰλιάς,
τῶν ἀπορθήτων πόλις οὐκέτι λέξει·
τοῖον Ἑλλάνων νέφος ἀμφί σε κρύπτει

v. 905 sqq. Tamesti multa erant, quae excisae patriae Troianas mulieres admonerent neque refrigescere luctum ac desiderium paterentur: tamen nullum maius praesentis fortunae documentum reperiebatur, quam quod ipsi reginae longe gravissimam malorum partem exhauriendam videbant. Sed cum sua sponte maerorem captivis tristitiamque iniceret miserrima urbis clades, tum illa mirum in modum excruciabat augebatque animi dolorem cogitatio, quotiescunque quanta ex laetitia securis ac vino epulisque dissolutis illa supervenisset calamitas reminiscerentur. Idque, ut erat ad commovendos miseratione animos vel maxime idoneus, praeclare intellexit Euripides, neque magis caedem terroremque et incendia exsultantium in capta urbe hostium quam iucundam amoto belli metu civium quietem descripsit. Quarum rerum memoria facit, ut acriore in tot malorum auctores odio chorus incitetur, et, qui tanta spe salutis eum deiecerant, Paridem et Helenam diris devoveat. — Sed, ut ad metrum huius carminis veniamus, id logaoedicum est intermixtis dactylo-epitritis.



v. 904. Agamemno abit, Hecuba in scena manet exspectans Polymestorem quem per famulam arcessivit.

v. 906. λέξει] Passive, ut apud Soph. Oed. Col. 1186: ἃ μή σοι συμφέροντα λέξεται. Eur. Alc. 322: ἀλλ' αὐτίκ' ἐν τοῖς μηκέτ' οὖσι λέξομαι, et semper apud tragicos, monente Porsono ad Hecub. 279.

v. 907. τοῖον Ἑλλάνων νέφος]

δορὶ δὴ δορὶ πέρσαν.
ἀπὸ δὲ στεφάναν κέκαρσαι
πύργων, κατὰ δ' αἰθάλου
κηλῖδ' οἰκτροτάταν κέχρωσαι,
τάλαιν', οὐκέτι σ' ἐμβατεύσω.

(ἀντιστρ. α'.)

μεσονύκτιος ὠλλύμαν,
ἦμος ἐκ δείπνων ὕπνος ἡδὺς ἐπ' ὄσσοις
κίδναται, μολπᾶν δ' ἄπο καὶ χοροποιὸν
θυσίαν καταπαύσας
πόσις ἐν θαλάμοις ἔκειτο,
ξυστὸν δ' ἐπὶ πασσάλῳ,
ναύταν οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον
Τροίαν Ἰλιάδ' ἐμβεβῶτα.

De sententiarum copulandarum ratione monitum est ad Med. v. 718. Andr. 1073: *οὐκ ἔστι σοι παῖς παιδός, ὡς μάθῃς, γέρον Πηλεῦ· τοιάσδε φασγάνων πληγὰς ἔχει. Νέφος* de multitudine posuit Homer. Il. *δ* 274: *ἅμα δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν*, cf. *π* 66. Eur. Phoen. 251. Iacobs. ad. Anth. Gr. I 1, p. 233. Cum *νέφος ἀμφί σε κρύπτει* (*ἀμφικρύπτει σε*) cfr. Hom. Il. *ϱ* 243 *πολέμοιο νέφος περὶ πάντα καλύπτει Ἕκτωρ.*

v. 910. De constructione *ἀποκέκαρσαι στεφάναν πύργων* cfr. Krueg. I § 52, 4, 2 et 3. — *κηλῖδα οἰκτρόταταν αἰθάλου* obiectum est quod dicunt interius verbi *κατακέχρωσαι.*

v. 913. *οὐκέτι σ' ἐμβατεύσω*] El. 595. 1250: *ἐμβατεῦσαι πόλιν*. Genitivo iunxit Sophocles Oed. T. 825: *μή μ' ἐμβατεύειν πατρίδος*, ubi vid. Brunck.

v. 914. *μεσονύκτιος*] Idem tempus designavit parvae Iliadis scriptor apud Schol.: *νὺξ μὲν ἔην μέσση, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη*, unde collegerunt captam urbem *ὀγδόῃ φθίνοντος*: mense autem Thargelione eam rem evenisse praeter Callisthenem, quem laudat Schol., memoriae prodiderunt Ephorus, Damastes et Phylarchus, teste Plutarcho V. Camill. c. 19. cf. Dionys. Hal. A. R. I 63, ibiq. Casaub. Vergilius Aen. II 268: *tempus erat quo prima quies mortalibus aegris Incipit et dono divom gratissima serpit.*

v. 915. *ἐκ δείπνων*] peractis conviviis. Sic *ἀπὸ δείπνου* in epistt. Lyncei ap. Athen. III p. 75 E, cf. Herodot. I 126. II 78. VI 129 et adde annotationem nostram ad v. 55.

v. 917. Nisi pro *μολπᾶν δ' ἄπο* scribendum est *μολπᾶν δ' ὄπα* (cfr. Tro. 1071), debet *ἀπὸ μολπᾶν* eadem ratione qua quod praecedit *ἐκ δείπνων* intellegi, ut significet fere i. q. *μολπὰς καταπαύσας.*

v. 920. *ξυστὸν δ' ἐπὶ πασσάλῳ* scil. *ἔκειτο*. Accipienda haec *διὰ μέσου*. V. ad v. 605. Mox miror Valckenarium ad Phoen. 321 maluisse *ναυτᾶν*: hoc enim prosae orationis, *ναύταν ὅμιλον* poetarum est. Aesch. Prom. 425: *Σκύθης ὅμιλος*. Eur. Herc. 408: *τὸν ἱππευτὰν Ἀμαζόνων στρατόν*. Iph. A. 1059: *θίασος ἱπποβότας Κενταύρων.*

(στρ. β΄.)

ἐγὼ δὲ πλόκαμον ἀναδέτοις
μίτραισιν ἐρρυθμιζόμαν
χρυσέων ἐνόπτρων
λεύσσουσ' ἀτέρμονας εἰς αὐγάς,
ἐπιδέμνιος ὡς πέσοιμ' ἐς εὐνάν.
ἀνὰ δὲ κέλαδος ἔμολε πόλιν·
κέλευμα δ' ἦν κατ' ἄστυ Τροίας τόδ'· ὦ
παῖδες Ἑλλάνων, πότε δὴ πότε τὰν
Ἰλιάδα σκοπιὰν
πέρσαντες ἥξετ' οἴκους;

(ἀντιστρ. β΄.)

λέχη δὲ φίλια μονόπεπλος
λιποῦσα, Δωρὶς ὡς κόρα,
σεμνὰν προσίζουσ'
οὐκ ἤνυσ' Ἄρτεμιν ἁ τλάμων·
ἄγομαι δὲ θανόντ' ἰδοῦσ' ἀκοίταν
τὸν ἐμὸν ἅλιον ἐπὶ πέλαγος,
πόλιν τ' ἀποσκοποῦσ', ἐπεὶ νόστιμον
ναῦς ἐκίνησεν πόδα καί μ' ἀπὸ γᾶς

v. 926. *ἀτέρμονας* consensu Schol. et Eustath. ad Il. η p. 690, 41 explicant *κυκλοτερεῖς*. Hermannus hanc interpretationem ineptam putat et splendorem intellegendum arbitratur, quem specula ex metallo facta noctu lumine admoto oculos radiis percellentem fundant. *Χρύσεα ἔνοπτρα* commemorat Euripides etiam Troad. 1107.

v. 927. *ἐπιδέμνιος — ἐς εὐνάν* posita sunt *ἐκ παραλλήλου*, cuius generis permulta in tragico sermone observantur. Ion 1441: *ὃν κατὰ γᾶς ἐνέρων χθόνιον μετὰ Περσεφόνας τ' ἐδόκουν ναίειν*. Bacch. 1111 *χαμαιπετὴς πίπτει πρὸς οὖδας*. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 754. Schwenck. ad Aesch. Sept. c. Theb. p. 199. Ceterum *ἐπιδέμνιος* ad torum, *ἐς εὐνάν* ad vestem stragulam pertinet. Cfr. Hom. Od. ψ 189 *ἐκθεῖσαι πύκινον λέχος* (i. e. *δέμνιον*) *ἐμβάλετ' εὐνήν*, 290 *εὐνὴν ἐσθῆτος μαλακῆς*.

v. 931. *τὰν Ἰλιάδα σκοπιάν* dixit Troiam, credo, quod esset apud Homerum *Ἴλιος ἠνεμόεσσα*.

v. 933. De vestitu virginum Doriensium, tenuiore illo et ad priscae aetatis simplicitatem composito, pleraque complexus est Od. Müllerus Dor. T. II p. 263 sqq. Euripidis huc pertinet locus ex Androm. v. 597 sqq. — *Προσίζουσ' — Ἄρτεμιν*: Aesch. Suppl. 189 *πάγον προσίζειν*, Eur. Helen. 1492 *Εὐρώταν ἐφεζόμεναι*. Vid. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 249.

v. 940. *ναῦς ἐκίνησεν πόδα*] Hoc per metaphoram dictum nec cogitandum esse de illis funibus qui proprie *πόδες* navis dicebantur, qui ab angulis veli exeuntes in navi puppim versus alligabantur (cfr. Seidler. ad Iph. T. 1104), documento est v. 1020, ubi dicitur *νεῶν λῦσαι οἴκαδε*

ὥρισεν Ἰλιάδος·
τάλαιν᾽, ἀπεῖπον ἄλγει.

(ἐπῳδός.)

τὰν τοῖν Διοσκόροιν Ἑλέναν κάσιν Ἰδαῖόν τε βούταν
αἰνόπαριν κατάρᾳ διδοῦσ᾽, ἐπεί με γᾶς
ἐκ πατρίας ἀπώλεσεν
ἐξῴκισέν τ᾽ οἴκων γάμος οὐ γάμος, ἀλλ᾽ ἀλάστο-
ρός τις οἰζύς·
ἂν μήτε πέλαγος ἅλιον ἀπαγάγοι πάλιν,
μήτε πατρῷον ἵκοιτ᾽ ἐς οἶκον.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὦ φίλτατ᾽ ἀνδρῶν Πρίαμε, φιλτάτη δὲ σύ,
Ἑκάβη, δακρύω σ᾽ εἰσορῶν πόλιν τε σὴν
τήν τ᾽ ἀρτίως θανοῦσαν ἔκγονον σέθεν.
φεῦ·
οὐκ ἔστιν οὐδὲν πιστὸν οὔτ᾽ εὐδοξία,
οὔτ᾽ αὖ καλῶς πράσσοντα μὴ πράξειν κακῶς.
φύρουσι δ᾽ αὐτὰ θεοὶ πάλιν τε καὶ πρόσω
ταραγμὸν ἐντιθέντες, ὡς ἀγνωσίᾳ
σέβωμεν αὐτούς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ
θρηνεῖν προκόπτοντ᾽ οὐδὲν ἐς πρόσθεν κακῶν;
σὺ δ᾽ εἴ τι μέμφει τῆς ἐμῆς ἀπουσίας,
σχές· τυγχάνω γὰρ ἐν μέσοις Θρῄκης ὅροις

πόδα. Meminerimus, etiam Χρόνου πόδα nosse Euripidem (cfr. Bacch. 889 et schol. ad Aristoph. Ran. 100).

v. 945. Participium διδοῦσα ad ἄγομαι, non ad ἀπεῖπον referendum.

v. 946. ἐκ πατρίας γᾶς ἀπώλεσεν] Cfr. Iph. T. 541 ἐκεῖθέν εἰμι· παῖς ἔτ᾽ οὖσ᾽ ἀπωλόμην, Androm. 708 εἰ μὴ φθερεῖ τῆσδ᾽ ὡς τάχιστ᾽ ἀπὸ στέγης. Itaque non esse videtur quod ἀπήλασεν corrigamus.

v. 948. γάμος οὐ γάμος] quem dicere poterat γάμον ἄγαμον. Vid. ad v. 612. Androm. 103: Ἰλίῳ αἰπεινᾷ Πάρις οὐ γάμον, ἀλλά τιν᾽ ἄταν Ἠγάγετ᾽ εὐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλέναν. Helen. 1134: γέρας οὐ γέρας. De nuptiis Helenae funestis cfr. Aesch. Ag. 699 sqq., 744 sqq.

v. 958. φύρουσι] miscent ac perturbant. Plutarch. de Is. et Osir. p. 378 D: φύρειν τὰς περὶ θεῶν δόξας καὶ συνταράττειν ὑποψίαις ἀτόποις. Philo de lege Spec. p. 809 D: πάντα φύρων καὶ συγχέων, quem locum cum aliis similibus laudat Iacobsius Lect. Stob. p. 88. not.

v. 961. προκόπτοντ᾽] nihil promoventem et tanquam ad finem malorum progredientem. Alc. 1079: τί δ᾽ ἂν προκόπτοις, εἰ θέλεις ἀεὶ στένειν. Hipp. 23: τὰ πολλὰ δὲ Πάλαι προκόψασ᾽, οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ. — ἐς πρόσθεν attigit de praepositionum cum adverbiis copulatione agens Lobeck. ad Phryn. p. 48.

ἀπών, ὅτ' ἦλθες δεῦρ'· ἐπεὶ δ' ἀφικόμην,
ἤδη πόδ' ἔξω δωμάτων αἴροντί μοι
ἐς ταὐτὸν ἥδε συμπίτνει δμωὶς σέθεν
λέγουσα μύθους, ὧν κλύων ἀφικόμην.

ΕΚ. αἰσχύνομαί σε προσβλέπειν ἐναντίον,
Πολυμῆστορ, ἐν τοιοῖσδε κειμένη κακοῖς.
ὅτῳ γὰρ ὤφθην εὐτυχοῦσ', αἰδώς μ' ἔχει,
ἐν τῷδε πότμῳ τυγχάνουσ', ἵν' εἰμὶ νῦν,
κοὐκ ἂν δυναίμην προσβλέπειν ὀρθαῖς κόραις.
ἀλλ' αὐτὸ μὴ δύσνοιαν ἡγήσῃ σέθεν,
Πολυμῆστορ· ἄλλως δ' αἴτιόν τι καὶ νόμος
γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον.

ΠΟΛ. καὶ θαῦμά γ' οὐδέν. ἀλλὰ τίς χρεία σ' ἐμοῦ;
τί χρῆμ' ἐπέμψω τὸν ἐμὸν ἐκ δόμων πόδα;

ΕΚ. ἴδιον ἐμαυτῆς δή τι πρὸς σὲ βούλομαι
καὶ παῖδας εἰπεῖν σούς· ὀπάονας δέ μοι

v. 970 sq. Participium *τυγχάνουσα*, si quid constructio verborum postulaverit quaerimus, non recte coniungi potest cum illis *αἰδώς μ' ἔχει:* requirebatur enim *τυγχάνουσαν.* Sed quod ipsum per se vitiosum videatur necesse est, culpa vacat propter vim consuetudinis. Etenim latissime patet in Graeca syntaxi illa ratio, ut similis significationis locutiones inter se permisceantur, neque magis ad id, quod grammatica ratio postulabat, quam quod mente complectuntur, structuram verborum scriptores accommodent. Sic hoc loco nominativum posuit Euripides, plane illum convenientem non cum eo, quod expressit, *αἰδώς μ' ἔχει*, sed cum illo, quod cogitavit, *αἰδοῦμαι.* Eiusdem generis est locus Hippolyti, quem ad v. 961 adscripsi; et Cycl. 330: *Δοραῖσι θηρῶν σῶμα περιβαλὼν ἐμὸν Καὶ πῦρ ἀναίθων, χιόνος οὐδέν μοι μέλει*, quod est idem ac si dixisset *οὐδὲν φροντίζω.* Lucianus Demosth. encom. § 1: *ἀωρὶ γάρ τοι τῶν νυκτῶν ἐξαναστὰς ἔδοξέ μοι χρῆναι τοῖς Ὁμήρου γενεθλίοις τῆς ποιητικῆς ἀπάρξασθαι.* Plura vid. apud Krueg. I § 56, 9, 4.

v. 972. *ὀρθαῖς κόραις*] rectis neque perturbatis pudore oculis. Iphig. A. 851: *χαῖρ'· οὐ γὰρ ὀρθοῖς ὄμμασίν σ' ἔτ' εἰσορῶ, Ψευδὴς γενομένη καὶ παθοῦσ' ἀνάξια.* Similia multa ad Horat. Carm. I 3, 18 affudit eruditio Bentleii, aliaque ad h. l. notavit Porsonus.

v. 976. *καὶ θαῦμά γ' οὐδέν*] Vim particularum *καὶ — γε* senties mecum interpretando: Sunt haec, ut dicis, neque vero ego miror. Soph. Oed. T. 1132: *κοὐδέν γε θαῦμα.* Cf. v. 933. 1275. Helen. 106. Ion 340. 1293. Cycl. 178. Aristoph. Ran. 49. Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 188. Blomfield. ad Aesch. Pers. 266. *τίς χρεία σ' ἐμοῦ;*] Exemplo Homeri dixit Il. λ 606: *τί δέ σε χρεὼ ἐμεῖο;* et alibi. Vide doctam annotationem Porsoni ad Or. 659.

v. 977. *τί χρῆμα;* quare? Heracl. 633: *τί χρῆμα κεῖσαι καὶ κατηφὲς ὄμμ' ἔχεις;* cf. Herc. 1179.

χωρὶς κέλευσον τῶνδ' ἀποστῆναι δόμων.
ΠΟΛ. χωρεῖτ'· ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ ἥδ' ἐρημία.
φίλη μὲν εἶ σύ, προσφιλὲς δέ μοι τόδε
στράτευμ' Ἀχαιῶν. ἀλλὰ σημαίνειν σε χρῆν,
τί χρὴ τὸν εὖ πράσσοντα μὴ πράσσουσιν εὖ
φίλοις ἐπαρκεῖν· ὡς ἕτοιμός εἰμ' ἐγώ.
ΕΚ. πρῶτον μὲν εἰπὲ παῖδ' ὃν ἐξ ἐμῆς χερὸς
Πολύδωρον ἔκ τε πατρὸς ἐν δόμοις ἔχεις,
εἰ ζῇ· τὰ δ' ἄλλα δεύτερόν σ' ἐρήσομαι.
ΠΟΛ. μάλιστα· τοὐκείνου μὲν εὐτυχεῖς μέρος.
ΕΚ. ὦ φίλταθ', ὡς εὖ κἀξίως σέθεν λέγεις.
ΠΟΛ. τί δῆτα βούλει δεύτερον μαθεῖν ἐμοῦ;
ΕΚ. εἰ τῆς τεκούσης τῆσδε μέμνηταί τί μου.
ΠΟΛ. καὶ δεῦρό γ' ὡς σὲ κρύφιος ἐζήτει μολεῖν.
ΕΚ. χρυσὸς δὲ σῶς, ὃν ἦλθεν ἐκ Τροίας ἔχων;
ΠΟΛ. σῶς, ἐν δόμοις γε τοῖς ἐμοῖς φρουρούμενος.
ΕΚ. σῶσόν νυν αὐτόν, μηδ' ἔρα τῶν πλησίον.
ΠΟΛ. ἥκιστ'· ὀναίμην τοῦ παρόντος, ὦ γύναι.
ΕΚ. οἶσθ' οὖν ἃ λέξαι σοί τε καὶ παισὶν θέλω;
ΠΟΛ. οὐκ οἶδα· τῷ σῷ τοῦτο σημανεῖς λόγῳ.
ΕΚ. ἔστ', ὦ φιληθεὶς ὡς σὺ νῦν ἐμοὶ φιλεῖ,
ΠΟΛ. τί χρῆμ', ὃ κἀμὲ καὶ τέκν' εἰδέναι χρεών;
ΕΚ. χρυσοῦ παλαιαὶ Πριαμιδῶν κατώρυχες.
ΠΟΛ. ταῦτ' ἔσθ' ἃ βούλει παιδὶ σημῆναι σέθεν;
ΕΚ. μάλιστα, διὰ σοῦ γ'· εἶ γὰρ εὐσεβὴς ἀνήρ.
ΠΟΛ. τί δῆτα τέκνων τῶνδε δεῖ παρουσίας;
ΕΚ. ἄμεινον, ἢν σὺ κατθάνῃς, τούσδ' εἰδέναι.
ΠΟΛ. καλῶς ἔλεξας τῇδε καὶ σοφώτερον.

v. 981. *ἐν ἀσφαλεῖ ἥδ' ἐρημία*] i. e. nihil hic habet solitudo mea absentibus famulis periculi.

v. 983. *σημαίνειν σε χρῆν, τί οὐ πάλαι ἐσήμηνας;* dicit Polymestor studii simulandi gratia.

v. 989. *τοὐκείνου μέρος*] quantum ad illum attinet. Rhes. 405: *Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος.* cf. Plat. Criton. p. 45 D et alibi.

v. 991. *μαθεῖν ἐμοῦ*] Vid. Krueg. II § 47, 10, 10.

v. 998. *ἃ λέξαι*] Non videbatur congruere *τοῦτο* versu seq., ubi Brunckius scripsit *ταῦτα*. Illud qui intactum reliquit Porsonus, tamen re consentiens cum Brunckio, hoc versu correxit *ὅ*. His non opus esse ostendit Matthiaeus. Vid. Krueg. I § 44, 4, 3.

v. 1000. De schemate quod dicunt Pindarico *ἔστι . . κατώρυχες* cfr. Jon. 1146 et vid. Krueg. I § 63, 4, 4. *ὦ φιληθεὶς ὡς . . φιλεῖ* ambigue dicit Hecuba ut v. 990.

ΕΚ. οἶσθ' οὖν Ἀθάνας Ἰλίας ἵνα στέγαι;
ΠΟΛ. ἐνταῦθ' ὁ χρυσός ἐστι; σημεῖον δὲ τί;
ΕΚ. μέλαινα πέτρα γῆς ὑπερτέλλουσ' ἄνω.
ΠΟΛ. ἔτ' οὖν τι βούλει τῶν ἐκεῖ φράζειν ἐμοί;
ΕΚ. σῶσαί σε χρήμαθ' οἷς συνεξῆλθον θέλω.
ΠΟΛ. ποῦ δῆτα, πέπλων ἐντὸς ἢ κρύψασ' ἔχεις;
ΕΚ. σκύλων ἐν ὄχλῳ ταῖσδε σῴζεται στέγαις.
ΠΟΛ. ποῦ δ'; αἵδ' Ἀχαιῶν ναύλοχοι περιπτυχαί.
ΕΚ. ἴδιαι γυναικῶν αἰχμαλωτίδων στέγαι.
ΠΟΛ. τἄνδον δὲ πιστά, κἀρσένων ἐρημία;
ΕΚ. οὐδεὶς Ἀχαιῶν ἔνδον, ἀλλ' ἡμεῖς μόναι.
ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκους· καὶ γὰρ Ἀργεῖοι νεῶν
λῦσαι ποθοῦσιν οἴκαδ' ἐκ Τροίας πόδα·
ὡς πάντα πράξας ὧν σε δεῖ στείχῃς πάλιν
ξὺν παισὶν οὗπερ τὸν ἐμὸν ᾤκισας γόνον.
ΧΟ. οὔπω δέδωκας, ἀλλ' ἴσως δώσεις δίκην·
ἀλίμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον πεσὼν
λέχριος, ἐκπεσεῖ φίλας καρδίας,
ἀμέρσας βίον. τὸ γὰρ ὑπέγγυον

v. 1010. *τὴν τύφλωσιν αὐτοῦ λέγει* (dicendum potius *αἰνίττεται*) schol. Gu.

v. 1013. De collocatione particulae *ἢ* (*ἢ πέπλων ἐντὸς κρύψασ' ἔχεις;*) cfr. El. 967 *τί δῆτα δρῶμεν; μητέρ' ἢ φονεύσομεν;* Soph. Ant. 1281.

v. 1021 seq. Egregie Euripides utitur illa ambiguitate verborum, quae, dum securum reddit eum, cui laquei intenduntur, spectatores futurorum gnaros metu ac miseratione percellit. Etenim tametsi qui perfidiam hominis atque avaritiam hoc ipso colloquio perspexerit vindictam Polymestoris cupiat, tamen improvidum neque ulla praesidii ac salutis spe ruere in perniciem, nescio quo pacto miserum videtur et crudele, magnamque irae partem detrahit. — De constructione *δεῖ μέ τινος* cfr. Krueg. II § 47, 16, 2.

v. 1024 sqq. Versus sunt vel iambici vel dochmiaci. Constructio verborum haec est: *ἐκπεσεῖ φίλας καρδίας ἀμέρσας βίον, ὥς τις λέχριος πεσὼν εἰς ἀλίμενον ἄντλον*, quae per epexegesin addita sunt ad *δίκην δώσεις*. Verba *ἐκπεσεῖ φίλας καρδίας* rectius eis, quibus idem fere quod verba *ἀμέρσας βίον* significare videntur, interpretatur Weilius: *ἀποσφαλεῖ φρενῶν, ἐλπίδων*. Vim vocabuli *λέχριος* facilius assequare comparato loco Vergilii Aen. I 104, ubi de Troianorum classe procellis iactata: *Franguntur remi; tum prora avertit et undis Dat latus; insequitur cumulo praeruptus aquae mons.* Pertinet autem comparatio ad subitam et ineluctabilem mortem.

v. 1029. *τὸ γὰρ ὑπέγγυον — κακόν*] Haec ex Hemsterhusii sententia interpretatur Hermannus: 'diis et iustitiae obnoxia in quem expetunt, pestiferum, pestiferum malum et' i. e. qui se adversus deos et iustitiam impiavit, magno id suo cum malo luit. Rectius interpreteris *ξυμπίτνει* ex scho-

δίκα καὶ θεοῖσιν οὖ ξυμπίτνει,
ὀλέθριον ὀλέθριον κακόν.
ψεύσει σ' ὁδοῦ τῆσδ' ἐλπίς, ἥ σ' ἐπήγαγε
θανάσιμον πρὸς ᾅδαν, ἰὼ τάλας·
ἀπολέμῳ δὲ χειρὶ λείψεις βίον.

ΠΟΛ. ὤμοι, τυφλοῦμαι φέγγος ὀμμάτων τάλας.
ΧΟ. ἠκούσατ' ἀνδρὸς Θρῃκὸς οἰμωγήν, φίλαι;
ΠΟΛ. ὤμοι μάλ' αὖθις, τέκνα, δυστήνου σφαγῆς.
ΧΟ. φίλαι, πέπρακται καίν' ἔσω δόμων κακά.
ΠΟΛ. ἀλλ' οὔτι μὴ φύγητε λαιψηρῷ ποδί·
βάλλων γὰρ οἴκων τῶνδ' ἀναρρήξω μυχούς.
ἰδού, βαρείας χειρὸς ὁρμᾶται βέλος.
ΧΟ. βούλεσθ' ἐπεσπέσωμεν; ὡς ἀκμὴ καλεῖ
Ἑκάβῃ παρεῖναι Τρῳάσιν τε συμμάχους.
ΕΚ. ἄρασσε, φείδου μηδέν, ἐκβάλλων πύλας·
οὐ γάρ ποτ' ὄμμα λαμπρὸν ἐνθήσεις κόραις,
οὐ παῖδας ὄψει ζῶντας, οὓς ἔκτειν' ἐγώ.
ΧΟ. ἦ γὰρ καθεῖλες Θρῆκα καὶ κρατεῖς ξένου,

liis *ἀφανίζεται, ἀπόλλυται* et intellegas: 'ubi ea quorum vindices sunt dii atque iustitia, pereunt, pestiferum malum est'.

v. 1033. Cum *θανάσιμον* neque ad *σὲ* neque ad *ᾅδαν* apte referatur, vitium subesse videtur. Fortasse pro *ᾅδαν* scribendum est *ἄταν*. Cum *θανάσιμον ἄταν* cfr. *θανάσιμον μόρον* v. 1145. Prior syllaba interiectionis *ἰώ* ut saepius producitur.

v. 1034. *ἀπολέμῳ· ἀνάνδρῳ, γυναικείᾳ* schol.

v. 1035. Foedum caedis adspectum subducit poeta oculis spectatorum. Geritur res in tentorio, unde primum lamentabiles voces Polymestoris, oculos suos occaecatos et necem liberorum querentis, mox (v. 1039 sq.) erumpere cupientis impetum iactumque exaudiunt. Sed antevertit Hecuba, quae postquam breviter choro quid actum sit exposuit, ipse procedit Polymestor, misere foedatus, nunc deplorans cladem crudelissimam, nunc in iram et ulciscendi cupiditatem exardescens et auxilium suorum Graecorumque et Atridarum exposcens.

v. 1036 et 1038 duces hemichorii alternare videntur.

v. 1039. *οὔτι μὴ φύγητε*] 'non effugietis'. Cfr. Krueg. I § 53, 7, 6.

v. 1042. *βούλεσθ' ἐπεσπέσωμεν*] Vid. Krueg. I § 54, 2, 3. *ἀκμή* idem fere, quod alibi *καιρός*, tempus tale, ubi, ut cum vetere poeta loquar, *οὐχ ἕδρας ἔργον οὐδ' ἀμβολᾶς*. Herc. 532: *εἰς ἀκμὴν ἐλθὼν φίλοις*, quae compares cum Hecub. v. 666. Sophocl. El. 1337: *εἴσω παρέλθεθ', ὡς τὸ μὲν μέλλειν κακὸν Ἐν τοῖς τοιούτοις ἔστ', ἀπηλλάχθαι δ' ἀκμή*. V. Bergler. ad Aristoph. Plut. 255. Cf. Ruhnk. in Auctar. Emendatt. ad Hesych. p. 194.

v. 1047. Non excussissent, opinor, interpretes eruditionis suae thesauros, si, quo loco nunc legitur *ξένου*, scriptum fuisset aut per metrum scribi licuisset *τοῦ ἀνδρός*: quod vocabulum haud raro, ut apud Latinos vir, vice fungitur pronominis. Nunc cum

δέσποινα, καὶ δέδρακας οἷάπερ λέγεις;
ΕΚ. ὄψει νιν αὐτίκ' ὄντα δωμάτων πάρος
τυφλόν, τυφλῷ στείχοντα παραφόρῳ ποδί,
παίδων τε δισσῶν σώμαθ', οὓς ἔκτειν' ἐγὼ
ξὺν ταῖς ἀρίσταις Τρῳάσιν· δίκην δέ μοι
δέδωκε· χωρεῖ δ', ὡς ὁρᾷς, ὅδ' ἐκ δόμων.
ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπειμι κἀποστήσομαι
θυμῷ ζέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ.
ΠΟΛ. ὤμοι ἐγώ, πᾷ βῶ,
πᾷ στῶ, πᾷ κέλσω;
τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου
τιθέμενος ἐπὶ χεῖρα κατ' ἴχνος; ποίαν,
ἢ ταύταν ἢ τάνδ'
ἐξαλλάξω τὰς
ἀνδροφόνους μάρψαι
χρῄζων Ἰλιάδας, αἵ με διώλεσαν;
τάλαιναι κόραι τάλαιναι Φρυγῶν,

Polymestor vv. 774. 890 dicatur *Θρῂξ ξένος*, falso sibi persuaserunt easdem voces hoc quoque loco coniungendas fuisse, diremtas autem exquisita quadem ratione loquendi. Quidni enim dicere potuerit Euripides: *ἦ γὰρ καθεῖλες Θρῇκα καὶ κρατεῖς αὐτοῦ*; Pronomen languidum, in fine praesertim sententiae, cum significantiore commutavit vocabulo *ξένου*. Elegans tamen est quod olim coniecit Hermannus *ξένον*. Cfr. ad v. 605, Iph. T. 1309 *ἔψευδον αἵδε καί μ' ἀπήλαυνον δόμων, ὡς ἐκτὸς εἴης*, Soph. Ant. 298, Hom. Od. β 370.

v. 1050. *τυφλῷ ποδί*] Qui non regitur lumine oculorum: cf. Phoen. 838. 1536. 1616. Porson. ad Phoen. 1722. *παράφορος*, qui incerto ac vago gressu titubat, vid. Ast. ad Plat. Legg. VI 18 p. 320. Baehr. in Creuzeri Melet. III. p. 5 sq.

v. 1055. *θυμῷ ζέοντι Θρ.*] Thraci ira fervido. Paullo aliter Soph. Oed. C. 434: *ὁπηνίκ' ἔζει θυμός*. cf. Jacobs. ad Anthol. Gr. Vol. II P. II p. 203.

v. 1056—1084. In hoc carmine excipiunt inter se dochmii et anapaesti, motus animi, motus corporis in vicem exprimentes.

v. 1057. *κέλσαι* proprie de navibus, quae portum ingressae aut ad terram appulsae ex salo consistunt: quod quam apte ad Polymestorem translatum sit, nemo non videt; cf. v. 1080. Similem huius verbi potestatem animadvertere licet etiam in El. 139: *Ἄργει κέλσας πόδ' ἀλάταν*. Hipp. 140: *θανάτου κέλσαι ποτὶ τέρμα δύστανον*.

v. 1058. Ne quis vera putet quae scholiasta habet: *ὑπόκειται ὁ Πολυμήστωρ τετραποδίζων*. Nam nihil nisi titubantem ingressum caeci hominis iter praetemptantis et ad manum vestigium ex vestigio (*ἐπὶ χεῖρα κατ' ἴχνος*) facientis describit, cui ad incedendum non minus manibus quam pedibus opus est.

v. 1063. Transpositionem horum verborum idoneis exemplis confirmavit Seidlerus p. 278 sq., in quibus reperias haec ex Med. 1273: *ἀκούεις βοὰν ἀκούεις τέκνων*; 1282: *μίαν δὴ κλύω μίαν τῶν πάρος*.

ὢ κατάρατοι,
ποῖ καί με φυγᾷ πτώσσουσι μυχῶν;
εἴθε μοι ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον
ἀκέσσαιο τυφλὸν ἀκέσσαι', Ἅλιε,
φέγγος ἀπαλλάξας.
ἆ ἆ.
σίγα· κρυπτὰν βάσιν αἰσθάνομαι
τάνδε γυναικῶν, πᾷ πόδ' ἐπᾴξας
σαρκῶν ὀστέων τ' ἐμπλησθῶ,
θοίναν ἀγρίων τιθέμενος θηρῶν,
ἀρνύμενος λώβαν,
λύμας ἀντίποιν' ἐμᾶς; ὢ τάλας.
ποῖ, πᾷ φέρομαι τέκν' ἔρημα λιπὼν
βάκχαις Ἅιδου διαμοιρᾶσαι,
σφακτὰ κυσίν τε φοινίαν δαῖτ' ἀνή-
μερόν τ' οὐρείαν ἐκβολάν;
πᾷ στῶ, πᾷ κάμψω, [πᾷ βῶ,]
ναῦς ὅπως ποντίοις πείσμασι, λινόκροκον

v. 1065. *ποῖ μυχῶν*] Vid. Krueg. I § 47, 10, 4.

v. 1066 sqq. Haud inepte, ut caecitati suae medeatur, Solem invocat Polymestor, utpote luminis auctorem.

v. 1068. *τυφλὸν φέγγος* similiter dicitur ac *σκότον βλέπειν*, *ἐν σκότῳ ὀψοίατο* Soph. O. Tyr. 419. 1273, ut non opus sit de Reiskii coniectura *νέφος ἀπαλλάξας* vel cum Weilio *φέγγος ἐπαλλάξας* scribere.

v. 1071. *ἐπᾴξας*] active Sophocl. Ai. 40: *καὶ πρὸς τί δυσλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χέρα;* [Cfr. Or. 1429. Rectius tamen videtur ex ratione constructionis *πόδα βαίνειν*, de qua vid. Krueg. II § 46, 7, 3, intellegi.]

v. 1072. *σαρκῶν . . ἐμπλησθῶ*] Cfr. illa verba feram et diram ultionem expetentium *ὠμὸν καταφαγεῖν τινα, ὠμοῦ τινος ἐσθίειν, ἀνδρὶ παρὰ κρατερῷ τοῦ ἐγὼ μέσον ἧπαρ ἔχοιμι ἐσθέμεναι προσφῦσα* Hom. Il. ω 212 cfr. δ 35, χ 347.

v. 1074. *ἀντίποινα* appositio est ad *λώβαν*.

v. 1075 sqq. Longius a tentorio digressus, ubi liberorum cadavera reliquerat, vereri incipit Polymestor, ne illa a mulieribus in caedem ac foedissima facinora furentibus (*βάκχαις Ἅιδου*, conf. Cycl. 397 *Ἅιδου μάγειρος*), simili credo scelere, ut Orpheum olim ac Pentheum Bacchae laceraverant, discerperentur. Itaque navis instar, contractis quasi velis (*λινόκροκον φᾶρος στέλλων*) gressum cohibuit (*ἀνοκωχεύει* cfr. schol. ad Soph. El. 732) et ad custodienda carissima corpora revertitur.

v. 1079. Verba *πᾷ βῶ* loco alieno interposita, quae Porsonus ante *πᾷ στῶ* collocabat, Nauckius recte delet ut illata ex v. 1056.

v. 1080. Pro *ὅπως* aut cum Weilio *ἅτε* aut cum Nauckio *ὡς* scribendum videtur, ut duo dochmii restituantur, nisi creticos admixtos putes dochmiis ut v. 1078.

φᾶρος στέλλων, ἐπὶ τάνδε συθεὶς
τέκνων ἐμῶν φύλαξ
ὀλέθριον κοίταν;

ΧΟ. ὦ τλῆμον, ὥς σοι δύσφορ' εἴργασται κακά·
δράσαντι δ' αἰσχρὰ δεινὰ τἀπιτίμια
[δαίμων ἔδωκεν, ὅστις ἐστί σοι βαρύς].

ΠΟΛ. αἶ αἶ, ἰὼ Θρῄκης
λογχοφόρον, ἔνοπλον, εὔιππον, Ἄ-
ρει κάτοχον γένος.
ἰὼ Ἀχαιοί, ἰὼ Ἀτρεῖδαι.
βοὰν βοὰν ἀϋτῶ, βοάν·
ἴτε, μόλετε πρὸς θεῶν.
κλύει τις, ἢ οὐδεὶς ἀρκέσει, τί μέλλετε;
γυναῖκες ὤλεσάν με,
γυναῖκες αἰχμαλωτίδες.
δεινὰ δεινὰ πεπόνθαμεν.
ὤμοι ἐμᾶς λώβας.
ποῖ τράπωμαι; ποῖ πορευθῶ;
[αἰθέρ'] ἀμπτάμενος οὐράνιον
ὑψιπετὲς ἐς μέλαθρον, Ὠρίων
ἢ Σείριος ἔνθα πυρὸς φλογέας ἀφίη-
σιν ὄσσων αὐγάς, ἢ τὸν ἐς Ἀίδα
μελανοχρῶτα πορθμὸν ᾄξω τάλας;

Πείσματα πόντια sunt ancoralia.

v. 1083. Ex iambis dochmius efficitur Hartungi emendatione τέκνων μ ο υ φύλαξ.

v. 1085. Verte: O miserum te! quam gravia in te perpetrata sunt mala. Vid. Krueg. I § 46, 12, 3.

v. 1087. Hunc v. eiecit Hermannus ut ex v. 723 translatum et hoc loco parum commodum.

v. 1088—1106. Plurimi in hoc carmine sunt versus dochmiaci, aliquot cretici et iambici.

v. 1094. ἢ cum prima syllaba voc. οὐδεὶς coalescit. vid. Soph. Oed. T. 993. Eurip. Bacch. 649. cf. Krueg. II § 13, 6, 2. Blomf. ad Aesch. S. c. Th. 186.

v. 1097. Alterum δεινά, quod recentes nonnulli libri omittunt, delendum videtur. Weilius conicit δεινὰ φεῦ, δεινὰ πεπόνθαμεν.

v. 1098. Idem metrum habes Iph. T. 874 ἃ δ' ἐπ' αὐτοῖς τίς τελευτά; et 875.

v. 1100 sqq. αἰθέρα motus scholio Flor. 25 et 33 ἔν τισι τὸ αἰθέρα περισσὸν καὶ οὐ φέρεται eiecit Hermannus ut ex interpretatione verborum ὑψιπετὲς μέλαθρον ortum. — Participium ἀμπτάμενος referendum est ad verb. fin. ᾄξω. Pro ἢ ἐς Ἀίδα πορθμευθείς variatur τὸν ἐς Ἀίδα πορθμόν; hoc autem eadem ratione dicitur atque τὴν ἐς Ἀίδα ὁδὸν (ᾄξω). Cfr. Krueg. I § 46, 5, 3. — ἀμπτάμενος pro ἀναπτάμενος, quod ipsum perperam exhibent codd. nonnulli. Infra 1263 ἀμβήσει. cf. Krueg. II § 8, 3, 7.

ΧΟ. συγγνώσθ᾽, ὅταν τις κρείσσον᾽ ἢ φέρειν κακὰ
πάθῃ, ταλαίνης ἐξαπαλλάξαι ζόης.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

κραυγῆς ἀκούσας ἦλθον. οὐ γὰρ ἥσυχος
πέτρας ὀρείας παῖς λέλακ᾽ ἀνὰ στρατὸν
Ἠχώ, διδοῦσα θόρυβον. εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν
πύργους πεσόντας ᾔσμεν Ἑλλήνων δορί,
φόβον παρέσχεν οὐ μέσως ὅδε κτύπος.

ΠΟΛ. ὦ φίλτατ᾽, ᾐσθόμην γάρ, Ἀγάμεμνον, σέθεν
φωνῆς ἀκούσας, εἰσορᾷς ἃ πάσχομεν;

ΑΓ. ἔα.
Πολυμῆστορ ὦ δύστηνε, τίς σ᾽ ἀπώλεσε;
τίς ὄμμ᾽ ἔθηκε τυφλὸν αἱμάξας κόρας,
παῖδάς τε τούσδ᾽ ἔκτεινεν; ἦ μέγαν χόλον
σοὶ καὶ τέκνοισιν εἶχεν, ὅστις ἦν ἄρα.

ΠΟΛ. Ἑκάβη με σὺν γυναιξὶν αἰχμαλωτίσιν
ἀπώλεσ᾽, οὐκ ἀπώλεσ᾽, ἀλλὰ μειζόνως.

ΑΓ. τί φής; σὺ τοὔργον εἴργασαι τόδ᾽, ὡς λέγει;
σὺ τόλμαν, Ἑκάβη, τήνδ᾽ ἔτλης ἀμήχανον;

ΠΟΛ. ὤμοι, τί λέξεις; ἦ γὰρ ἐγγύς ἐστί που;
σήμηνον, εἰπὲ ποῦ ᾽σθ᾽, ἵν᾽ ἁρπάσας χεροῖν
διασπάσωμαι καὶ καθαιμάξω χρόα.

v. 1107. ξυγγνώσθ᾽] Pluralis adiectivi pro singulari. Med. 491: *συγγνώστ᾽ ἂν ἦν σοι τοῦδ᾽ ἐρασθῆναι λέχους.* 703: *συγγνωστὰ μὲν τἄρ᾽ ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι.* cf. Bacch. 1039. Phoen. 994. Krueg. I §44, 4, 2. — *κρείσσον᾽ ἢ φέρειν*, graviora quam quae ferri possint; cf. Krueg. I § 49, 4.

v. 1109 sqq. Agamemnonis adventu cum speret Polymestor fore, ut Hecuba dedatur ad supplicium, sedatior simul cum animi motu fit oratio, et illam numerorum vehementiam ac varietatem excipiunt trimetri iambici. Iamque eo res adducta est, ut, quod maxime amat Euripides, tanquam in forensi certamine causa disceptetur, absolutaque Hecuba simul et promissis satisfaciat Agamemno, et iusti regis personam egregie tueatur.

v. 1113. *παρέσχεν*] Quod Marklandus ad Suppl. 905 coniecit *παρέσχ᾽ ἄν*, refutavit Elmsl. ad Med. 416, cum docuit Atticos non solere ε tertiae personae ante particulam ἄν elidere. Elmsl. ipse *ὅδ᾽ ἂν κτύπος* proposuit; sed non opus esse particula ἄν demonstravit Hermannus de part. ἄν I 13 et ad Soph. El. 902. Cfr. Krueg. I § 53, 10, 5. Magis tamen huic usui convenit imperfectum *παρεῖχεν*.

v. 1118. *χόλον σοὶ καὶ τέκνοισιν εἶχεν*] Constructionem illustravi ad Med. 75.

v. 1121. Hecuba me perdidit; perdidit, dico? immo maius quid perpetravit. Iph. T. 1321: *ὦ θαῦμα. πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω;* Vid. ad v. 667.

v. 1126. Medium *διασπάσωμαι* parum aptum est. Scribendum videtur *διασπάσω νιν*.

ΑΓ. οὗτος, τί πάσχεις;
ΠΟΛ. πρὸς θεῶν σε λίσσομαι,
μέθες μ' ἐφεῖναι τῇδε μαργῶσαν χέρα.
ΑΓ. ἴσχ'· ἐκβαλὼν δὲ καρδίας τὸ βάρβαρον
λέγ', ὡς ἀκούσας σοῦ τε τῇσδέ τ' ἐν μέρει
κρίνω δικαίως, ἀνθ' ὅτου πάσχεις τάδε.
ΠΟΛ. λέγοιμ' ἄν. ἦν τις Πριαμιδῶν νεώτατος
Πολύδωρος, Ἑκάβης παῖς, ὃν ἐκ Τροίας ἐμοὶ
πατὴρ δίδωσι Πρίαμος ἐν δόμοις τρέφειν,
ὕποπτος ὢν δὴ Τρωϊκῆς ἁλώσεως.
τοῦτον κατέκτειν'· ἀνθ' ὅτου δ' ἔκτεινά νιν,
ἄκουσον, ὡς εὖ καὶ σοφῇ προμηθίᾳ.
ἔδεισα, μὴ σοὶ πολέμιος λειφθεὶς ὁ παῖς
Τροίαν ἀθροίσῃ καὶ ξυνοικίσῃ πάλιν,
γνόντες δ' Ἀχαιοὶ ζῶντα Πριαμιδῶν τινα
Φρυγῶν ἐς αἶαν αὖθις ἄρειαν στόλον,
κἄπειτα Θρῄκης πεδία τρίβοιεν τάδε
λεηλατοῦντες, γείτοσιν δ' εἴη κακὸν

v. 1127. *οὗτος, τί πάσχεις;*] Heus tu, quid coeptas? Eadem formula apud Aristoph. Vesp. 1. Av. 1044. Eur. Alc. 773: *οὗτος, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις;* cf. Ruhnk. ad Tim. p. 279 sq. Reisig. Coniect. I p. 166.

v. 1128. *μαργῶσαν*] caedis avidam, saevientem. Phoen. 1156: *ἀλλ' ἔσχε μαργῶντ' αὐτὸν ἐναλίου θεοῦ Περικλύμενος παῖς.* 1247: *μαργῶντ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἱέναι δόρυ.* cf. Soph. Ai. 50: *καὶ πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου;*

v. 1129. *τὸ βάρβαρον*] Cfr. Med. 536 *πρῶτον μὲν Ἑλλάδ' ἀντὶ βαρβάρου χθονὸς γαῖαν κατοικεῖς καὶ δίκην ἐπίστασαι νόμοις τε χρῆσθαι μὴ πρὸς ἰσχύος κράτος.*

v. 1132. *λέγοιμ' ἄν*] Vim habet futuri. cf. Reisig. Comment. de vi et usu *ἄν* partic. p. 135.

v. 1135. *ὕποπτος*] active, qua de re dixit Wyttenb. ad Plutarch. T. I p. 237. Alia eiusdem generis adiectiva commemoravit ad hunc locum Porsonus: *πιστός* Aesch. Prom. 917. Soph. Oed. Col. 1031. *μεμπτός* Trach. 446. Adde *στενακτός* O. Col. 1663, *πανάλωτος* Aesch. Ag. 361. Ac sunt minime rara huius usus exempla: interim cf. Blomf. ad Aesch. Pers. 108. De gen. v. Krueg. II § 47, 26, 7.

v. 1138. *ἔδεισα, μὴ — ἀθροίσῃ καὶ ξυνοικίσῃ*] Singularis quaedam ratio est verborum timendi, cum praeteritis iunctum habent coniunctivum; v. Krueg. I § 54, 8, 9. Hoc loco dignum animadversione est, quod diversos modos consociavit: *ἀθροίσῃ, ἄρειαν — τρίβοιεν — εἴη.* Nec temere. Alterum enim, Troia ut restitueretur, verebatur ne eveniret; de altero coniecturam faciebat, haud esse dissimile veri Achivos redituros. De utriusque modi coniunctione quaedam notavit Iacobsius ad Anthol. Palat. p. 292.

v. 1143. Iunge *γείτοσιν δὲ Τρώων εἴη κακόν.* Mox interpositum *ἄναξ* indicio est vereri Polymestorem nonnihil, ne, quod

Τρώων, ἐν ᾧπερ νῦν, ἄναξ, ἐκάμνομεν.
Ἑκάβη δὲ παιδὸς γνοῦσα θανάσιμον μόρον
λόγῳ με τοιῷδ' ἤγαγ', ὡς κεκρυμμένας
θήκας φράσουσα Πριαμιδῶν ἐν Ἰλίῳ
χρυσοῦ· μόνον δὲ σὺν τέκνοισί μ' εἰσάγει
δόμους, ἵν' ἄλλος μή τις εἰδείη τάδε.
ἵζω δὲ κλίνης ἐν μέσῳ κάμψας γόνυ·
πολλαὶ δὲ χειρὸς αἱ μὲν ἐξ ἀριστερᾶς,
αἱ δ' ἔνθεν, ὡς δὴ παρὰ φίλῳ, Τρώων κόραι
θάκους ἔχουσαι κερκίδ' Ἠδωνῆς χερὸς
ᾔνουν, ὑπ' αὐγὰς τούσδε λεύσσουσαι πέπλους·
ἄλλαι δὲ κάμακα Θρῃκίαν θεώμεναι
γυμνόν μ' ἔθηκαν διπτύχου στολίσματος.
ὅσαι δὲ τοκάδες ἦσαν ἐκπαγλούμεναι
τέκν' ἐν χεροῖν ἔπαλλον, ὡς πρόσω πατρὸς
γένοιντο, διαδοχαῖς ἀμείβουσαι χερός.
κᾆτ' ἐκ γαληνῶν, πῶς δοκεῖς, προσφθεγμάτων
εὐθὺς λαβοῦσαι φάσγαν' ἐκ πέπλων ποθὲν

erat confessus aliquid etiam finitimis incommodi Graecos attulisse, offenderit Agamemnonem, et velle quodammodo lenire huius confessionis asperitatem.

v. 1152. *ὡς δὴ παρὰ φίλῳ*] I. e. specie quidem amicitiae, sed revera inimicissimae. Helen. 1378: *ὡς τῷ θανόντι χάριτα δὴ συνεκπονῶν*. Ion 1183: *ὡς τῷ νέῳ δὴ δεσπότῃ χάριν φέρων*. conf. Iph. T. 1338. Xenoph. Symp. VIII 4. Plutarch. V. Timol. 15. — Ex schol. A ad v. 1151 *οὕτω συντακτέον· πολλαὶ δὲ Τρώων κόραι ὥσπερ δὴ παρὰ φίλον κτέ.* elicias emendationem *ὡς δὴ παρὰ φίλον*.

v. 1153. *κερκίδ' Ἠδωνῆς χερός*] Radius textorius pro veste commemoratur: quemadmodum apud Homerum *ἱστός* et instrumentum textorium et telam ipsam significat. Ita recte Brunckius.

v. 1154. *ὑπ' αὐγάς*] 'Plutarchus Op. Moral. p. 822: *ἀλλ' ὑπ' αὐγὰς θεῶ*. Id. ibid. p. 1107: *ὑπ' αὐγὰς διαπτύξας*.' Musgravius. Cf. Ruhnk. ad Tim. p. 264. *πέπλος* de virili veste haud inusitatum; conf. Bornemann. ad Xenoph. Cyr. III 1, 13.

v. 1156. *διπτύχου στολίσματος*] i. e. duarum hastarum quas heroes gerentes fingebantur, ut recte interpretatur Weilius, non hastae et pallii, quae antea interpretes intellegebant. Cum *στολίσματος* confert Herm. Suppl. 659 *ἐστολισμένον δορί*.

v. 1159. *διαδοχαῖς χερός*] Cfr. v. 673 *πάντων Ἀχαιῶν διὰ χερός*.

v. 1160. *πῶς δοκεῖς*] Similiter interponitur Hipp. 446: *τοῦτον λαβοῦσα, πῶς δοκεῖς, καθύβρισεν*. cf. Iph. A. 1590. Aristoph. Ach. 24: *εἶτα δ' ὠστιοῦνται, πῶς δοκεῖς*; Ceterum supplendum *αἱ μὲν — κεντοῦσι παῖδας*, cui respondet *αἱ δὲ — τὰς ἐμὰς εἶχον χέρας*. Herc. 635: *χρήμασιν δὲ διάφοροι· Ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ*. Xenoph. Cyrop. IV 3, 9: *ἔλεγον, ὅτι ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου εἶεν προεληλυθότες ἐπὶ χιλόν, οἱ δ' ἐπὶ ξύλα*.

κεντοῦσι παῖδας, αἱ δὲ πολεμίων δίκην
ξυναρπάσασαι τὰς ἐμὰς εἶχον χέρας
καὶ κῶλα· παισὶ δ' ἀρκέσαι χρῄζων ἐμοῖς,
εἰ μὲν πρόσωπον ἐξανισταίην ἐμόν,
κόμης κατεῖχον, εἰ δὲ κινοίην χέρας,
πλήθει γυναικῶν οὐδὲν ἤνυον τάλας.
τὸ λοίσθιον δέ, πῆμα πήματος πλέον,
ἐξειργάσαντο δείν'· ἐμῶν γὰρ ὀμμάτων
πόρπας λαβοῦσαι τὰς ταλαιπώρους κόρας
κεντοῦσιν, αἱμάσσουσιν· εἶτ' ἀνὰ στέγας
φυγάδες ἔβησαν· ἐκ δὲ πηδήσας ἐγὼ
θὴρ ὣς διώκω τὰς μιαιφόνους κύνας,
ἅπαντ' ἐρευνῶν τοῖχον, ὡς κυνηγέτης,
βάλλων, ἀράσσων. τοιάδε σπεύδων χάριν
πέπονθα τὴν σὴν πολέμιόν τε σὸν κτανών,
Ἀγάμεμνον. ὡς δὲ μὴ μακροὺς τείνω λόγους,
εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρηκεν κακῶς,
ἢ νῦν λέγων τίς ἐστιν, ἢ μέλλει λέγειν,
ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω·
γένος γὰρ οὔτε πόντος οὔτε γῆ τρέφει

v. 1168. *πῆμα πήματος πλέον*] Simillimus locus Troad. 489, nisi quod perspicua de causa nominativo effertur appositio: *τὸ λοίσθιον δέ, θριγκὸς ἀθλίων κακῶν, Δούλη γυνὴ γραῦς Ἑλλάδ' εἰσαφίξομαι.* Cfr. Krueg. I § 57, 10, 10. Ceterum comparanda dictio Aeschylea Agam. 864 *κακοῦ κάκιον ἄλλο πῆμα.*

v. 1172. *ἐκ δὲ πηδήσας*] Tmesis, cuius exempla vid. apud Krueg. II § 68, 48, 1.

v. 1177. *μακροὺς τείνω λόγους*] Plato Gorg. § 47 p. 465 D: *μακρὸν λόγον ἀποτέτακα,* ubi v. Heind. cf. nostra ad Med. 1351.

v. 1179. *λέγων ἐστίν*, pro *λέγει*. Cycl. 381: *πῶς, ὦ ταλαίπωρ', ἦτε πάσχοντες τάδε;* Supra v. 122: *ἦν σπεύδων.* Cfr. Krueg. II § 56, 3, 1. Chalcidiacum hoc schema vocat Lesbonax p. 179. Repetitum *τὶς* defendit in Addendis Porsonus, allatis exemplis scriptorum saepius etiam in eodem orationis tenore hoc pronomen praeter necessitatem iterantium, ut Eur. Orest. 1218. Quanquam ne opus quidem erat isto molimine: nam cum in superiore versu iungenda sint *τὶς τῶν πρίν*, accuratius scripsit Euripides repetito pronomine quam omisso.

v. 1180. *συντεμὼν*] I. e. *συντόμως εἰπών*, vel quod dicit Lucianus Imag. § 14: *ἑνὶ λόγῳ συνελὼν φαίην ἄν.* Eur. fr. 28 *παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς ὅστις ἐν βραχεῖ Πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.* conf. Troad. 441. Iph. A 1249. Anaxilas Athen. XIII p. 558 E: *συντεμόντι δ' οὐδὲ ἓν Ἔσθ' ἑταίρας ὅσα περ ἔστι θηρί' ἐξωλέστερον,* quae videri possunt ex nostro loco expressa.

τοιόνδ'· ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχὼν ἐπίσταται.
ΧΟ. μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς
τὸ θῆλυ συνθεὶς ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος·
πολλαὶ γὰρ ἡμῶν, αἳ μὲν εἴσ' ἐπίφθονοι,
αἳ δ' εἰς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν.
ΕΚ. Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισιν οὐκ ἐχρῆν ποτε
τῶν πραγμάτων τὴν γλῶσσαν ἰσχύειν πλέον.
ἀλλ' εἴτε χρήστ' ἔδρασε, χρήστ' ἔδει λέγειν,
εἴτ' αὖ πονηρά, τοὺς λόγους εἶναι σαθρούς,
καὶ μὴ δύνασθαι τἄδικ' εὖ λέγειν ποτέ.

v. 1182. *ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχὼν*] Sc. *τούτῳ τῷ γένει.* *Ἀεί* i. q. *ἑκάστοτε*, ut apud Thuc. I 11: *οἵ γε οὐκ ἀθρόοι, ἀλλὰ μέρει τῷ ἀεὶ παρόντι ἀντεῖχον*, et alibi saepissime. *ἐπίσταται*, gravis hoc loco vox: suo damno edoctus cognovit. Comparari potest Troad. v. 894: *ἐγώ νιν οἶδα καὶ σὺ χοἱ πεπονθότες.*

v. 1183. *τοῖς σαυτοῦ κακοῖς*] propter tua ipsius mala. Sic Hipp. 854: *σᾷ τύχᾳ.* supra v. 299: *τῷ θυμουμένῳ.* *Συνθεὶς* auget vim vocis *πᾶν*, quasi dicas: omnes, ne una quidem excepta. Geminus locus in fr. 658 *ὅστις δὲ πάσας συντιθεὶς ψέγει λόγῳ Γυναῖκας ἑξῆς σκαιός ἐστι κοὐ σοφός.* Iph. T. 1015: *ἅπαντα γὰρ Συνθεὶς τάδ' εἰς ἓν νόστον ἐλπίζω λαβεῖν.*

v. 1185 sq. Sententia satis perspicua: nonnullas quidem malas esse mulieres, sed alias probo ingenio. Ipsa verba magna obscuritate laborant et fortasse recte hos duos versus eiecit Dindorfius. Hermannus corrigit *αἳ δ' ἀντάριθμοι τῶν κακῶν*, ut sensus sit: 'multae enim nostrum, aliae quidem invidia laborant, aliae vero e contraria parte aequamus numerum malarum'. Verbo *ἀνταριθμεῖν* usi sunt Paus. X 20, 2 et Poll. II 93. Haec si recipienda sint, praeterea debeat cum Hartungio *πολλῶν* pro *πολλαί* et cum Nauckio *οὐσῶν* pro *ἡμῶν* scribi ut in fr. 658, cuius primi versus ad v. 1183 allati sunt, *πολλῶν γὰρ οὐσῶν τὴν μὲν εὑρήσεις κακήν, τὴν δ' ὥσπερ αὕτη λῆμ' ἔχουσαν εὐγενές.*

v. 1189. *ἔδρασε*] Accuratius scripsisset *ἔδρασαν*, cum praecesserit *ἀνθρώποις*. Sed illa numerorum permutatio in utraque lingua frequentissima. Tyrtaeus fr. X 27 Bgk. *νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν· Ὄφρ' ἐρατῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ, Ἀνδράσι μὲν θηητὸς ἰδεῖν ἐρατός τε γυναιξίν.* Xenophon. Oecon. III 5: *ἴσως γὰρ ἀναλίσκουσιν οὐκ εἰς ἃ δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἃ βλάβην φέρει αὐτῷ καὶ τῷ οἴκῳ.* Eadem ratione Euripides in Androm. 421: *οἰκτρὰ γὰρ τὰ δυστυχῆ Βροτοῖς ἅπασι, κἂν θυραῖος ὢν κυρῇ.* Heindorf. ad Plat. Protag. § 28.

v. 1190 *σαθρός* proprie de fictilibus, quorum suspectus exploranti sonus: hoc loco *σαθροὶ λόγοι* dicuntur, qui non apti sunt ad persuadendum. In Rhes. 639 Minerva, fallaci oratione Paridem deceptura, *σαθροῖς λόγοισιν*, ait, *ἐχθρὸν ἄνδρ' ἀμείψομαι.* Conf. Wyttenbach. ad Plutarch. T. I p. 422. Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 177.

v. 1191. Cum offensus molesta repetitione verbi *λέγειν* et elocutione *εὖ λέγειν ποτέ* parum expressa coniecissem *εὖ περιστελεῖν* memor loci Med. 582 *γλώσσῃ γὰρ αὐχῶν τἄδικ' εὖ περιστελεῖν*, O. Hensius (act. soc. Lips. VI p. 334) eandem lectionem ex gnomologio quodam

σοφοὶ μὲν οὖν εἰσ' οἱ τάδ' ἠκριβωκότες,
ἀλλ' οὐ δύναιντ' ἂν διὰ τέλους εἶναι σοφοί,
κακῶς δ' ἀπώλοντ'· οὔτις ἐξήλυξέ πω.
καί μοι τὸ μὲν σὸν ὧδε φροιμίοις ἔχει·
πρὸς τόνδε δ' εἶμι, καὶ λόγοις ἀμείψομαι,
ὃς φὴς Ἀχαιῶν πόνον ἀπαλλάσσων διπλοῦν
Ἀγαμέμνονός θ' ἕκατι παῖδ' ἐμὸν κτανεῖν.
ἀλλ', ὦ κάκιστε, πρῶτον οὔποτ' ἂν φίλον
τὸ βάρβαρον γένοιτ' ἂν Ἕλλησιν γένος,
οὐδ' ἂν δύναιτο. τίνα δὲ καὶ σπεύδων χάριν
πρόθυμος ἦσθα; πότερα κηδεύσων τινά,
ἢ ξυγγενὴς ὤν, ἢ τίν' αἰτίαν ἔχων;
ἢ σῆς ἔμελλον γῆς τεμεῖν βλαστήματα
πλεύσαντες αὖθις; τίνα δοκεῖς πείσειν τάδε;
ὁ χρυσός, εἰ βούλοιο τἀληθῆ λέγειν,
ἔκτεινε τὸν ἐμὸν παῖδα καὶ κέρδη τὰ σά.
ἐπεὶ δίδαξον τοῦτο· πῶς, ὅτ' ηὐτύχει
Τροία, πέριξ δὲ πύργος εἶχ' ἔτι πτόλιν,
ἔζη τε Πρίαμος, Ἕκτορός τ' ἤνθει δόρυ,
τί δ' οὐ τότ', εἴπερ τῷδ' ἐβουλήθης χάριν

Euripideo Marciano in lucem protulit. De infin. fut. cfr. Schaefer. ad poesin gnom. p. 16, Lobeck. ad Phryn. p. 747, Hermann. ad Soph. Phil. 1394, interpretes ad Thuc. I 27, II 29.

v. 1192. *οἱ τάδ' ἠκριβωκότες*] Sc. *τὸ εὖ λέγειν τὰ ἄδικα.* Cfr. ad v. 818.

v. 1194. *οὔτις ἐξήλυξέ πω*] Soph. Oed. Col. 280: *φυγὴν δέ του Μήπω γενέσθαι φωτὸς ἀνοσίου βροτῶν.*

v. 1197. *ὃς φής*] „Simillima orationis conversio in Soph. Oed. Col. 1354." Porson. Cfr. etiam Hom. Od. *δ* 686.

v. 1203. *ἢ τίν' αἰτίαν ἔχων*] I. e. *τίνα ἄλλην αἰτ. ἔχ.* Iph. T. 511: *φυγὰς δ' ἀπῆρας πατρίδος, ἢ ποίᾳ τύχῃ;* Infra 1264: *ὑποπτέροις νώτοισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ;* Vid. Schaefer. Ind. ad L. Bosii Ellips. p. 847 sq. ad Soph. Oed. Col. 474. ad Trach. 390.

v. 1205. *πείσειν τάδε*] Soph. Oed. Col. 797: *ἀλλ' οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων, ἴθι.* Amphis ap. Athen. XIII p. 563 C: *τί φής; σὺ ταυτὶ προσδοκᾷς πείσειν ἐμέ;* Krueg. I § 46, 11, 2.

v. 1207. *κέρδη τὰ σά*] I. e. *αἰσχοκέρδεια ἡ σή.*

v. 1211. *τί δ'*] Interruptam longiore interposita sententia orationem redorditur: cuiusmodi in locis ex more infertur *δέ.* Isocrates de permut. § 169 sq.: *ὅτε γὰρ ἐπαμύνειν ἠρχόμην τοῖς ἰδίοις, ἀπολομένων ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους ἁπάντων τῶν ὑπαρχόντων ἡμῖν — — ὅτε δ' οὖν, ὥσπερ εἶπον, ἠρχόμην πλησιάζειν τισίν* etc.

v. 1211. *χάριν θέσθαι*] El. 61: *χάριτα τιθεμένη πόσει.* Cf. Dorvill. ad Charit. p. 409.

θέσθαι, τρέφων τὸν παῖδα κἀν δόμοις ἔχων
ἔκτεινας, ἢ ζῶντ' ἦλθες Ἀργείοις ἄγων;
ἀλλ' ἡνίχ' ἡμεῖς οὐκέτ' ἦμεν ἐν φάει,
καπνῷ δ' ἐσήμην' ἄστυ πολεμίων ὕπο,
ξένον κατέκτας σὴν μολόντ' ἐφ' ἑστίαν.
πρὸς τοῖσδε νῦν ἄκουσον ὡς φανῇς κακός·
χρῆν σ', εἴπερ ἦσθα τοῖς Ἀχαιοῖσιν φίλος,
τὸν χρυσόν, ὃν φῂς οὐ σόν, ἀλλὰ τοῦδ' ἔχειν,
δοῦναι φέροντα πενομένοις τε καὶ χρόνον
πολὺν πατρῴας γῆς ἀπεξενωμένοις·
σὺ δ' οὐδὲ νῦν πω σῆς ἀπαλλάξαι χερὸς
τολμᾷς, ἔχων δὲ καρτερεῖς ἔτ' ἐν δόμοις.
καὶ μὴν τρέφων μὲν ὥς σε παῖδα χρῆν τρέφειν
σώσας τε τὸν ἐμόν, εἶχες ἂν καλὸν κλέος·
ἐν τοῖς κακοῖς γὰρ ἀγαθοὶ σαφέστατοι
φίλοι· τὰ χρηστὰ δ' αὔθ' ἕκαστ' ἔχει φίλους.
εἰ δ' ἐσπάνιζες χρημάτων, ὁ δ' ηὐτύχει,
θησαυρὸς ἄν σοι παῖς ὑπῆρχ' οὑμὸς μέγας·
νῦν δ' οὔτ' ἐκεῖνον ἄνδρ' ἔχεις σαυτῷ φίλον,
χρυσοῦ τ' ὄνησις οἴχεται παῖδές τε σοί,
αὐτός τε πράσσεις ὧδε. σοὶ δ' ἐγὼ λέγω,
Ἀγάμεμνον, εἰ τῷδ' ἀρκέσεις, κακὸς φανεῖ·

v. 1215. *καπνῷ σημαίνειν*, fumo signum dare, cum absolute dicatur, non addita re, cuius signum fumus sit, offensioni ea res fuit interpretibus. At idem fit in formula *ἐσήμηνε τῇ σάλπιγγι*, scil. *ὁ σαλπιγκτής*. Nimirum quae res significetur, sponte intellegimus: tubicine canente, initium pugnae fieri; fumo autem urbis quid aliud quis indicari suspicetur, nisi incensam esse? Quidquid autem non patimur solum, sed etiam facimus non nostra sponte, sed alieno quodam incitamento, *ὑπό τινος ποιεῖν* dicimur. Cf. Cycl. 605, Krueg. I 52, 3, 3. Igitur fumi significatio cum effecta sit igni ab hostibus iniecto, recte addit *πολεμίων ὕπο*. Fortasse scribendum cum Cantero *καπνὸς δ' ἐσήμην'* i. e. 'cum hostium manu nihil nisi fumus vestigia urbis significaret'. Cfr. Aesch. Ag. 818 *καπνῷ δ' ἁλοῦσα νῦν ἔτ' εὔσημος πόλις*.

v. 1218. Bene Hermannus *εἴπερ ὀρθῶς ἦσθ' Ἀχαιοῖσιν φίλος*.

v. 1221. *ἀπεξενωμένοις*] Sophocl. El. 776: *φυγὰς ἀπεξενοῦτο*. Plato de Legg. IX p. 866 A: *ἐὰν δέ τις — τοὺς χρόνους μὴ ἐθέλῃ πληροῦν ἀποξενούμενος τοὺς εἰρημένους*.

v. 1223. *τολμᾷς*] Vid. ad v. 332. — *καρτερεῖς*, *διατελεῖς*.

v. 1224. Verba traiecta sic construe: *καὶ μὴν τρέφων μὲν παῖδα τὸν ἐμόν, ὡς χρῆν σε τρέφειν, σώσας τε*.

v. 1225. *καλὸν κλέος*] Hom. Od. α 95: *ἐσθλὸν κλέος*. Theocrit. XVI 58: *ἀγαθὸν κλέος*. Contra Helen. 135: *αἰσχρὸν κλέος*.

v. 1227. *τὰ χρηστὰ κ. τ. λ.*] Res secundae ultro amicos alliciunt.

οὔτ' εὐσεβῆ γὰρ οὔτε πιστὸν οἷς ἐχρῆν,
οὐχ ὅσιον, οὐ δίκαιον εὖ δράσεις ξένον·
αὐτὸν δὲ χαίρειν τοῖς κακοῖς σε φήσομεν
τοιοῦτον ὄντα· δεσπότας δ' οὐ λοιδορῶ.
ΧΟ. φεῦ φεῦ· βροτοῖσιν ὡς τὰ χρηστὰ πράγματα
χρηστῶν ἀφορμὰς ἐνδίδωσ' ἀεὶ λόγων.
ΑΓ. ἀχθεινὰ μέν μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά·
ὅμως δ' ἀνάγκη· καὶ γὰρ αἰσχύνην φέρει
πρᾶγμ' ἐς χέρας λαβόντ' ἀπώσασθαι τόδε.
ἐμοὶ δ', ἵν' εἰδῇς, οὔτ' ἐμὴν δοκεῖς χάριν
οὔτ' οὖν 'Αχαιῶν ἄνδρ' ἀποκτεῖναι ξένον,
ἀλλ' ὡς ἔχῃς τὸν χρυσὸν ἐν δόμοισι σοῖς.
λέγεις δὲ σαυτῷ πρόσφορ' ἐν κακοῖσιν ὤν.
τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥᾴδιον ξενοκτονεῖν·
ἡμῖν δέ γ' αἰσχρὸν τοῖσιν Ἕλλησιν τόδε.
πῶς οὖν σε κρίνας μὴ ἀδικεῖν φύγω ψόγον;
οὐκ ἂν δυναίμην. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ
πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα.
ΠΟΛ. οἴμοι, γυναικός, ὡς ἔοιχ', ἡσσώμενος
δούλης ὑφέξω τοῖς κακίοσιν δίκην.
ΕΚ. οὔκουν δικαίως, εἴπερ εἰργάσω κακά.
ΠΟΛ. οἴμοι τέκνων τῶνδ' ὀμμάτων τ' ἐμῶν, τάλας.
ΕΚ. ἀλγεῖς· τί δ' ἡμᾶς; παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς;

v. 1234. *οἷς ἐχρῆν*] Scil. *πιστὸν εἶναι.* Ceterum ut hoc loco *οὔτε — οὔτε* excipit *οὐ — οὐ*, ita etiam in Hipp. 1321 sq. Notavi de hoc genere ad Med. 1348. Mox v. 1237 *τοιοῦτον ὄντα* intellege *ὥστε χαίρειν τοῖς κακοῖς.* Cfr. Or. 420 *μέλλει· τὸ θεῖον δ' ἐστὶ τοιοῦτον φύσει.* Hecuba enim non vult dicere *κακὸν ὄντα*, ne serva domino maledicat (*δεσπότας δ' οὐ λοιδορῶ*).

v. 1243 sq. *οὔτ' — οὔτ' οὖν*] Aeschyl. Agam. 472: *μήτ' εἴην πολιπόρθης, μήτ' οὖν αὐτὸς ἁλοὺς ὑπ' ἄλλων βίον κατίδοιμι.*

v. 1247. *ῥᾴδιον*] Demosth. I § 15 *οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις.* Gaius apud Stobaeum Floril. 73, 64 *εὐάγωγον δὲ εἰς τὸ ῥᾳδίως τι τολμῆσαι θυμὸς γυναικός.*

v. 1249. *μὴ ἀδικεῖν*] I. e. *μὴ ἄδικον εἶναι* vel *μὴ ἠδικηκέναι.* Vid. Heind. ad Plat. Protag. p. 463 sq. De synizesi, qua *μὴ ἀ—* conflantur, conf. Hipp. 997. Cycl. 272. Heracl. 459 al.

v. 1256. *τί δ' ἡμᾶς;*] Rectius, ut opinor, sic interpunximus quam, quod fecit Dindorfius, post *τί δ'*. Solet enim in his interrogandi formulis, praesertim si qua sit oppositio, res, de qua quid praedicatur, reici ad pronomen: v. c. apud Platonem Phaedon. p. 65 D: *τί δὲ δὴ τὰ τοιάδε, ὦ Σιμμία; φαμέν τι εἶναι δίκαιον αὐτὸ ἢ οὐδέν;* vid. Heind. ad Gorg. § 66. No-

ΠΟΛ. χαίρεις ὑβρίζουσ' εἰς ἔμ', ὦ πανοῦργε σύ.
ΕΚ. οὐ γάρ με χαίρειν χρῆν σὲ τιμωρουμένην;
ΠΟΛ. ἀλλ' οὐ τάχ', ἡνίκ' ἄν σε ποντία νοτὶς
ΕΚ. μῶν ναυστολήσῃ γῆς ὅρους Ἑλληνίδος;
ΠΟΛ. κρύψῃ μὲν οὖν πεσοῦσαν ἐκ καρχησίων.
ΕΚ. πρὸς τοῦ βιαίων τυγχάνουσαν ἁλμάτων;
ΠΟΛ. αὐτὴ πρὸς ἱστὸν ναὸς ἀμβήσει ποδί.
ΕΚ. ὑποπτέροις νώτοισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ;
ΠΟΛ. κύων γενήσει πύρσ' ἔχουσα δέργματα.
ΕΚ. πῶς δ' οἶσθα μορφῆς τῆς ἐμῆς μετάστασιν;
ΠΟΛ. ὁ Θρῃξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε.
ΕΚ. σοὶ δ' οὐκ ἔχρησεν οὐδὲν ὧν ἔχεις κακῶν;
ΠΟΛ. οὐ γάρ ποτ' ἄν σύ μ' εἷλες ὧδε σὺν δόλῳ.
ΕΚ. θανοῦσα δ' ἢ ζῶσ' ἐνθάδ' ἐκπλήσω βίον;
ΠΟΛ. θανοῦσα· τύμβῳ δ' ὄνομα σῷ κεκλήσεται
ΕΚ. μορφῆς ἐπῳδόν, ἢ τί, τῆς ἐμῆς ἐρεῖς;

minativum autem an accusativum ponas, intellegendum est ex ratione eius sententiae, cui detractum est, quod pronomini adiungitur, nomen. Nominativum, qui referretur ad sequens *εἰσίν*, posuit Iph. T. 576: *τί δ' ἡμεῖς οἵ τ' ἐμοὶ γεννήτορες; ἆρ' εἰσίν; ἆρ' οὐκ εἰσί*; cf. Soph. Ai. 101. Heindorf. ad Plat. Gorg. § 123. — *παιδὸς ἀλγεῖν*. Suppl. 58: *ὅσσον ἐπαλγῶ μελέα τῶν φθιμένων, οὓς ἔτεκον*. Cf. Krueg. II § 47, 21, 2.

v. 1261. Particulae *μὲν οὖν* sunt corrigentis ea, quae alter dixerat: immo. Cf. Or. 1511. 1521. Iph. A. 893. Soph. Ai. 1363. Aristoph. Plut. 437. Herm. ad Vig. p. 845.

v. 1265. „Idem vaticinium alibi dederat Euripides apud Plutarchum de Is. et Osir. p. 379 E: *Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσει*. Quem ridet Aristophanes apud Eustathium ad Od. *Γ* p. 1467, 37 = 127, 17: *καὶ κύων ἀκράχολος Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου γενήσομαι*.“ Porson. Cicero Tusc. III 26: Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam et rabiem fingi in canem esse conversam. Cf. Dio Chrysost. Or. XXXIII T. II p. 29 R.

v. 1267. „De oraculo hoc Bacchi vide Herodot. VII 111. Macrob. Saturn I 18.“ Musgravius. De dativo *Θρῃξί* cfr. Or. 363 *ὁ ναυτίλοισι μάντις*, Krueg. II § 48, 12, 1.

v. 1269. Partem responsionis suppressam esse docet particula *γάρ*. Supplendum *οὐκ ἔχρησεν*. Sophocl. Aiac. v. 1120 sq.: *Μ. Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν. Τ. οὐ γὰρ βάναυσον τὴν τέχνην ἐκτησάμην*.

v. 1270. *ἐκπλῆσαι βίον* si simpliciter significaret vivere, ridiculum esset profecto, ut visum est Musgravio, coniunctum cum illo *θανοῦσα*, tautologicum autem cum *ζῶσα*. At *ἐκπλῆσαι βίον* est ad vitae finem pervenire; *ἐνθάδε* copulandum cum participiis *θανοῦσα* et *ζῶσα*, ut hoc dicat Hecuba: „utrum moriens eo loco, ubi me saltu in aequor dedero, an vivens ad vitae finem perveniam?“ Reiskius coniecit *ἐκπλήσω πότμον*.

v. 1272. *ἢ τί*] *διὰ μέσου*. Similia indicavi ad v. 605 huius fabulae.

ΠΟΛ. κυνὸς ταλαίνης σῆμα, ναυτίλοις τέκμαρ.
ΕΚ. οὐδὲν μέλει μοι, σοῦ γέ μοι δόντος δίκην.
ΠΟΛ. καὶ σήν γ' ἀνάγκη παῖδα Κασάνδραν θανεῖν.
ΕΚ. ἀπέπτυσ'· αὐτῷ ταῦτα σοὶ δίδωμ' ἔχειν.
ΠΟΛ. κτενεῖ νιν ἡ τοῦδ' ἄλοχος, οἰκουρὸς πικρά.
ΕΚ. μήπω μανείη Τυνδαρὶς τοσόνδε παῖς.
ΠΟΛ. καὐτόν σὲ τοῦτον πέλεκυν ἐξάρασ' ἄνω.
ΑΓ. οὗτος σύ, μαίνει καὶ κακῶν ἐρᾷς τυχεῖν;
ΠΟΛ. κτεῖν', ὡς ἐν Ἄργει φόνια λουτρά σ' ἀμμένει.
ΑΓ. οὐχ ἕλξετ' αὐτόν, δμῶες, ἐκποδὼν βίᾳ;
ΠΟΛ. ἀλγεῖς ἀκούων;
ΑΓ. οὐκ ἐφέξετε στόμα;
ΠΟΛ. ἐγκλῄετ'· εἴρηται γάρ.
ΑΓ. οὐχ ὅσον τάχος
νήσων ἐρήμων αὐτὸν ἐκβαλεῖτέ που,
ἐπείπερ οὕτω καὶ λίαν θρασυστομεῖ;
Ἑκάβη, σὺ δ', ὦ τάλαινα, διπτύχους νεκροὺς
στείχουσα θάπτε· δεσποτῶν δ' ὑμᾶς χρεὼν

v. 1273. *Τὸ τῆς Ἑκάβης μνημεῖον* in promuntorio prope Elaeuntem commemorat Diod. Sic. XIII 40. Cf. Hemsterh. ad Lucian. T. I p. 330 sq.

v. 1276. *ἀπέπτυσ'*] Nota abominandi formula: cf. Hipp. 614. Iph. A. 874. Iph. T. 1161. Hel. 664. Aoristus pro praesente, v. Herm. ad Vig. p. 746. Ad sequentia comparandus Cycl. 270, ubi postquam culpa se vacare asseveraverat Silenus addideratque haec: *ἦ κακῶς οὗτοι κακοὶ Οἱ παῖδες ἀπόλοινθ' οὓς μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ*, respondet chorus: *αὐτὸς ἔχ'*.

v. 1287. *μήπω* verecunde in votis pro *μήποτε* dicebant. Soph. El. 403: *οὐ δῆτα· μήπω νοῦ τοσόνδ' εἴην κενή*. Eur. Heracl. 359: *μήπω ταῖς μεγάλαισιν οὕτω καὶ καλλιχόροις Ἀθάναις εἴη*. Similiter *οὔπω* dicitur in Soph. Oed. T. 594: *οὔπω τοσοῦτον ἠπατημένος κυρῶ*. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 458. — *μανείη*: Notanda formula, qua utuntur qui fortius abhorrere se ab aliqua re declarant. Lucian. Phalar. 1 § 11: *μὴ γὰρ οὕτω μανείην*. Cf. eundem Tox. § 50. encom. Demosth. § 5. Dial. meretr. T. III p. 283.

v. 1279. *σὲ τοῦτον* coniunguntur ut *οὗτος σύ*.

v. 1280. *οὗτος σύ*] Indignantis et vehementius commoti haec est compellatio, ut apud Soph. Oed. T. 532: *οὗτος σύ, πῶς δεῦρ' ἦλθες;*

v. 1281. Varias de caede Agamemnonis narrationes exposuit Nitschius Lex. Mythol. T. I p. 106 sq.

v. 1285. Vetus hoc atque usitatum poenae genus. Cf. Hom. Od. γ 270.

v. 1286. *καὶ λίαν*] *Καὶ* intendit vim voculae *λίαν*, ut apud Hom. Od. α 46: *καὶ λίην κεῖνός γε ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ*. Vide Elmsleium ad Medeam v. 513. Fritzschium Quaest. Luc. p. 5 sqq.

σκηναῖς πελάζειν, Τρῳάδες· καὶ γὰρ πνοὰς
πρὸς οἶκον ἤδη τάσδε πομπίμους ὁρῶ.
εὖ δ' ἐς πάτραν πλεύσαιμεν, εὖ δὲ τὰν δόμοις
ἔχοντ' ἴδοιμεν, τῶνδ' ἀφειμένοι πόνων.
ΧΟ. ἴτε πρὸς λιμένας σκηνάς τε, φίλαι,
τῶν δεσποσύνων πειρασόμεναι
μόχθων· στερρὰ γὰρ ἀνάγκη.

INDEX EMENDATIONUM.

13 ἢ secundum schol. cod. Vat. 1345: libri ἦν. 15 ἢ: libri ἦν. 80 ἄγκυρ' ἐπ' pro ἀγκυρά τ' ex. schol. W(ecklein). Idem sensisse videtur Ge. Schmidius Eurip. Dorp. 1864 p. 5. 92 ἀνοίκτως p. ἀνάγκα οἰκτρῶς Porson.

164 ποῖ δῆθ' ὁρμάσω; τίς Θεῶν ἢ δαίμων ἐπαρωγός; W. 170 πούς addidit W. 187 τέκνον τέκνον p. ὦ τέκνον τέκνον Herm. 195 δυσφάμους p. δυσφήμους Dind.

210 τάλαινα p. ἆ τάλαινα Seidler. 211 σοῦ p. σὲ ex schol. W. δυστάνου: libri δύσταν vel δύστηνε vel δύστανε vel δυστάνου βίου. 212 πανδύρτοις p. πανοδύρτοις Blomfield. 247. 248 suspectos habet W. 274 γραίας p. γεραίας Valckenarius. 284 ἢ: libri ἦν. 287 Ἀχαιικόν p. Ἀχαϊκόν Brunck. 295 αὐτὸς p. αὑτὸς Porson.

367 ἐλευθέρων p. ἐλεύθερον Hartung. 392 πῶμ' p. πόμ' Porson.

412. 419. 420 suspectos habet W. 430 συγκλῄσει p. συγκλείσει Dind. 432 κάρᾳ πέπλους p. κάρα πέπλοις Kirchhoff. 451 ἔνθα p. ἔνθα τὸν Porson. 454 γύας Herm.: libri πεδία, recentiores aliquot τὰς γύας. 460 φίλον W. 467 θεᾶς ναίουσ' p. Ἀθαναίας Nauck. 489 κεκτῆσθαι βροτούς ex schol. W.

510. 521 cfr. 287. 528 ἄρδην ἔχεε W. 580—582 κλύων . . λέγω . . δὲ σέ W.

649 εὔροον pro εὔρουν Herm. 665 sq. τυγχάνει γὰρ ἐκ δόμων, ἐς καιρὸν ἥδε W. 686 ἀρτιμαθὴς νέον W. 690 ἀστένακτος ἀδάκρυτος . . ἁμέρα p. ἀδάκρυτος ἀστένακτος ἁμέρα μ' Herm. 696 θαλασσίοις p. θαλασσίαις Hartung.

700 αἰαῖ τῶν κακῶν huc revocat W. 706 sq. μελανόπτερον Σοῦ, τέκνον, οὐκέτ' ὄντος W. 716 ὢ p. ἰώ Brunck. 759 suspectum habet W. 787 πίτνω p. πίπτω W.

809 ἢ: libri ἦν. 810 suspectum habet W. 818 ἦν p. ἢ Elmsl. 831 ἀεί W. 859 δ' ἐμοὶ p. δὲ σοὶ Elmsl. 890 πλαθεῖσα p. πλασθεῖσα Brunck.

901 εὐσταλῆ W. 911 αἰθάλου p. αἰθάλου καπνοῦ Triclinius. 932 οἴκους p. ἐς οἴκους Kingius. 946 πατρίας p. πατρῴας Dind. 958 αὐτὰ p. αὖθ' οἵ Herm.

1000 ἔστ' ὦ p. ἔστω Herm. 1025 πεσὼν cod. Cantabr., ἐμπεσὼν ceteri. 1026 ἐκπεσεῖ p. ἐκπέσῃ olim Herm. 1029 βίον p. βίοτον Herm. 1030 οὗ p. οὐ Hemsterhusius. 1033 ἄταν W. 1041 chori est in libris melioribus. Polymestori secundum Flor. 17 et schol. tribuit Herm. 1055 ζέοντι recentes duo, ῥέοντι ceteri. 1063 τάλαιναι κόραι p. κόραι τάλαιναι Herm. 1068 ἀκέσσαιο τυ-

φλὸν ἀκέσσαι' p. ἀκέσαι' ἀκέσαιο τυφλὸν Weilius. 1073 τιθέμενος θηρῶν p. θηρῶν τιθέμενος Seidler. 1077 σφακτὰ p. σφακτὰν Herm. φοινίαν unus lib. rec., ceteri φονίαν. ἀνήμερόν τ' οὐρείαν p. ἀνήμερον οὐρείαν τ' Herm. 1093 libri alii ὢ ἴτε, alii ὤ ἴτε vel ἴτε.

1112 ἤσμεν p. ἴσμεν Et. M. p. 439, 1. 1113 παρεῖχεν W. 1126 διασπάσω νιν W. 1151 χειρὸς p. χεῖρες Miltonus. 1153 sq. θάκους.. ἦνουν p. θάκουν ἦνουν θ' Herm. 1159 ἀμείβουσαι χερός p. ἀμείβουσαι διὰ χερός vel ἀμ. χεροῖν vel ἀμ. χερῶν W. 1194 ἀπώλοντ' οὔτις cod. Kingii et Gnomol. Eurip. Marcianum (de quo v. comment. ad v. 1191), ceteri libri ἀπώλοντο κοὔτις. 1195 ὧδε cod. Kingii, ὧδ' ἐν ceteri.

1201 οὐδ' p. οὔτ' Dind. 1256 τί δ' ἡμᾶς p. τί δέ με Scaliger. 1258 χρῆν ex duobus optimis libris recepi, ceteri habent χρή.

Ubique scripsi vel cum libris vel contra libros ηὐτύχει p. εὐτύχει et similia, σῴζειν, εἵνεκα praepositionis loco p. οὕνεκα, ἄκλαυτος p. ἄκλαυστος, κέλευμα p. κέλευσμα, με χρῆν p. μ' ἐχρῆν (παῖδα χρῆν p. παῖδ' ἐχρῆν v. 1224). Cfr. curae epigr. p. 36, 33, 45, 60, Stud. Eurip. p. 366 sq.

BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XI.

CONTINENS

EURIPIDIS MEDEAM, HECUBAM, ANDROMACHAM, HERACLIDAS.

ED.

AUG. JUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

EDITIO ALTERA,
QUAM CURAVIT
REINHOLDUS KLOTZ.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVIII.
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI DAV. NUTT. 270 STRAND.)

EURIPIDIS
TRAGOEDIAE.

RECENSUIT

ET COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM

INSTRUXIT

AUG. JUL. EDM. PFLUGK,

GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

VOL. I. SECT. III.

CONTINENS

ANDROMACHAM.

EDITIO ALTERA,

QUAM CURAVIT

REINHOLDUS KLOTZ.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVIII.

SUMPTIBUS HENNINGS.

(LONDINI DAV. NUTT. 270 STRAND.)

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

Α Ν Δ Ρ Ο Μ Α Χ Η.

PROOEMIUM.

De hac fabula b. Pflugkius in priore editione nihil aliud scriptum reliquit nisi haec, quae ad ipsum argumentum a poëta tractatum pertinent:

'De Andromacha Hectoris, quam *προλογίζουσαν* fecit Euripides, neque clariorem neque antiquiorem testem habemus Homero, qui eius patrem Eetionem, patriam Theben Hypoplaciam s. sub Placio monte sitam, memoriae prodidit Il. ζ. 392 sqq. Strabonis tempore deserta fuit haec urbs, agri autem Thebani (*τὸ Θήβης πεδίον* Herodot. VII. 42. Xenoph. Hell. IV. 1, 41 ibique Schneider.) ob fertilitatem conspicui maximam partem tenuerunt vicini Adramytteni; v. Strab. XIII. p. 128. s. Tauchn. In Hectoris matrimonio quem pepererat Andromacha filium, Scamandrium sive Astyanactem (v. 9. 10. Hom. Il. ζ. 400.), post Troiae excidium interemptum esse consentiunt omnes: illud non constat, utrum ex decreto Graecorum, ut in Troadibus tradidit Euripides, an ab Ulixe, ut in *Ἰλίου πέρσιδι* scripsit Arctinus Milesius, teste Proclo in Chrestom., an denique ab eo, cui matrem Andromacham belli praemium (*δορὸς γέρας* v. 14.) Graeci dederant, Neoptolemo. Huic illud facinus tribuit Lescheos, de quo Pausan. X. 25. p. 861. *τούτῳ* (Astyanacti) *Λέσχεως, ῥιφθέντι ἀπὸ τοῦ*

πύργου συμβῆναι λέγει τὴν τελευτήν, οὐ μὴν ὑπὸ δόγματός γε Ἑλλήνων, ἀλλ' ἰδίᾳ Νεοπτόλεμον αὐτόχειρα ἐθελῆσαι γενέσθαι. Neoptolemus ex Andromacha filium suscepit, si Euripidem sequimur (v. 24.), unum, cui in indice personarum nomen Molottus; tres commemorat Schol. ad v. 24., Pyrrhum, Molottum, Aeacidem, totidem Pausan. I. 11, 1., sed diversis nominibus, Molottum, Pielum, Pergamum. Postea uxorem duxit Hermionam, Menelai filiam, desponsam ipsi, flagrante etiam tum bello Troiano, cf. v. 970 sqq. Hom. Od. *δ.* 1 sqq., sed caruit hoc matrimonium liberorum progenie. Cuius rei culpam quum in captivam mulierem vertendam putaret Hermiona, Delphos profecto Neoptolemo ad placandum Apollinem, qui ipsi ob poenas patris occisi olim petitas iratus erat, perniciem Andromachae moliebatur, ad eamque rem adiutorem arcessiverat patrem Menelaum. Geritur res Phthiae, in aedibus Neoptolemi: eo enim hunc a Troia profectum finxit Euripides et in hac fabula (v. 16.) et in Troad. v. 1123 sqq. auctore Homero Od. *δ.* 9. Alii alia de reditu Neoptolemi tradiderunt, de quibus vide Dissenium in Explicatt. ad Pind. p. 425 sq. Andromacha supplex consedit in sacello Thetidis, aedibus Neoptolemi contiguo (cf. 20. 43 115. 117. 135. 161. al.), quod non dubitandum videtur quin sit idem, de cuius situ Strabo IX. p. 431. Casaub. *ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ταύτῃ καὶ τὸ Θετίδιόν ἐστι πλησίον τῶν Φαρσάλων ἀμφοῖν, τῆς τε παλαιᾶς καὶ τῆς νέας.* Apud Polybium XVIII. 3, 6. est *τὸ Θετίδιον τῆς Φαρσαλίας.* Urbem vocat Steph. Byz. p. 306. Pin. [p. 137, 36. Westerm.] testem citans Hellanicum, idemque sunt qui Pherecydem. tradere existiment apud Schol. Pind. Nem. IV. 81: *περὶ οὗ Θετιδείου ἐν πρώτῳ Φερεκύδης οὕτω γράφει. Ἔπειτα Πηλεὺς ᾤχετο εἰς Φθίαν, καὶ Θέτιν ἐπὶ τῶν ἵππων τούτων ἄγων οἰκεῖ ἐν Φαρσάλῳ καὶ ἐν Θετιδείῳ, ὃ καλεῖται ἀπὸ τῆς Θέτιδος ἡ πόλις.* Heynius quidem ad Apollod. p. 313. delenda censet verba *ἡ πόλις*: quae si recte se habent, non tamen illud quod volunt efficitur, sed hoc potius dicit Pherecydes, Pharsalum ex Thetidis nomine *Θετίδειον* appellatam. Stephanum nihil moror, ac ne quem Hellanici nomen et auctoritas inducat, apponam ipsa scriptoris verba: *Θεστίδειον* (sic), *πόλις Θεσσαλονίκης* (corrige *Θεσ-*

σαλίας). Ἑλλάνικος δὲ δίχα τοῦ δ̄ φασίν, ἀπὸ Θέτιδος. Pro diversa tamen a Pharsalo urbe habet Vir Eximius ad Pindarum p. 385. Ut dicam quod sentio, neque de Pharsalo, neque de alia quadam urbe cogitandum, ubi Thetidii mentio fit, sed intelligenda sunt quae Euripides dicit (v. 16.) πόλεως Φαρσαλίας σύγχορτα πεδία, sive pars quaedam agri Pharsalii, urbi propinqua Thetidique consecrata, huiusque deae, ut videtur, delubrum habens; cf. v. 253: ἁγνὸν τέμενος ἐναλίας θεοῦ. Ac docet Herodot. VII. 191. totam illam regionem Thetidi ceterisque Nereïdibus sacram fuisse: unde fieri potest, ut Pherecydes illo loco, quem supra attulimus, ἡ πόλις latiore sensu dixerit pro agro Pharsalio.'

Haec Pflugkius, cuius errorem satis gravem in extremis verbis admissum iam reprehendit G. Hermannus, qui ad versum huius fabulae 20. haec adnotavit: 'Apud Stephanum Byz. quum legeretur, Θεστίδειον, πόλις Θεσσαλονίκης. Ἑλλάνικος δὲ δίχα τοῦ δ̄ φησίν, ἀπὸ Θέτιδος, Berkelius Θεσσαλικὴ et δίχα τοῦ σ̄, ut Holstenius quoque, scripsit. Ego quidem, quum Θετίδειον a multis scriptoribus, indicatis a Boeckhio in Explic. Pindari p. 385., Θεστίδειον autem, quod sciam, nusquam commemoretur, sic potius scriptum fuisse puto: Θετίδειον, πόλις Θεσσαλική. Ἑλλάνικος δὲ δίχα τοῦ δ̄ φησίν. ἀπὸ τῆς Θέτιδος. Inde fortasse est, quod apud Euripidem cod. Havn. habet Θέτειον, quod esse Θετίειον debebat. Scholiastes Pindari ad Nem. IV. 81. de Thetide a Vulcano icta: τὴν δὲ κακῶς διατεθεῖσαν ἐλθεῖν εἰς Θετταλίαν καὶ ἰαθῆναι ἐν τῇ πόλει ταύτῃ (Pthia) τῇ ἀπ' ἐκείνης Θετιδείῳ καλουμένῃ. ἔοικε δὲ ὁ Πίνδαρος μνημονεύειν τοῦ Θετιδείου, περὶ οὗ ἐν πρώτῳ Φερεκύδης οὕτω γράφει· ἔπειτα Πηλεὺς ᾤχετο εἰς Φθίαν καὶ Θέτιν ἐπὶ τῶν ἵππων τούτων ἄγων ᾤκει ἐν Φαρσάλῳ καὶ ἐν Θετιδείῳ, ὃ καλεῖται ἀπὸ Θέτιδος ἡ πόλις. ὁ δὲ νοῦς οὕτως [fortasse οὗτος? R. K.]· ἡ δὲ Θέτις ἄρχει καὶ δεσποτεύει τῆς Φθίας, ἔνθα ἐστὶ καὶ τὸ Θετίδειον ἱερόν, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀνδρομάχῃ. Vix credibile videatur, Pflugkium in argumento Andromachae p. 6. Pherecydis verba sic interpretari potuisse, ut agrum Pharsalum ab eo πόλιν dici crederet. Ipsa verba cogunt ἡ πόλις ad Thetidem re-

ferre. Strabo IX. p. 431: ἐν δὲ τῇ χώρᾳ καὶ τὸ Θετίδειόν ἐστι πλησίον τῶν Φαρσάλων ἀμφοῖν, τῆς τε παλαιᾶς καὶ τῆς νέας.'

De tempore, quo haec fabula acta esset, nihil significavit Pflugkius, nisi quod ad versum huius fabulae 450. adscripsit sibi videri hanc fabulam eodem fere tempore actam esse, quo Pacem Aristophanis, ut ad Olympiadis XC. annum primum, quo vulgo hanc Aristophanis fabulam referebant, aut ad extremos annos Olympiadis LXXXIX. rettulisse hanc fabulam videatur. Nam quum Scholiastae testimonio nobis traditum hoc sit, archonte Alcaeo Pacem Aristophanis actam esse, apparet eam doctam esse Olympiadis LXXXIX. anno III, sive ante Christ natum anno CCCCXXII., vide Io. Gust. Droysen Des Aristophanes Werke vol. I. p. 3. Similis sententa fuit etiam G. Hermanni, qui quum huius fabulae v. 734 sqq.:

> ἔστι γάρ τις οὐ πρόσω
> Σπάρτης πόλις τις, ἣ πρὸ τοῦ μὲν ἦν φίλη,
> νῦν δ' ἐχθρὰ ποιεῖ· τήνδ' ἐπεξελθεῖν θέλω
> στρατηλατήσας χὐποχείριον λαβεῖν.,

a Menelao, qui loquitur, Argos dici existimaret; verisimile esse putavit scriptam esse Andromacham Olympiadis LXXXIX. anno quarto, quo tempore Alcibiades effecisset, ut Argivi foedus facerent cum Atheniensibus, qua de re exposuisse dicit Thucydidem V. 43 sqq. Paullo aliter Aug. Boeckhius de ea re iudicavit, qui quum in huius fabulae v. 445 sqq.

> ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἔχθιστοι βροτῶν,
> Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια,
> ψευδῶν ἄνακτες, μηχανοῤῥάφοι κακῶν,
> ἑλικτά, κοὐδὲν ὑγιές, ἀλλὰ πᾶν πέριξ
> φρονοῦντες, ἀδίκως εὐτυχεῖτ' ἀν' Ἑλλάδα.
> τί δ' οὐκ ἐν ὑμῖν ἔστιν; οὐ πλεῖστοι φόνοι;
> οὐκ αἰσχροκερδεῖς, οὐ λέγοντες ἄλλα μὲν
> γλώσσῃ, φρονοῦντες δ' ἄλλ' ἐφεύρισθ' ἀεί;
> ὄλοισθ'.

summam inesse Lacedaemoniorum detestationem intellexisset, iure dixit haec omnia ad eum fere modum dicta, qui in Shakespearii historicis fabulis inveniretur, in quam sententiam ipse Scholiasta Euripidis

ad huius fabulae v. 446 sq. videtur disputare: *Ταῦτα διὰ τῆς Ἀνδρομάχης φησὶν Εὐριπίδης λοιδορούμενος τοῖς Σπαρτιάταις, ὅτι παρεσπονδήκεισαν κτέ.*, et dubitari non posse quin haec Euripidis fabula post aliquam iniuriam a Lacedaemoniis perfidiose illatam Atheniensibus sive eorum sociis acta esset. Quod quum ita esset, non absurde sibi dixit Boeckhius videri Sam. Petitum in Misc. III, 16. ex huius fabulae v. 734 sqq. collegisse doctam fabulam esse Olympiadis XC. anno secundo, quum Lacedaemonii Argivos invaderent propter ea, quae in Troezenios Spartae socios perpetravissent, qua de re conferri iubet Thucydidem V. 58 sqq. VI. 7. Diodorum Sic. XII. 78. Convicia profecto ait in periuros Laconas quadrare optime, quandoquidem tum *Ἀθηναῖοι Ἀλκιβιάδου πείσαντος τῇ Λακωνικῇ στήλῃ ἐπέγραψαν ὅτι οὐκ ἐνέμειναν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῖς ὅρκοις*, quod haud dubie factum esset feriis quibusdam, et fortasse iis ipsis, quibus acta haec fabula esset, ita ut Euripides ad hoc ipsum composuisse videretur eam festinantius, quod factum esse subinde ipse coniecisset capite libri sui praecedente [cap. XIV. p. 177 sq.]. Hardio vero in Commentt. Acad. Inscript. vol. VIII. p. 168. actam hanc fabulam ostendere studuit paullo ante finem vicesimi anni belli Peloponnesiaci, fere Olympiadis XCII. anno primo, contra quem recte G. Hermannus ita disputavit, ut quae ille ex tertio huius fabulae chori cantico de duplici in civitate imperio [v. 471 sqq.] ad collegium quadringentorum rettulisset, ea multo melius in Alcibiadis et Niciae aemulationem convenire contenderet.

Sed quidquid de ipso anno statuimus, quo haec fabula primum in scaenam prolata sit, illud mihi videtur recte A. Boeckhius l. c. p. 190. pronuntiavisse, hanc quoque Euripidis fabulam in earum numero esse reponendam, quae temporis causa festinantius a poeta compositae esse viderentur. Neque iniuria arbitror *τὸ δρᾶμα τῶν δευτέρων* habitum esse, id quod refert Scholiasta in Hypothesi. Hoc tamen non ita a me dictum existimari volo, quasi ego ea omnia comprobem, quae G. Hermannus p. IX sqq., qui iustam et omnibus numeris perfectam tragoediam hac fabula contineri iure negavit, Euripidis laudibus quum in aliis fabulis iudicandis tum in hac ipsa existimanda

detrahens disputavit. Etenim vir summus primum mihi in eo peccavisse videtur, quod non ante omnia hoc quaesierit, utrum Euripides eiusmodi fabulam, quam ipse animo comprehendit, omni modo illam quidem ad tristitiam ac maerorem compositam, revera facere voluerit an leniorem quandam, si non eiusmodi, quae a tristitia ad hilaritatem spectatorum animos revocaret, at saltem talem, quae animos hominum argumento tristitiae pleno commotos relaxaret et ad cotidianae vitae tranquillitatem traduceret. Hoc si diligentius consideravisset vir summus, credo ego facile illum, qua fuit sagacitate ac sollertia, intellecturum fuisse hanc fabulam universam non ita comparatam esse, ut eum, qui scripserit, veram ac perfectam tragoediam condere voluisse credere queamus, sed eiusmodi potius esse hanc fabulam, qua vis tragica ita infracta esse videatur, ut non tam ad commovendos spectatorum animos quam ad relaxandos ac remittendos pertineret. Nam tantum abest, ut in hac fabula qui superbi atque iniusti fuerunt poeniri videantur, id quod cadebat in Menelaum et Hermionam, quodque iniuria non esse factum opinatur G. Hermannus, ut ne is quidem, quem is innocentem plecti pronuntiavit, Peleus ita adficiatur, ut eius tristitia nuntio de filii morte audito contracta duravisse videatur, quod interveniens Thetis eum ita consolatur, ut ipse dicat se luctu velle desistere, et versibus huic fabulae finem imponat, qui minime tragicum colorem in se continere videantur:

κᾆτ' οὐ γαμεῖν δῆτ', ἔκ τε γενναίων χρεὼν
δοῦναί τ' ἐς ἐσθλούς, ὅςτις εὖ βουλεύεται;
κακῶν δὲ λέκτρων μὴ 'πιθυμίαν ἔχειν,
μηδ' εἰ ζαπλούτους οἴσεται φερνὰς δόμους.
οὐ γάρ ποτ' ἂν πράξειαν ἐκ θεῶν κακῶς.

Quod si consideravisset vir egregius, agnovisset, credo, hanc quoque fabulam Euripidis esse eiusmodi, quales Alcestis atque Orestes, quae quarto tetralogiae loco destinatae atque ita comparatae essent, ut animos spectatorum tragico superiorum fabularum argumento commotos ad tranquillitatem reducerent, qua de re copiosius dixi in prooemio Alcestidis p. 19 sq. Deinceps universa causa recte iudicata etiam de singulis huius fabulae partibus verius atque rectius iudicari poterat quam factum est a G. Hermanno. Facile

enim intelligitur, si totum argumentum fabulae non id spectabat, ut effectus vere tragicus consequeretur, verum ad leniendos potius ac relaxandos animos pertinebat, ne singulas quidem partes ita instituendas fuisse, quemadmodum in iusta tragoedia exsequendae erant, sed ut universam fabulam, sic eius partes quoque ad oblectandas mentes et ad animos remittendos componendas fuisse. Sed, ut iam superiore tempore dixi, malo has res iuvenibus bonarum artium studiosis arbitratu suo iudicandas relinquere, quam ipse quid illi iudicare debeant praecipere, quum satis interpretis munere functus mihi esse videar, dum modo viam ac rationem iudicandi monstraverim.

Sequitur ut de codicum auctoritate, qui sunt huius fabulae, quae scitu digna esse videantur, exponam. Habent autem hanc fabulam codices paene eidem, qui Alcestin, de quibus auctore A. Kirchhoffio, cuius vide editionem vol. I. praef. p. 111 sqq., exposui in prooemio ad eam fabulam p. 20 sq., ut mihi non uberius dicendum esse videatur nisi de eis libris, de quibus eo loco agendi occasio non erat. Praestantiores igitur libri, qui habent Andromacham, hi sunt: Cod. Marcianus v. 471 (XCI. 1.), membranaceus saeculi XII., forma quadrata, ab initio et in calce mutilus, et omnino male habitus litteris saepe humiditate aut evanidis aut plane deletis in marginibus maxime, qui habet praeter alia Andromacham cum scholiis marginalibus et glossematis interlinearibus, excussus Venetiis a Kirchhoffio et littera A. notatus, Cod. Vaticanus bombycinus saec. XII., littera B. a Kirchhoffio notatus, Cod. Havniensis chartaceus, littera C. a Kirchhoffio notatus, fragmenta Ambrosiana libri bombycini saec. XII—XIII. edita ab A. Maio, littera D a Kirchoffio notata, in quibus legitur Andromachae v. 1—102., Cod. Parisinus v. 2712. (Par. A. sive membranae Brunckii), membranaceus saec. XIII., continens praeter alia Andromacham cum glossematis interlinearibus et scholiis rarissimis iisque brevissimis, scriptus ternis per paginam columnis, a secunda manu haud ita antiqua, ubicunque scriptura vetustate deleta est, restitutus, littera E. a Kirchhoffio notatus, deteriores huius fabulae Codices hi sunt: Cod. Parisinus 2713. littera a, Codd. Florentini tres litteris bcd a Kirchhoffio notati, de quibus dixi in prooem. Alce-

stidis p. 21 sq., tum tertiae familiae codices Palatinus et Florentinus, litteris *B. C.* a Kirchhoffio notati, de quibus dixi l. c. p. 21. Eodem loco dixi etiam de editionibus Euripidis antiquioribus, ut nihil aliud iam hic superesse videatur nisi ut commemorem eos, qui ediderunt separatim hanc fabulam, quorum qui aliquam auctoritatem nacti sunt, hos nomino: Io. Dav. Koernerum, qui edidit Andromacham Züllichaviae anno 1826., Io. Lentingium, cuius editio prodiit Zutphaniae anno 1829., G. Hermannum, qui edidit Andromacham Lipsiae 1838.

Scripsi Lipsiae d. VI. mens. Octob. MDCCCLVII.

Reinholdus Klotz.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΑΝΔΡΟΜΑΧΗΣ.

Νεοπτόλεμος, ἐν τῇ Τροίᾳ γέρας λαβὼν τὴν Ἀνδρομάχην, τὴν Ἕκτορος γυναῖκα, παῖδα ἔτεκεν ἐξ αὐτῆς [τὸν Μολοττόν]· ὕστερον δὲ ἐπέγημεν Ἑρμιόνην, τὴν Μενελάου θυγατέρα. δίκας δὲ πρῶτον ᾐτηκὼς τῆς Ἀχιλλέως ἀναιρέσεως τὸν ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνα πάλιν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὸ χρηστήριον μετανοήσας, ἵνα τὸν θεὸν ἐξιλάσηται. ζηλοτύπως δ' ἔχουσα πρὸς τὴν Ἀνδρομάχην ἡ βασιλὶς ἐβουλεύετο κατ' αὐτῆς θάνατον, μεταπεμψαμένη τὸν Μενέλαον· ἡ δὲ τὸ παιδίον μὲν ὑπεξέθηκεν, αὐτὴ δὲ κατέφυγεν ἐπὶ τὸ ἱερὸν τῆς Θέτιδος. οἱ δὲ περὶ τὸν Μενέλαον καὶ τὸ παιδίον ἀνεῦρον καὶ ἐκείνην ἀπατήσαντες ἤγειραν· καὶ σφάττειν μέλλοντες ἀμφοτέρους ἐκωλύθησαν Πηλέως ἐπιφανέντος. Μενέλαος μὲν οὖν ἀπῆλθεν εἰς Σπάρτην· Ἑρμιόνη δὲ μετενόησεν εὐλαβηθεῖσα τὴν

V. 1. *ὑπόθεσις ἀνδρομάχης* A E *ὑπόθεσις εὐριπίδου ἀνδρομάχης* a. Ex b c d *C* singula enotata non sunt.
V. 2. *ἐν τῇ τροίᾳ* A B C E a *C* *ἐν τροίᾳ* [*B*] *τὴν ἀνδρομάχην* A B C E a *ἀνδρομάχην* [*BC*].
V. 3. *τὴν ἕκτορος* [A *BC*] *τὴν τοῦ ἕκτορος* B E *τοῦ ἕκτορος* C. *ἕκτορος* a *τὸν Μολοττόν* in ceteris libris omissum e cod. *B*, ut videtur, Aldus addidit.
V. 4 *δὲ* om. B C. *ἔγημεν B*. *τὴν ἑρμιόνην* B C E.
V. 5. *μενέλεω* B C. *πρῶτον* libri. *πρότερον* Lascaris *ᾐτηκὼς τὸν ἐν δελφοῖς ἀπόλλωνα περὶ τῆς ἀχιλλέως ἀναιρέσεως* a.
V. 7. *ἦλθεν* C.
V. 8. *ἡ βασιλὶς πρὸς τὴν ἀνδρομάχην* E.
V. 9. *ἐβούλετο B*. *κατὰ ταύτης B*.
V. 12. *καὶ* om.
V. 13. B C. *ἀνεῦρον καὶ τὸ παιδίον* E. *ἀπαντήσαντες* B. *ἤγειραν* A C B E a *B*. *ἀνήγειραν* C.
V. 14. *τοῦ πηλέως B*.

παρουσίαν τοῦ Νεοπτολέμου παραγενόμενος δὲ ὁ Ὀρέστης ταύτην μὲν ἀπήγαγε πείσας, Νεοπτολέμῳ δὲ ἐπεβούλευσεν· ὃν καὶ φονευθέντα παρῆσαν οἱ φέροντες. Πηλεῖ δὲ μέλλοντι τὸν νεκρὸν θρηνεῖν Θέτις ἐπιφανεῖσα τοῦτον μὲν ἐπέταξεν ἐν Δελφοῖς θάψαι, τὴν δὲ Ἀνδρομάχην εἰς Μολοσσοὺς ἀποστεῖλαι μετὰ τοῦ παιδός, αὐτὸν δὲ ἀθανασίαν προςδέχεσθαι· τυχὼν δὲ αὐτῆς εἰς Μακαρων νήσους ᾤκησεν. . . .

. . . .

. . *Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος κεῖται ἐν Φθίᾳ· ὁ δὲ χορὸς [συνέστηκεν] ἐκ Φθιωτίδων γυναικῶν· προλογίζει δὲ Ἀνδρομάχη. τὸ δὲ δρᾶμα τῶν δευτέρων· ὁ πρόλογος σαφῶς καὶ εὐλόγως εἰρημένος. ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐλεγεῖα τὰ ἐν τῷ θρήνῳ τῆς Ἀνδρομάχης. ἐν τῷ δευτέρῳ μέρει ῥῆσις Ἑρμιόνης τὸ βασιλικον ὑποφαίνουσα· καὶ ὁ πρὸς Ἀνδρομάχην λόγος οὐ κακῶς ἔχων· εὖ δὲ καὶ ὁ Πηλεὺς ὁ τὴν Ἀνδρομάχην ἀφελόμενος.*

V. 1. *ὁ* om a *B*. *ἀπήγαγεν πείσας* A. *ἀπήγαγε* *ἀνή* *πείσας* [B] *ἀνήγαγε πείσας* C. a*C*. *ἀπήγαγε πείσας* E. *ἀνήγαγεν εἰς σπάρτην B*.
V. 2. *δὲ* om. B. Deinde *δὲ — φέροντες* om. C
V. 3. *οἳ καὶ* A.
V. 5. *ἐπέταξεν ἐν Δελφοῖς*] Sic e libris Kirchhoffius. *ἐν Δελφοῖς ἐπέταξε* vulgo. *θάψαι* cum var. lect. *μένειν* a prima manu B.
V. 6. *ἀποστεῖλαι* correxerunt Lascaris Aldus. *ἀπέστειλε* libri.
V. 7. *αὐτὸν δ' εἶπεν B*. solus.
V. 8. *αὐτῆς* A B E a *B*. *ταύτης C*. *ᾤκησεν* libri. *ᾤκισεν* apogr. Par.
V. 10. «quae sequuntur argumenti Aristophanei sunt fragmentum capite truncum. Omittunt ea Aacd.» KIRCHHOFFIUS. *κεῖται ἐν φθίᾳ* BCE. et apogr. Paris. *ἐν φθίᾳ κεῖται* [*C*].
V. 11. *συνέστηκεν* om. BCE. habent [*BC*].
V. 12. *δὲ* ante *Ἀνδρομάχη* om. B*C*. *δὲ* ante *δρᾶμα* om. E
V. 13. *ὁ πρόλογος* [*B*] *πρόλογος* BCE*C*. *σαφὴς B*. *ἔστι δὲ* libri. *ἔτι δὲ* G. Hermannus.
V. 15. *τῆς ἑρμιόνης* E.
V. 16. *ὑποφαίνουσα* Lascaris. *ὑφαίνουσα* BC*BC*. *ἐμφαίνουσα* fortasse E.
V. 16. *οὐ κακῶς* CE. *οὐ καλῶς* B*BC*.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.
ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.
ΧΟΡΟΣ.
ΕΡΜΙΟΝΗ.
ΜΕΝΕΛΑΟΣ.
ΜΟΛΟΤΤΟΣ.
ΠΗΛΕΥΣ.
ΤΡΟΦΟΣ.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΘΕΤΙΣ.

ρολογίζει δὲ ἡ Ἀνδρομάχη.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις,
ὅθεν ποθ' ἕδνων σὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ
Πριάμου τύραννον ἑστίαν ἀφικόμην
δάμαρ δοθεῖσα παιδοποιὸς Ἕκτορι,

V. 1. *θηβαῖα πτόλι* A *θηβαία πόλις* [B] C *θηβαία πτόλι* Eab *θηβαία πόλι* cd *θηβαία πόλις* [*B*] *θηβαία πόλι* **C.**

V. 1. *Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θ. π.*] Genus loquendi fefellit quosdam viros doctissimos. Vocativos esse monuerunt Seidlerus ad El. 1. et Monkius ad Alc. 1., quarum fabularum similia exordia sunt. Nimirum utimur eiusmodi compellatione vel sine ulla conversione orationis ad eam rem, quae compellatur, si quis animum aut gaudii aut doloris motus aliusve adfectus impulit. PFLUGK. [Disputavit uberius de his locis G. Hermannus in praef. ad Andromacham p. XIV sqq. R. K.] — *σχῆμα*, decus. Exempla attulit Musgrav. ad h. l. Blomfield. gloss. ad Aesch. S. c. Th. 484., sed de omnibus tenendum quod monui ad Hecub. 619. PFLUGK.

V. 2. *ἕδνων σὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ*] Hom. Il. ζ. 392. χ. 88: *ἄλοχος πολύδωρος*. Noster Thesei fr. VIII: *Κρεῖσσον δὲ πλούτου καὶ πολυχρύσου χλιδῆς Ἀνδρῶν δικαίων κἀγαθῶν παρουσίαι.* Dan. v. 1: *Δόμοι μὲν οἵδ' εὔπυργά τ' ἐρύματα χθονὸς Οὐκ ἐν πολυχρύσοισιν ἤσκηται χλιδαῖς.* De voc. *χλιδή* cf. Ruhnk. ad Tim. p. 276. PFLUGK.

V. 4. *παιδοποιός*] i. e. *ἐπὶ γνησίων παίδων σπορᾷ*, cf. v. 941. [Formula, qua in matrimonio ineundo utebantur, haec fuit *ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων*,

ζηλωτὸς ἔν γε τῷ πρὶν Ἀνδρομάχη χρόνῳ,
νῦν δ', εἴ τις ἄλλη δυςτυχεστάτη γυνὴ

V. 5. *χρόνῳ* om. cd.
V. 6 *εἴ τις* A *οὔτις* B (hic ab altera manu *εἴ τις*) CC. *εἴτις* Eacd. [*B*] Scholion codd. AB. *ἐμοῦ πέφυκεν ἢ γενήσεταί* de qua vide quae disputavernnt Hemsterhusius ad Luciani Timonem c. 17. et Dorvillius ad Charitonem p. 240. R. K.] Herodot. I, 59: *Χίλων δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος — θεησάμενος τὸ τέρας συνεβούλευεν Ἱπποκράτεϊ πρῶτον μὲν γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία,* ubi cf. Wesseling. PFLUGK.

V. 6. 7. *νῦν δ', εἴ τις ἄλλη δυστυχεστάτη γυνὴ ἐμοῦ πέφυκεν ἢ γενήσεταί ποτε*] Sic hic locus, si librorum auctoritatem accurate consideramus, antiquitus videtur scriptus fuisse. Facile enim apparet et id, quod in quibusdam libris habetur, *οὔτις* pro *εἴ τις* et *δή τίς*, quod actores olim hic sibi videre visi esse dicuntur in schol. codd. AB., esse e glossematis orta. Illud autem magno opere ambigitur, qua ratione illa verba, quae olim hic scripta fuisse videntur, expedienda atque explananda esse videantur, si quidem quae in libris nobis tradita sunt, vere ab Euripide profecta sint. Et tres potissimum video vias repertas esse, quibus difficultas, quae inest in his verbis, expediretur. Ac primum quidem Valckenarius (ad Phoen. 1589) aliique eum sequuti critici verba, quae sunt in optimis ac plurimis libris scripta: *νῦν δ' εἴ τις ἄλλη δυστυχεστάτη γυνή*, ita tueri hoc loco voluerunt, ut versum qui sequeretur, quamvis in omnibus libris uno omnium consensu legeretur, omittendum esse existimarent. *Quam sententiam* qui nuper amplexi sunt recentiores etiam interpretes, illam magno opere adiuvari putaverunt eo, quod in scholio codd. AB. dicerentur actores adiecisse hunc versum, qui *δή τίς* pro *εἴ τις* legere sibi visi essent. Qua quidem re mihi nihil aliud probari videtur nisi iam antiquissimo tempore hunc versum fuisse in libris, illamque suspicionem natam esse a scholiastis iis, qui quod alia ratione expedire non possent, tamen aliquo modo explicare studerent. Nam tantum abest, ut ea suspicione magno opere iuvetur sententia, ut infringatur ea ipsa vis, quae hoc loco in declaranda miserrima mulieris condicione expromenda erat. Illa enim formula *νῦν εἴ τις ἄλλη δυστυχεστάτη γυνή* quum esset usitata maxime et cotidiana, nuda non erat ponenda, sed adiuvanda potius et efferenda adiuncto aliquo additamento, quo miserabilior is status, in quo esset Andromacha, videretur, id quod sane in his ipsis verbis *ἐμοῦ πέφυκεν ἢ γενήσεται ποτέ* contineri videtur. Haec igitur Valckenarii opinio valde mihi repudianda esse videtur. Altera ratio est eorum, qui verba illa, quae in libris plerisque habentur, ita explananda esse putaverunt, ut superlativum pro comparativo esse positum statuerent aut certe eandem illi constructionem adsumerent, quae solet esse comparativi, quae ratio proposita est a Wesselingio ad Herodoti lib. VII. c. 16. et ad Diod. Sic. lib. XX. c. 72., accepta etiam a Davisio ad Max. Tyr.

ἐμοῦ πέφυκεν ἢ γενήσεταί ποτε·
ἥτις πόσιν μὲν Ἕκτορ' ἐξ Ἀχιλλέως

ποτε: οἱ ὑποκριταὶ τὸν ἴαμβον προσέθηκαν ὑπονοήσαντες εἶναι τὴν γραφὴν δὴ τίς, ἵν' ᾖ οὕτως· νῦν δὴ τίς ἄλλη καὶ ἀντὶ τοῦ συγκριτικοῦ τὸ δυστυχεστάτη φασίν. Vide infra adnot. exeget.

p. 583. a. ac probata olim etiam a G. Hermanno ad Vigerum p. 718 sq. ed. tert., qui quidem attulerunt alia eius usus exempla, Homeri Odysseae XI, 482. σεῖο δ', Ἀχιλλεῦ, Οὔτις ἀνὴρ προπάροιθε μακάρτατος, οὔτ' ἄρ' ὀπίσσω. Diod. Sic. XX, 72. ταχὺ δὲ τούτου τὸ προσταχθὲν ποιήσαντος ποικιλώτατον συνέβη γενέσθαι φόνον τῶν προγεγονότων. atque alia id genus multa, quae tetigit A. Matthiae gramm. Gr. ampl. §. 464. Sed admodum lubricam esse hanc viam huius loci explicandi recte iam sensit b. Pflugkius, qui tamen non satis recte haec Theognidea v. 175. Br. Ἄνδρ' ἀγαθὸν πενίη πάντων δάμνησι μάλιστα, Καὶ γήρως πολιοῦ, Κύρνε, καὶ ἠπιάλου. explicavit, quod dixit non superlativum pro comparativo esse positum, sed brevitatis studio hunc non esse expressum, sed subaudiendum e prioribus, quum in isto Theognidis loco genetivi γήρως et ἠπιάλου per quandam orationis attractionem ad genetivum πάντων quasi appositio quaedam adiungantur, et post eum id vidit etiam G. Hermannus, qui in editione sua de coniectura multorum δυστυχεστέρα pro δυστυχεστάτη reposuit. Quae tamen scriptura si vere olim in libris haberetur, cur tot tantaeque difficultates motae essent? Reliqua est tertia ratio eorum, qui superlativo suam et propriam vim concesserunt et illum genetivum, qui sequitur, ἐμοῦ potius alia ratione explicandum esse putaverunt, in quo genere fortasse non satis caute Pflugkius dixit ab ἄλλη pendere ἐμοῦ, sed nullo tamen modo a G. Hermanno propterea irridendus fuit, quum eius ratio explicandi loci una vera esse videatur, ut genetivum ἐμοῦ interpretemur praeter me, me excepta, quae constructio verborum, si non ab ipsa vocula ἄλλη suspensa est, maximo opere tamen appositâ illâ voce exstat et se prodit. Est enim ratio huius loci simillima eius, quem apposui supra ex Odyssea XI, 482. σεῖο δ', Ἀχιλλεῦ, Οὔτις ἀνὴρ προπάροιθε μακάρτατος, οὔτ' ἄρ' ὀπίσσω, ubi genetivus σεῖο non apposito adiectivo ἄλλος, sed adiutus a verbis προπάροιθε et ὀπίσσω, nihil aliud significat nisi praeter te. Hoc igitur modo si hunc locum explicamus, sententiam habebimus eius modi, aptissimam illam quidem ad hunc locum, ubi summa quasi exaggeratio miseriarum esse debet: Nunc vero (miserrima sum mulier), si quae alia summa miseritudine mulier praeter me nata est aut aliquando nascitura est. Uberius autem poeta Andromacham hanc comparationem sortis suae instituentem fecit, quod, ut ab initio significavi, summo opere ea res premenda atque urgenda esse videbatur. De eodem genere est quod Euripides in Phoen. 1598. Oedipum fecit dicentem: Ὦ μοῖρ', ἀπ' ἀρχῆς ὥς μ' ἔφυσας ἄθλιον Καὶ τλήμον', εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ., ad quem locum vide quae dixi ipse p. 232 sq. Neque enim quidquam moror ea, quae mihi

θανόντ' ἐςεῖδον, παῖδά θ' ὃν τίκτω πόσει
ῥιφέντα πύργων Ἀστυάνακτ' ἀπ' ὀρθίων,
ἐπεὶ τὸ Τροίας εἷλον Ἕλληνες πέδον,
αὐτὴ δὲ δούλη, τῶν ἐλευθερωτάτων
οἴκων νομισθεῖσ', Ἑλλάδ' εἰςαφικόμην,
τῷ νησιώτῃ Νεοπτολέμῳ δορὸς γέρας
δοθεῖσα λείας Τρωικῆς ἐξαίρετον.
Φθίας δὲ τῆςδε καὶ πόλεως Φαρσαλίας
σύγχορτα ναίω πεδί', ἵν' ἡ θαλασσία

δα
V. 9. *παῖδα δ'* Bb. *παῖδ' ὄν* E.
V. 10. *ῥιφέντα* ΛBCEa *ῥιφθέντα* [*BC*] et vulgo.
V. 11. *τροίης B.*
V. 17. habet Schol. Hom. Il. XI, 774. Etym. Gud. p. 568.

ad eum locum opposuit I. Geelius. R. K.

V. 9. *παῖδά θ'*] Flor. A. *παῖδα δ'*, quod qui invexit librarius propter praecedens *πόσιν μέν*, ut videtur A. Matthiae, rem fecit minime necessariam. Nam istis respondent haec v. 12. *αὐτὴ δὲ δούλη.* Erravit etiam P. Elmsleius ad Soph. Oed. T. 220., quum *μέν* et *τέ* inter se respondere arbitratur in Euripidis Med. v. 192: *ἐπὶ μὲν θαλίαις ἐπί τ' εἰλαπίναις.* Nam ibi quoque sequitur *δέ* ad praecedens *μέν* referendum v. 195. Cf. Androm. 399 — 401. PFLUGK.

V. 10. *ὀρθίων,*] Phoen. 1105: *περγάμων ἀπ' ὀρθίων.* 1129: *ἀπ' ὀρθίου σταθεὶς πύργου.* El. 489: *πρόςβασιν οἴκων ὀρθίαν.* Eleganti translatione Plutarch. Phoc. c. 2: *τῆς πολιτείας ὁ ὄρθιος ἄγαν καὶ πρὸς ἅπαντα τοῖς δημοσίοις ἀντιβαίνων τόνος.* PFLUGK. «Crudelissimam necem Astyanactis ambigi potest utrum poetae cyclici ex Homeri versibus confinxerint, an respiciens antiquius aliquod carmen Homerus Iliad. XXIV. 732. haec dicentem fecerit Andromacham: *σὺ δ' αὖ, τέκος, ἢ ἐμοὶ αὐτῇ, Ἕψεαι, ἔνθα κεν ἔργα ἀεικέα ἐργάζοιο, Ἀεθλεύων πρὸ ἄνακτος ἀμειλίχου, ἢ τις Ἀχαιῶν Ῥίψει χειρὸς ἑλὼν ἀπὸ πύργου, λυγρὸν ὄλεθρον, Χωόμενος, ᾧ δή που ἀδελφεὸν ἔκτανεν Ἕκτωρ, Ἢ πατέρ', ἠὲ καὶ υἱόν.*» G. HERMANNUS.

V. 14. Natus fuit Neoptolemus in insula Scyro ex Deidamia, regis Lycomedis filia, v. Hom. Il. *τ* 326. Strab. IX. p. 436. et quos laudavit Wernsdorf. ad Himer. p. 601. *Νεοπτολέμῳ* quattuor syllabis pronuntiandum, ut apud Soph. Philoct. 4., ubi v. Hermann. PFLUGK. Ceterum recte G. Hermannus post Musgravium docuit cum quodam contemptu *νησιώτην* Neoptolemum appellari ab Andromacha, quae quamvis coleret Neoptolemum, tamen quum sese gloriaretur *τῶν ἐλευθερωτάτων οἴκων* habitum esse, impar sibi conubium cum insulano contigisse significaret, quo de contemptu insulanorum conferri possunt Dorvillius ad Charit. p. 558. (p. 541. ed. Lips.) et C. O. Müllerus in Aegineticis p. 193. etiam infra huius fabulae v. 210. R. K.

Πηλεῖ ξυνῴκει χωρὶς ἀνθρώπων Θέτις,
φεύγουσ' ὅμιλον· Θεσσαλος δέ νιν λεὼς
Θετίδειον αὐδᾷ θεᾶς χάριν νυμφευμάτων.
ἔνθ' οἶκον ἔσχε τόνδε παῖς Ἀχιλλέως,
Πηλέα δ' ἀνάσσειν γῆς ἐᾷ Φαρσαλίας
ζῶντος γέροντος σκῆπτρον οὐ θέλων λαβεῖν.
κἀγὼ δόμοις τοῖσδ' ἄρσεν' ἐντίκτω κόρον
πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδὶ δεσπότῃ τ' ἐμῷ.
καὶ πρὶν μὲν ἐν κακοῖσι κειμένην ὅμως

V. 19. *θεσσαλὸς λαὸς δέ νιν* abcd.
V. 20. »*θετίδιον* Cramer. anecd. Oxon. III. p. 252. cf. schol. Pind. Nem. IV, 81.« KIRCHHOFF.
V. 25. *πλαθεῖσ'* [A] Eacd C *πλασθεῖσ'* B [C] *B*. Dein *δεσπότῃ τ'* libri. *δεσπότῃ γ'* Brunckius.

V. 17. Schol. ad Il. l. c. *χόρτοι δὲ οἱ τριγγοὶ (τροχαλοὶ* Didymus), *ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ· σύγχορτα ναίω πεδία ταῖς Ἐλευθεραῖς, καὶ ἐν Ἀνδρομάχῃ ὁμοίως.* De fragmento Antiopae vide A. Nauckii Tragicor. Graec. rel. p. 327 sq. R. K.

V. 18. *χωρὶς ἀνθρώπων*] Hecub. 2: *ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.* Idem explicatius dicitur verbis *φεύγουσ' ὅμιλον.* Talia *παράλληλα* amat grandiloqua et exilitatem verborum fugiens oratio tragicorum. Aesch. Choeph. 730: *Ἡ δὴ κλύων ἐκεῖνος εὐφρανεῖ νόον, Εὖτ' ἂν πύθηται μῦθον.* Soph. Phil. 31: *Ὁρῶ κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα.* Noster Hipp. 951: *Θεοῖσι προσθεὶς ἀμαθίαν φρονεῖν κακῶς.* Phoen. 202. Suppl. 191. s. Herc. F. 225 s. Troad. 961: *Πῶς οὖν ἔτ' ἂν θνήσκοιμ' ἂν ἐνδίκως, πόσι, Πρὸς σοῦ δικαίως;* quem locum non intactnm dimiserunt Seidlerus in editione Troadum et Boissonadus ad Eunap. p. 596. Adde A. Matth. Gr. § 636. Reisig. ad Soph. Oed. Col. p. 229. PFLUGK.

V. 19. *νιν*] i. e. *αὐτά,* scil. *τὰ πεδία.* cf. Iph. T. 366. PFLUGK.

V. 22. *Πηλέα*] Coalescit pronuntiatione *εα* terminatio: quam licentiam recte puto Matth. ad Alc. 25. ad eas voces revocat, quae praecedentem habeant longam syllabam. Exempla collegit Monkius ad Hipp. 1148. et ad Alc. 25. PFLUGK.

V. 25. *δεσπότῃ γ' ἐμῷ*] i. e. quippe qui dominus meus sit. Iph. A. 1455: *πατέρα τὸν ἀμὸν μὴ στύγει, πόσιν γε σόν.* De quo loco recte iudicavit Elmsleius ad Med. 940. PFLUGK. Eam rem secus existimandam esse et unice verum *τὲ* videri hic et aliis locis multis docui quum ad Devar. Vol. II. p. 745 sqq. tum ad Med. Euripidis v. 970. p. 100. ed. Goth. sec. R. K.

V. 26. Sophocl. Ai. 323 *ἐν τοιᾷδε κείμενος κακῇ τυχῇ.* 1306: *τοιοῖσδ' ἐν πόνοισι κειμένους.* Eurip. Phoen. 1633. Alex. fr. XXII. 2. — *ὅμως* participio iungendum; vide infra 119. Med. 280 Hec. 568. Bacch. 787. Hel. 1029. et notata ab Elmsleio ad Soph.

ἐλπίς μ᾿ ἀεὶ προςῆγε, σωθέντος τέκνου,
ἀλκήν τιν᾿ εὑρεῖν κἀπικούρησιν κακῶν·
ἐπεὶ δὲ τὴν Λάκαιναν Ἑρμιόνην γαμεῖ
τοὐμὸν παρώσας δεσπότης δοῦλον λέχος,
κακοῖς πρὸς αὐτῆς σχετλίοις ἐλαύνομαι.
λέγει γάρ, ὥς νιν φαρμάκοις κεκρυμμένοις
τίθημ᾿ ἄπαιδα καὶ πόσει μισουμένην,
αὐτὴ δὲ ναίειν οἶκον ἀντ᾿ αὐτῆς θέλω
τόνδ᾿ ἐκβαλοῦσα λέκτρα τἀκείνης βίᾳ·
ἁγὼ τὸ πρῶτον οὐχ ἑκοῦσ᾿ ἐδεξάμην,
νῦν δ᾿ ἐκλέλοιπα· Ζεὺς τάδ᾿ εἰδείη μέγας,
ὡς οὐχ ἑκοῦσα τῷδ᾿ ἐκοινώθην λέχει.

V. 27. «προςῆγε magnam corruptelae suspicionem iniecit interpretibus. Piersonus Verisim. I. 5. p. 71. coni. προὔσηνε, quod vix Graecum esse vocabulum post alios monuit Blomf. gloss. ad Prometh. 860. cf. Albert. ad Hesych. T. II. p. 1041. Musgrav. παρῆγε, Iacobs. Anim. p. 41. ἐλπίς μ᾿ ἀεί ποτ᾿ εἶχε, denique Elmsleius ad Soph. Ai. 15. Oed. T. 202. ad Herm. ed. Suppl. 752.) προςῆε.» PFLUGK.

Ai. 15. Blomfield. ad Aesch. Pers. 300. PFLUGK.

V. 27. Sanissima est vulgata lectio, quam recte interpretatur Reisigius ad Oed. Col. p. 242: spes me adduxit ad credendum me praesidium inventuram —. [Etiam Latine dicas et adducor ut credam hoc ita esse et adducor hoc ita esse. R. K.] Idem erudite de hoc genere breviloquentiae explicavit. Quanquam est haec res ita comparata, ut difficilius animadvertas nonnunquam latentius adhibitam et variis modis fallentem hanc loquendi rationem, quam singulis in locis persuadeas minus etiam Graece docto. Aristides T. III. p. 435. C: καὶ τῷ τὰ βέλτιστα λέγειν τιθεὶς αὐτὸς ἕπεσθαι τὸ κινδυνεύειν, ἐκείνους, ἐξ ὧν ἠτύχησαν, ἀποστερεῖς τὸ λέγειν τὰ βέλτιστα. Contra Platonem rhetor disputat, qui quum eum, qui regere populum, non regi multitudinis cupiditatibus velit, non posse periculi expertem esse statuisset, tamen Miltiadem, Themistoclem aliosque eo ipso, quod gratia populi exciderunt, ea laude privaverit, quae posita est ἐν τῷ λέγειν τὰ βέλτιστα. PFLUGK.

V. 28. ἐπικούρησιν κακῶν] opem adversus mala. Vid. Matth. Gr. §. 354. γ. Eadem adiectivi structura Or. 211. Plat. de Legg. II. p. 666. B: παιδιὰν — ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος. Elmsleius ad Soph. Oed. T. 202. cur maluerit κἀπικούφισιν κακῶν, non exputo. PFLUGK.

V. 30. παρώσας] ἐκβαλών Schol. et Hesych. Usitatum hoc verbum de his, quae quis cum contemptu relinquit aliisque ut viliora postponit. El. 1037: τἄνδον παρώσας λέκτρα. Or. 627: μηδὲ δυσσεβεῖς Ἕλῃ, παρώσας εὐ-

ἀλλ' οὔ σφε πείθω, βούλεται δέ με κτανεῖν,
πατήρ τε θυγατρὶ Μενέλεως συνδρᾷ τάδε.
καὶ νῦν κατ' οἴκους ἔστ' ἀπὸ Σπάρτης μολὼν
ἐπ' αὐτὸ τοῦτο· δειματουμένη δ' ἐγὼ
δόμων πάροικον Θέτιδος εἰς ἀνάκτορον
θάσσω τόδ' ἐλθοῦσ', ἤν με κωλύσῃ θανεῖν·
Πηλεύς τε γάρ νιν ἔκγονοί τε Πηλέως
σέβουσιν, ἑρμήνευμα Νηρῇδος γάμων.
ὃς δ' ἔστι παῖς μοι μόνος, ὑπεκπέμπω λάθρᾳ
ἄλλους ἐς οἴκους, μὴ θάνῃ φοβουμένη.
ὁ γὰρ φυτεύσας αὐτὸν οὔτ' ἐμοὶ πάρα
προςωφελῆσαι παιδί τ' οὐδέν ἐστ' ἀπὼν

V. 36 *τὸ πρῶτον* [A] a [bcd*B*]*C*. *τὸ πρόσθεν* (*πρῶτον* a sec. m.) B. *τὸ πρόσθεν* CE., id quod recepit A. Nauckius.
V. 37. *τάγ' εἰδείῃ* a pr. m. BE.
V. 40. *Μενέλαος* BCD.
V. 41. *ἀπὸ πάτρας* abcd.
V. 43. *δόμον* a pr. m. BCE*B* *πάροικον* (*κων* superscr.) E.
V. 46. *Νηρηΐδος* ACbcd.

σεβεστέρους φίλους. PFLUGK.

V. 31. *ἐλαύνομαι*] vexor, exagitor. Notavit nonnulla Musgrav. ad Soph. Oed. T. 28. Noster Heracl. 1007: *ἤλαυνες ἂν κακοῖσιν.* Soph. Ai. 275. 504. 756. Trach. 1045. In Alcest. 676. *κακοῖς ἐλαύνειν* est conviciis proscindere. PFLUGK.

V. 41. *ἐπ' αὐτὸ τοῦτο*] scil. *τὸ κτανεῖν*, cf. v. 916. Bacch. 957: *Οὐκοῦν ἐπ' αὐτὸ τοῦτ' ἀποστέλλει φύλαξ.* ib. 965. Plato Parmen. p. 126. A: *ἀλλὰ μὲν δή, εἶπον ἐγώ, πάρειμί γε ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, δεησόμενος ὑμῶν.* cf. Stallb. ad Plat. Gorg. p. 29. PFLUGK.

V. 42. *δειματουμένη· φοβουμένη, εὐλαβουμένη* Hesych. t. I. p. 904. R. K.

V. 43. *δόμων πάροικον*] iunge cum sequentibus *Θέτιδος εἰς ἀνάκτορον.* Minus recte alii ad *δειματουμένη* referunt et intelligunt Menelaum, cuius dissimilis est condicio atque illorum, qui apud Soph. Ant. 1155. dicuntur *Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος.* PFLUGK.

V. 44. *ἤν με κωλύσῃ θ.*] Nimis acutus est contra vulgatam scripturam Reisigius (ad Soph. Oed. Col. p. CCXIII.), qui reponendum *ἵνα με κ. θ.* Sententia est: eo consilio huc veni consedique, ut experirer, an me huius loci sanctimonia a morte defenderet. Helen. 1055: *ἄκουσον, ἤν τι καὶ γυνὴ λέξῃ σοφόν.* Herc. F. 847: *Παραινέσαι δέ, πρὶν σφαλεῖσαν εἰσιδεῖν, Ἥρᾳ θέλω σοί τ', ἢν πίθησθ' ἐμοῖς λόγοις.* Adde Aristoph. Vesp. 270. 1449. Matth. Gr. §. 526. PFLUGK.

V. 47. *ὑπεκπέμπω*] Vid. ad Hecub. 6. PFLUGK.

V. 50. *οὐδὲν*] Noster Pelei fr. IV: *Τὸν ὄλβον οὐδὲν*

Δελφῶν κατ' αἶαν, ἔνθα Λοξίᾳ δίκην
δίδωσι μανίας, ᾗ ποτ' εἰς Πυθὼ μολὼν
ᾔτησε Φοῖβον πατρὸς οὗ 'κτίνειν δίκην,
εἴ πως τὰ πρόσθε σφάλματ' ἐξαιτούμενος
θεὸν παράσχοιτ' εἰς τὸ λοιπὸν εὐμενῆ.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

δέσποιν', ἐγώ τοι τοὔνομ' οὐ φεύγω τόδε
καλεῖν σ', ἐπείπερ καὶ κατ' οἶκον ἠξίουν
τὸν σόν, τὸ Τροίας ἡνίκ' ᾤκοῦμεν πέδον·
εὔνους δὲ καὶ σοὶ ζῶντί τ' ᾖν τῷ σῷ πόσει,
καὶ νῦν φέρουσά σοι νέους ἥκω λόγους
φόβῳ μέν, εἴ τις δεσποτῶν αἰσθήσεται,

V. 52. *ἣν* libri. *ᾗ* Reiskius. *ποτ'* [AB]C*C*. *τότ'* Eabcd.

V. 53. *οὗ κτείνει* ABCa*C* *οὐ κτείνει* D *οὗ τίνει* E*B*. *οὗ τείνει* bc *οὗ 'κτίνει* d. *οὗ 'κτίνειν* G. Hermannus, Pflugkius.

V. 54. *πρόσθεν* [AB]CEacd. *πρόσθε* *BC*, ut videtur.

V. 62. *δεινὰ γάρ τοι βούλεται* Musurus Corruptelae originem demonstrat Taur. [B*B*] lectio *δεινὰ γὰρ βούλεται.* Nihil frequentius confusione verborum *βούλεσθαι* et *βουλεύεσθαι*, *βούλημα* et *οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς.* Antiop. fr. XXIX. (Inc. XXXV. 4. [p. 330. ed. Nauck.]) *Ἀργὸς μὲν οἴκοις* (male Elmsleius ad Heracl. 4. *ἀστοῖς*) *καὶ πόλει γενήσεται, Φίλοισι δ' οὐδείς.* PFLUGK.

V. 52 seq. Exegesin ad *μανίας* continet haec sententia, *ἣν ποτ' — 'κτίνειν δίκην.* Hoc enim voluit poeta: *δίκην δίδωσι τῆς δίκης, ἣν ποτ' — ᾔτησε Φοῖβον πατρὸς οὗ ἐκτίνειν.* Istam autem poenarum exactionem *μανίαν* vocat. Verte: ubi Apollini poenas pendit furoris, illius inquam exactionis poenarum, qua quondam Delphos profectus ob patrem occisum aggressus est Apollinem. [Equidem satius esse duxi cum recentissimis editoribus *ᾗ* de coniectura Reiskii scribere quam *librorum* scripturam *ἣν* propagare. R. K.] Ceterum aliam istius profectionis causam memorat Pherecydes apud Schol. Orest. 1649. Matth. *Φερεκύδης δέ φησι περὶ παίδων χρησμὸν αἰτοῦντα τὸν Νεοπτόλεμον ἀναιρεθῆναι.* PFLUGK.

V. 54. *πρόσθε*] Grammaticis magis probatur *πρόσθεν*, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 284. Formae littera paragogica carentis certa exempla ex Sophoclis fabulis citavit Matth. in Addendis ad h. l., quibus Aristophanica adiecit Schaefer. ad Demosth. T. II. p. 273. Adde huius fabulae v. 65. 877. 1106. El. 961. Rhadam. fr. II. 7. [p. 446. ed. Nauck.] alia eiusdem poetae haud pauca. PFLUGK. Vide V. Chr. Fr. Rost. gr. Gr. p. 47. et p. 322. ed. sept. R. K.

Ibid. *ἐξαιτούμενος*] i. e. *παραιτούμενος.* Sophocl. O. C.

οἴκτῳ δὲ τῷ σῷ· δεινὰ γὰρ βουλεύεται
Μενέλαος εἰς σὲ παῖς θ', ἅ σοι φυλακτέα.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

ὦ φιλτάτη σύνδουλε, σύνδουλος γὰρ εἶ
τῇ πρόσθ' ἀνάσσῃ τῇδε, νῦν δὲ δυστυχεῖ,
τί δρῶσι; ποίας μηχανὰς πλέκουσιν αὖ
κτεῖναι θέλοντες τὴν παναθλίαν ἐμέ;

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

τὸν παῖδά σου μέλλουσιν, ὦ δύστηνε σύ,
κτείνειν, ὃν ἔξω δωμάτων ὑπεξέθου.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

οἴμοι· πέπυσται τὸν ἐμὸν ἔκθετον γόνον;
πόθεν ποτ'; ὦ δύστηνος, ὡς ἀπωλόμην.

βούλευμα, v. c. apud Menandrum Stobaei Vol. I. p. 251. Gaisf. p. 106. Mein. Aristid. T. III. p. 439. C. V. Wesseling. ad Herod. I. 165. Heind. ad Plat. Charm. §. 52. PFLUGK.

V. 63. *σὲ παῖσ θ'* A *σὲ παῖς θ'* E[*B*]C. *σὲ παῖδα θ'* BC. *σὲ παῖδ'* Dacd *σεὸν παῖδ'* b.

V. 66. *πλέκουσι νῦν B.*

V. 67. *θέλουσι* C.

V. 71. *ἀπωλόμαν B.*

1327: *ἱκετεύομεν ξύμπαντες ἐξαιτούμενοι Μῆνιν βαρεῖαν εἰκάθειν ὁρμωμένῳ Τῷδ' ἀνδρί.* PFLUGK.

V. 56. Orest. 544: *Ὦ γέρον, ἐγώ τοι πρὸς σὲ δειμαίνω λέγειν.* 682: *Ὀρέστ', ἐγώ τοι σὸν καταιδοῦμαι κάρα.* Hipp. 433: *Δέσποιν', ἐμοί τοι ξυμφορὰ μὲν ἀρτίως Ἡ σὴ παρέσχε δεινὸν ἐξαίφνης φόβον.* Vide Heindorf. ad Plat. Protag. §. 19. PFLUGK. Adde Pflugk. ad Alc. 590. p. 90. ed. sec. Klotz. ad Devar. Vol. II p. 737.

V. 61. *φόβῳ μέν, εἴ τις —*] Vid. adnot. ad Med. 184. p. 33. ed. Goth. sec. Soph. Trach. 666: *ἀθυμῶ δ', εἰ φανήσομαι τάχα Κακὸν μέγ' ἐκπράξασ' ἀπ' ἐλπίδος καλῆς.* Eidem verbo *μὴ* iunxit Oed. T. 747. Aristophanes Eccles. 610 ed. Dind. *τοὺς δὲ θεατάς, Εἰ καινοτομεῖν ἐθελήσουσιν καὶ μὴ τοῖς ἠθάσι λίαν Τοῖς ἀρχαίοις ἐνδιατρίβειν, τοῦτ' ἔσθ' ὃ μάλιστα δέδοικα.* PFLUGK.

V. 62. *οἴκτῳ δὲ τῷ σῷ*] misericordia erga te. Sic v. 660: *προνοίᾳ τῇ τε σῇ κἀμῇ.* Hipp. 965: *δυσμενείᾳ σῇ*, Xenoph. Disc. Cyri VIII. 3, 32: *τῆς ἐμῆς δωρεᾶς*, ubi vid. Schneid. Cf. Lange et Pinzg. ad Aesch. Pers. 654. Reisig. ad Soph. Oed. Col. 409. Stallbaum. ad Plat. Apol. p. 29. Meinek. ad Men. p. 105. PFLUGK. Vide Rost. gr. Gr. § 99. 4. adn. 7. p. 455 ed. sept. R. K.

V. 69. *ἔξω — ὑπεξέθου*] Abesse poterat *ἔξω* salva sententia: similia vide in Lobeckii adnotatione ad Soph. Ai. 740. PFLUGK.

V. 70. *πέπυσται*] scil. Hermiona, quam ut dominam malorumque suorum praecipuam cau-

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

οὐκ οἶδ', ἐκείνων δ' ᾐσθόμην ἐγὼ τάδε·
φροῦδος δ' ἐπ' αὐτὸν Μενέλεως δόμων ἄπο.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

ἀπωλόμην ἄρ'· ὦ τέκνον, κτενοῦσί σε
δισσοὶ λαβόντες γῦπες. ὁ δὲ κεκλημένος
πατὴρ ἔτ' ἐν Δελφοῖσι τυγχάνει μένων.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

δοκῶ γὰρ οὐκ ἂν ὧδέ σ' ἂν πράσσειν κακῶς,
κείνου παρόντος· νῦν δ' ἔρημος εἶ φίλων.

V. 73. ἐπ' αὐτὸ D., quod placuit A. Nauckio. Μενέλαος BC.
V. 77. 78. quos choro ait libros tribuere, continuavit Andromachae Kirchhoffius. Vulgo famulae dantur. οὐδὲν ὧδέ σ' ἂν C.

sam ac tanquam ἀρχηγὸν et extimescere maxime, et vero, ubicunque in universum de adversariis suis loquitur, solam in mente habere debuit Andromacha. Non reputat, si cui hoc durum videtur, multa in hisce fabulis legenti dici obscurius, quae non fallebant illos, qui vocem actionemque histrionum spectabant. Sic infra v. 857. Hermiona id unum agitans animo, quantum sibi periculum a reduce marito immineat, ὀλεῖ, ὀλεῖ με, dicit, quamvis non modo, quis sit ille, quem perniciem sibi adlaturum dicat, nusquam aperte commemoratum sit, verum etiam praecedat mentio et compellatio patris Menelai, quae nonneminem in errorem induxit. In Anth. Pal. V. 41. Μοῖχον ἴσως εὕρηκεν ἀκαίρως κεῖνος ἐσελθών, quis non videat, quo referatur κεῖνος? Vetula loquitur facitque coniecturam, quum formosam mulierem scissa veste et corpore male mulcato foras eiectam adspiciat. A servis, quum clamatur, αὐτὸς ἀΰτεῖ, ecquem alium intelligi credis quam dominum? Amator in eiusmodi quaestione: ἆρά γ' ἰδησῶ αὐτάν; quid quaerit aliud, nisi visurusne sit puellam, cuius tanquam servitio se addixit? Theocrit. XXIV. 50. III. 37. Multa eiusdem generis reperias venuste dicta, quae eius, quem mente cogites, magis significationem quandam quam disertum indicium habeant. Cf. Boissonad. ad Aristaen. p. 313. PFLUGK. «Addere poterat Pflugkius, confirmari id eo, quod famula respondet φροῦδος δ' ἐπ' αὐτὸν Μενέλεως. Omisisset enim nomen Menelai, si de hoc dictum esset πέπυσται.» G. HERMANNUS.

V. 75. δισσοὶ λαβόντες γῦπες] Recte mihi videtur observavisse Musgravius non sine idonea causa cum vulturibus comparasse Euripidem Menelaum eiusque filiam, quod eae aves crudeles quidem essent, generosae non essent, collato Quinti Calabri III, 352. ὑπέτρεσαν οὐδ' ἔτι μίμνον Οὐτιδανοῖς γύπεσσιν ἐοικότες, οὓς τε φοβήσει Αἰετὸς οἰωνῶν προφερέστατος, ne, si cum aquilis compararet, honestaret similitudine istos, quos ait furtim et clandestino potius quam aperta

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

οὐδ' ἀμφὶ Πηλέως ἦλθεν, ὡς ἥξοι, φάτις;

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

γέρων ἐκεῖνος, ὥςτε σ' ὠφελεῖν παρών.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

καὶ μὴν ἔπεμψ' ἐπ' αὐτὸν οὐχ ἅπαξ μόνον.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

μῶν οὖν δοκεῖς σοῦ φροντίσαι τιν' ἀγγέλων;

V. 79. *ἥξει* solus C.

V. 80. *γέρων γ' ἐκεῖνος* solus *C*.

V. 82. *μῶν οὖν δοκεῖς σοῦ* [A B]C D *μῶν οὖν* (*οὐ B*) *δοκεῖ σοι* ceteri.

vi iniurias facere. De acerba autem Andromachae oratione, qua etiam Neoptolemum carpit, recte adnotavit G. Hermannus: «Qui vehementer aliquid cupiunt, facile etiam insontibus irascuntur, per quos fieri putant ut non adsequantur cupita. Hinc illa Andromachae in Neoptolemum acerbitas, quem credit, si curaret filium, non tam diu Delphis mansurum fuisse. Id apparet ex his: *ἔτ' ἐν Δελφοῖς μένων.*» R. K.

V. 79. *ἥξοι*] Malit Lentingius, quod in cod. Havn. exstat, *ἥξει*. Prius Brunckium probasse perspicitur ex eius adnotatione ad Soph. Oed. T. 792. Narranti nuntium adlatum esse de Pelei adventu conveniret indicativus: quaerenti, utrum sit venturus necne, aptior videtur optativus. Quanquam quum hoc fere totum ab arbitrio et voluntate scriptoris pendeat, utrum modum potiorem habeat, difficillimum est hoc in genere aliquid aut adfirmare confidenter aut negare, praesertim quum fere unius litterae mutatione alterum modum alteri substituere liceat, neque codicum una et consentiens vox esse soleat Sic infra v. 971. ambigitur, *εἰ πέρσοι* verius sit an *εἰ πέρσει*. Hipp. 1175. *ἀναστρέψοι* edd., sed aliquot codd. *ἀναστρέψει*. Soph. O. T. 713. vulgatur *ἥξει*: ex uno cod. notatum *ἥξοι* praeferendum videtur Erfurdtio et Elmsleio. Xenoph. Hell. III. 4, 11. *ἀπαγγεῖλαι — ἐκέλευσεν, ὡς πολλὴν χάριν αὐτῷ ἔχειν*. Sic libri: Schneiderus ex Agesil. I. 13. dedit *ἔχοι*: propius a vulgatae scripturae vestigiis aberat *ἔχει*. Conf. Hell. III. 4, 15. cum Agesil. I. 23. Facile cumulari plura poterant, sed vel ex his licet intelligere optime in hac quaestione versaturum *ὅςτις εἰκάζει καλῶς*. PFLUGK.

V. 80. *γέρων — ὥςτε σ' ὠφελεῖν*] Eodem redit qui est frequentior dicendi modus *γεραίτερος — ἢ ὥςτε σ' ὠφελεῖν*, senior est, quam ut opem tibi ferre valeat. Dionys. Hal. A. R. VII. 40: *φαῦλοι μὲν οὖν ἡμεῖς γε, ὡς περὶ τηλικούτων καὶ λέγειν*. V. Wyttenbach. ad Iulian. p. 217. Lips. Rost. gr. Gr. §. 97. adn. 5. Matth. Gr. §. 448. PFLUGK.

V. 82. *μῶν οὖν*] Vid. A.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

πόθεν; θέλεις οὖν ἄγγελος σύ μοι μολεῖν;

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

τί δῆτα φήσω χρόνιος οὖσ' ἐκ δωμάτων;

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

πολλὰς ἂν εὕροις μηχανάς· γυνὴ γὰρ εἶ.

V. 83. *θέλοις* C. *μολεῖν σύ μοι* Byzantini (a[bcd]) et *B*.
V. 85. habet Stobaeus fl. LXXIII. 15. III. p. 45. Donatus ad Ter. Hec. II, 1, 17.
V. 86. «*σμικρὸν φίλον* [*φίλου* ap. Herm.] D, quorum *σμικρὸν* possit pro vero haberi. Orion Etym. p. 26.» KIRCHHOFFIUS. Non adsentior, quamquam recepit A. Nauckius. R. K.
V. 89. *ἐπεί μοι* ab. Schol. AB.: *κατ' ἐνίους γράφεται καὶ χωρὶς τοῦ οὐ· καὶ περίβλεπτος, ὥστε ἐν εἰρωνείᾳ τοὐναντίον λέγεσθαι.*

Matthiae Gr. §. 606. Klotz. ad Devar. II. p. 676 sq.
V. 84. Quod G. Hermannus adnotavit, etsi *δῆτα* nihil aliud esset nisi *δὲ εἶτα* vel *δὴ εἶτα*, tamen dubitari posse an hic scripsisset poeta *τί δ' εἶτα φήσω χρόνιος οὖσ' ἐκ δωμάτων;* posito *εἶτα* ante participium, de quo se dixisse ait ad Aristoph. Nub. 859. et ad Viger. adnot. 219., id minime probandum esse existimo. Et de origine quidem particulae *δῆτα* explicavi ad Devar. vol. II. p. 436 sq., de eius autem usu in interrogatione dixi ib. p. 443 sqq. Illud autem, quod sequitur participium, tantum abest ut fulcro particulae *εἶτα* opus habeat, ut multo rectius oratio procedere videatur, si vi *δῆτα* particulae ad ipsam interrogationem relata quae sequuntur verba *χρόνιος οὖσ' ἐκ δωμάτων* per se stent, quum diu exterminata ex aedibus sim. R. K.
V. 85. *πολλὰς ἂν εὕροις μηχανάς· γυνὴ γὰρ εἶ*] Accius in Aegistho [ap. Non. p. 257, 30. V. Ribbeck. Tragic. Lat. reliqu. p. 117.]: Melius quam viri callent mulieres. cf. Donat. ad Ter. Hec. II, 1, 17. et Valckenar. ad Eurip. Hippol. 640. CH. D. BECK.
V. 86. *κίνδυνος*] Periculosa res est, et vereor, ut lateam: acris enim custos adest Hermiona. PFLUGK.
V. 87. *ὁρᾷς*] Soph. El. 628: *ὁρᾷς; πρὸς ὀργὴν ἐκφέρει.* Vid. Porson. ad Or. 581. Heind. ad Plat. Protag. §. 66. PFLUGK.
Ibid. *ἀπαυδᾷς*] Lucian. de luctu §. 24: *ἀλλ' ἤδη ὑπὸ λιμοῦ τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἀπηυδηκότας.* Anth. Pal. IX. 417: *πίπτε δ' ἀπαυδήσας.* Sed unice convenit Med. v. 459., ubi Iason, cui de uxore quondam sua bene mereri cupienti tot illa obiecit impedimenta, ut facile posset abiicere consilium iuvandi studioque languescere, *Ὅμως δὲ κἀκ τῶνδ' οὐκ ἀπειρηκὼς*

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

κίνδυνος· Ἑρμιόνη γὰρ οὐ σμικρὰ φύλαξ.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

ὁρᾷς; ἀπαυδᾷς ἐν κακοῖς φίλοισι σοῖς.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

οὐ δῆτα· μηδὲν τοῦτ' ὀνειδίσῃς ἐμοί.
ἀλλ' εἶμ', ἐπεί τοι κοὐ περίβλεπτος βίος
δούλης γυναικός, ἤν τι καὶ πάθω κακόν.

V. 90. *κακὸν πάθω* ad. *κακὸν πάθῃ* b[c], de qua varietate haec adnotavit Pflugkius: 'Flor. 15. *κακὸν πάθω*. Ordinem verborum idem et alibi mutat in deterius, addicentibus fere ceteris Florr., ut v. 241. *πρῶτα ταῦτα*. v. 255. *μολεῖν πόσιν*. v. 724. *ξύλλυε μητρὸς δεσμά*. Rarius meliorem ordinem praebent, ut v. 213. ubi Ald. *πόσει δοθῇ*. v. 471. Ald. *εὐνὰν ἀνδρός*. Elmsleius ad Med. v. 296. «In huiusmodi diversitatibus ea scriptura melior censenda est, quae plures et meliores auctores habet.» Noster Phoen. 1597. *μή τι γῇ πάθῃ κακόν*. — Flor. A. *κακὸν πάθῃ*, quod recepit Bothius. Non imiter.'

φίλοις ἥκω. Recte ibi nostrum locum comparavit Elmsleius. Perinde est enim in hac formula, utrum *ἀπαυδᾶν* ponas, an *ἀπειρηκέναι*, vel *ἀπαγορεύειν*, vel *ἀπειπεῖν*, quorum verborum omnium haec communis vis est, ut significent, impatientia quadam laboris metuve imminentium periculorum animum despondere, viribus deficere, cessare. Iph. T. 1371: *ὡς ξύν τ' ἀπειπεῖν καὶ ξυναποκαμεῖν μέλη*. Plutarch. V. Anton. c. 44: *ἀπαγορεύοντας ἤδη καὶ κάμνοντας*. Dativus indicat h. l. eum, qui cessat illius, cuius fracta vis est et confecta, officium. Nusquam reperias simile eius, quod ex coniectura substitui volebat novissmus editor, *ἀπαυδᾷς σ'*. Ceterum aliam interpretandi viam, quamvis mihi quidem minus probatam, monstrant hi loci: Hom. Od. α. 91: *πᾶσιν μνηστήρεσσιν ἀπειπέμεν*. Plutarch V. Caton. min. 19: *συνεὶς οὖν ταχὺ τὴν ἐπιβουλήν, ἀπεῖπε πᾶσι* Agathias Hist. V. 13. p. 304, 5. Nieb. *ἀπειρηκυῖαι ἐκ παίδων γάμοις τε καὶ φιλοκοσμίᾳ καὶ ταύτῃ δὴ τῇ περὶ τὸν βίον ἀναστροφῇ καὶ ὁμιλίᾳ*. Postremo conf. Porsoni notam ad Orest. 91. PFLUGK. Vide quae de his verbis diximus ad Alc. 487. p. 80 sq. ed. Goth. alt., ubi p. 81. huius quoque loci rationem habuimus. R. K.

V. 89. Brunckius ad Gnom. p. 88. Lips. corrigebat *ἐπεί τοί γ' οὐ περίβλεπτος βίος*. Cuius errorem praeclara adnotatione refutavit Porsonus ad Med. 675. Plato Charm. p. 154 E: *καὶ πάνυ γε (scil. ἤδη ἐθέλει διαλέγεσθαι), ἔφη ὁ Κριτίας· ἐπεί τοι καὶ ἔστι φιλόσοφός τε καί, ὡς δοκεῖ ἄλλοις τε καὶ ἑαυτῷ, πάνυ ποιητικός*. Adde Schaeferi adnot. ad Gnom. l. c. et in Indice p. 361. b. Videtur tamen, ut hoc obiter adiiciam, defendi posse *ἐπεί τοί γε* in Demosth. Philipp. I. §. 2., etsi Bekkerus *γε* duorum codd. auctoritate delevit. PFLUGK. De Demosthenis loco vide

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

χώρει νυν· ἡμεῖς δ', οἶςπερ ἐγκείμεσθ' ἀεὶ
θρήνοισι καὶ γόοισι καὶ δακρύμασι,
πρὸς αἰθέρ' ἐκτενοῦμεν· ἐμπέφυκε γὰρ
γυναιξὶ τέρψις τῶν παρεστώτων κακῶν
ἀνὰ στόμ' ἀεὶ καὶ διὰ γλώσσης ἔχειν.
πάρεστι δ' οὐχ ἓν ἀλλὰ πολλά μοι στένειν,

V. 91. *νῦν* A.
V. 93. *ἐκπέφυκε* bc.
V. 94. 95. habet Stobaeus fl. LXXIII. 17. III. p. 46.
V. 95. *διὰ λύσσης* bc.

quae diximus ad Devarium vol. II. p. 532. Ceterum non video, quam ob rem nuper Kirchhoffius verba haec: *ἐπεί τοι κοὐ περίβλεπτος βίος δούλης γυναικός*, ita separaverit a reliqua oratione, ut per cola distingueret. Etenim ita demum vera famulae oratio est, si verba *ἐπεί τοι κοὐ περίβλεπτος* aptius cum antecedentibus verbis *ἀλλ' εἶμι* coniungas, verba autem, quae postremo adiuncta sunt: *ἤν τι καὶ πάθω κακόν*, ab iis, quae proxime antecedunt: *ἐπεί τοι κοὐ περίβλεπτος βίος δούλης γυναικός*, suspendas. Sententia enim horum verborum est eiusmodi: At ibo, quandoquidem profecto etiam ignobilis (aut dicam obscura) vita servae mulieris est, ut id non animadvertatur, si quid mihi etiam acciderit mali. R. K.

V. 93. Apud Sophoclem Philoct. 694. luget chorus Poeantium ducem gravissimo pedis morbo laborantem, quod non habeat, *παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον [κάματον] βαρυβρῶτ' ἀποκλαύσειεν αἱματηρόν.* Eadem fere omnium miserorum sors, neque infima haec malorum pars: quamobrem solitudini caeloque *proloquuntur*, quod tutis auribus deponere non licet. Eodem remedio utitur Iphigenia, ut dirae quietis terrorem excutiat, Iph. T. 42. Vide ad Med. 56. [p. 19. ed. Goth. alt.] Oenomai fr. V. [p. 426. ed. Nauck.] *Ἀλλ' ἐστὶ γὰρ δὴ κἀν κακοῖσιν ἡδονὴ Θνητοῖς ὀδυρμοὶ δακρύων τ' ἐπιῤῥοαί. Ἀλγηδόνας δὲ ταῦτα κουφίζει φρενῶν Καὶ καρδίας ἔλυσε τοὺς ἄγαν πόνους.* Oenei fr. VII. [p. 424. ed. Nauck.] *τῷ δὲ δυστυχοῦντί πως Τερπνὸν τὸ κλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας.* PFLUGK.

Ibid. *ἐκτενοῦμεν*] Med. 201: *τείνουσι βοάν.* Soph. Trach. 679: *μεῖζον' ἐκτενῶ λόγον*, quaeque eiusdem generis alia collegit Wellauer. ad Aesch. Choeph. 503. PFLUGK.

V. 94 sq. Exspectabas *ἐμπέφυκε γὰρ γυναιξὶ τέρψις τὸ τὰ παρεστῶτα κακὰ ἀνὰ στόμ' ἀεὶ — ἔχειν.* Attractionem, qua *τὰ παρ. κακὰ* genetivo posita ad *τέρψις* revocantur, animadvertit Matth. Gr. §. 427. adnot. 1. Idem schema apud Thucyd. III. 6: *καὶ τῆς μὲν θαλάσσης εἶργον μὴ χρῆσθαι τοὺς Μυτιληναίους.* V. 15: *ἐπιθυμίᾳ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐκ τῆς νήσου κομίσασθαι*, iisque in locis, quos collegimus ad Med. 1399. [p. 129. ed. Goth. alt.] Neque pla-

πόλιν πατρῴαν τὸν θανόντα θ' Ἕκτορα
στεῤῥόν τε τὸν ἐμὸν δαίμον', ᾧ συνεζύγην
δούλειον ἦμαρ εἰςπεσοῦσ' ἀναξίως.
χρὴ δ' οὔποτ' εἰπεῖν οὐδέν' ὄλβιον βροτῶν,
πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς
ὅπως περάσας ἡμέραν ἥξει κάτω.
Ἰλίῳ αἰπεινᾷ Πάρις οὐ γάμον, ἀλλά τιν' ἄταν

V. 100—102. hi tres versus, qui choro tribuuntur in A, habent Stobaeus fl. CV. 14. III. p. 310. Orion anth. VIII. 3. p. 52. 53. Respexit huc etiam Choricius in Villoison. Anecd. II. p. 26. *ἐκείνην ὀλβίαν προσεῖπεν ἂν ἡ τραγῳδία, εἴπερ εὐτυχῶς τὴν τελευταίαν ἐπέρασεν ἡμέραν.*

ne dissimilis ratio est eorum, quae leguntur v. 101. 102., ubi eiusdem sententiae duae diversae formae in unum conflatae sunt: *πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἡμέραν ἴδῃς*, et *πρὶν ἂν ἴδῃς, ὅπως θανὼν τὴν τελευταίαν ἡμέραν περάσας ἥξει κάτω.* PFLUGK.

V. 97 sq. *πόλιν πατρῴαν τὸν θανόντα θ' Ἕκτορα στεῤῥόν τε τὸν ἐμὸν δαίμον'*] Animum advertant tirones, quod Andromacha silvam quasi miseriarum effundere vult, quas simul lamentari ei conveniat — dixerat enim *πάρεστι δ' οὐχ ἓν ἀλλὰ πολλά μοι στένειν* —, propterea eam repetita particula *τέ* uti in enumeratione malorum, qua particula, sicut a Latinis que particula, ita a Graecis cumulantur res, non disponuntur. Vide quae nuper de Aeschyli loco de Agamemnone v. 847 sqq. ed. Herm. significavi in Comment. de emendationibus quae per coniecturam fiunt. I. (Lips. 1857.) p. 19. Conf. infra v. 165 sqq. et 174 sq. R. K.

V. 98. *συνεζύγην*] Hipp. 1389: *ὦ τλῆμον, οἵαις συμφοραῖς συνεζύγης.* Vide ibi Valcken. et Passov. ad Musaeum p. 172. PFLUGK.

V. 100. Celeberrima sententia et cui non dicta post Solonem? Vide Herod. I. 32. Io. Meursii Solon. c. 26. interpp. ad h. l. et ad Oed. T. 1515. Ipse ne prorsus *ἀσύμβολος* discedam, Euripidis locum memorabo, quo eadem sententia novo quodam modo et exquisito genere dicendi laudatur, El. 954: *Μή μοι τὸ πρῶτον βῆμ' ἐὰν δράμῃ καλῶς, Νικᾶν δοκείτω τὴν δίκην, πρὶν ἂν πέλας Γραμμῆς ἵκηται καὶ τέλος κάμψῃ βίου.* PFLUGK.

V. 103 sqq. Novum hoc, neque, ut videtur, aut praeeunte alio poeta aut imitante, temptatum ab Euripide, ut elegiacum carmen tragicae fabulae insereret. Rettulit hunc locum inter elegiacae Graecorum poeseos reliquias et eleganti interpretatione vernacula ornavit Weberus in libro, cui titulus: Die elegischen Dichter der Hellenen, 1. Th. p. 257. — *οὐ γάμον*, non tanquam uxorem faustis ominibus. *Γάμος*, ut *λέχος*, de nupta. Inonis fr. XIII. 1. [p. 385. ed. Nauck.] *ἄμορφος γάμος*, deformis mulier. — *ἠγάγετο*, duxit. Sic Hipp. 625. Iph. A. 434. Christodorus Ecphr. 207. *τάχα κεν ξυνήονα λέκτρων ἤγετο.* V. Valck. ad Herod. IV. 78. PFLUGK.

ἠγάγετ' εὐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλέναν.
ἇς ἕνεκ', ὦ Τροία, δορὶ καὶ πυρὶ δηϊάλωτον
εἷλέ σ' ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης,
καὶ τὸν ἐμὸν μελέας πόλιν Ἕκτορα, τὸν περὶ τείχη
εἵλκυσε διφρεύων παῖς ἁλίας Θέτιδος·

V. 104. *ἑλένην* B.

V. 105. *ἃς ἕνεκ' ὦ τροίαν* (sed *ν.* eraso) A. *ἃς ἕνεκα τροίαν* (*ἃς ἕνεκ' ὦ τροία* a sec. m.) B. *δὴ ἁλωτόν* AB (sed in B *δηιάλωτον* a sec. manu scriptum est). *δὴ ἁλωτόν* CE ab *δηιάλωτον* [BC].

V. 106. *ὠκὺς Ἄρης*] Sic libri. *ὠμὸς Ἄρης* coniectura A. Nauckii. Vide adn. exeget.

V. 104. *Ἀλλά τιν' ἄταν ἠγάγετ' εὐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλέναν*] Eundem orationis colorem habes apud Aeschylum in Agamemnone v. 388. ed. Herm., ubi de Helena dicitur: *ἄγουσά τ' ἀντίφερνον Ἰλίῳ φθοράν*. In sequentibus dixit Euripides leni verborum adliteratione: *ἃς (ἑλένας) ἕνεκ' — εἷλέ σ' ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης.*, quod apertius Aeschylus fecit in Agamemnone v. 664 sq. ed. Herm. *τὰν δορίγαμβρον ἀμφινεικῆ θ' Ἑλέναν, ἐπεὶ πρεπόντως ἑλέναυς, ἕλανδρος, ἑλέπτολις.* Quod autem in his verbis suspicatus est A. Nauckius potius *ὠμὸς Ἄρης* scribendum videri, quam *ὠκὺς Ἄρης*, a vero eius coniectura aberravit. Exspectaveris potius usitatissimum Martis apud Homerum epitheton *ὀξὺς Ἄρης*. Sed recte se habet *ὠκύς*, quod posuit propter eam actionem, quae declaratur verbo *εἷλε*, quem ad modum in contrarium modum, sed ita tamen ut *ὠκὺς Ἄρης* esse significaretur, dixit Homerus in Odyssea VIII, 330 sq. *ὡς καὶ νῦν Ἥφαιστος ἐὼν βραδὺς εἷλεν Ἄρηα, Ὠκύτατόν περ ἐόντα θεῶν κτέ.* Minime enim Andromacha lamentans fortunam patriae suae de serie annorum meminisse debebat, qua duravit bellum Troianum. Nimium enim celeriter semper res adversae accidunt. R. K.

V. 106. *χιλιόναυς*] Sollemnis hic numerus poetis; vid. Barnes. ad h. l. Mille et ducentas naves computavit Thucyd. I. 10. PFLUGK.

V. 107. *τὸν ἐμὸν μελέας πόσιν*] El. 366. *πόσιν ἐμὸν τῆς ἀθλίας.* cf. Matth. Gr. §. 466. 1. [Rost. §. 101 3 a. p. 483. ed. sept.] PFLUGK.

Ibid. *τὸν περὶ τείχη — Θέτιδος*] Nihil eiusmodi de muro apud Homerum Il. XXII, 395 sqq. Euripidem aut eosdem cum illo auctores sequutus est Vergilius Aen. I. 478: Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros. PFLUGK. Originem fabulae indagavit iam Scholiasta, qui haec ascripsit: *εἵλκυσε διφρεύων· πρὸς τῷ δίφρῳ δεσμήσας καὶ ἄλλως παρ' ἱστορίαν· τρίτον γὰρ περὶ τὸ τεῖχος ἐδιώχθη ὑπὸ Ἀχιλλέως ὁ Ἕκτωρ, νεκρὸς δὲ περὶ τὸ Πατρόκλου σῶμα τρίτον ἐσύρη.* Quod apud Homerum l. c. parentes et propinqui Hectorem mortuum raptari curru quadriiugo ab Achille spectabant lacrimantes ac miserantes, ob eam rem a posterioribus scri-

ύτὰ δ' ἐκ θαλάμων ἀγόμαν ἐπὶ θῖνα θαλάσσας
δουλοσύναν στυγερὰν ἀμφιβαλοῦσα κάρᾳ.
ολλὰ δὲ δάκρυά μοι κατέβα χροός, ἀνίκ' ἔλειπον
ἄστυ τε καὶ θαλάμους καὶ πόσιν ἐν κονίαις.
μοι ἐγὼ μελέα, τί μ' ἐχρῆν ἔτι φέγγος ὁρᾶσθαι
Ἑρμιόνας δούλαν; ἇς ὕπο τειρομένα

η
. 107. τείχει C. τείχει E.

. 109 αὐτὴ B ἀγόμαν C. [ΛEBC], ἄγομαι BCacd, facili er- θαλάσσας [B]Ca et fortasse B θαλάσσης ceteri.

V. 110. κάρᾳ edidit primus L. Dindorfius. De libris tacet hoffius.

. 111. ἔλιπον ABCcd.

V. 114. Ἑρμιόνης B. ἧς B.

us circa moenia Hector us esse fingebatur; quod ter id factum esse di- hoc usitato more loquendi est ab iis, qui rem etiam itam esse ignominiae causa icare voluerunt. R. K.

110. ἀμφιβαλοῦσα κά- Facile suspiceris κάρᾳ, ut F. 465. στολήν τε θηρὸς βαλλε σῷ κάρᾳ. conf. Aesch. 50. 72. Et sic edidit orfius. Sed utramque uram aeque bonam esse t collati loci Pindari, II. 24. ἀμφὶ δ' ἀνθρώπων ἀμπλακίαι ἀναρίθμητοι νται. Isthm. II. 43. φθο- θνατῶν φρένας ἀμφικρέ- ἐλπίδες. Vid. Matth. Gr. PFLUGK. Equidem, quum brorum scriptura κάρα an incerta omnia essent, eam uctionem hic anteponen- putavi, quae tragicorum ia est, id est per dativum ae aut rei, cui aliquid cir- citur, et scripsi κάρᾳ. Ce- recte Scholiasta: ἀμφι- ῦσα. περιβαλοῦσα, ἑαυτῇ ουλείαν στολισαμένη. Nam G. Hermannus de iugo co- t, falsum est propterea, Andromacha ipsa hoc sibi npsisse dicitur vestimentum e, id *quod de iugo minus* recte sic diceretur. Hoc enim ab aliis potius imponebatur, vestem autem servilem mulier generosa ipsa sumpsit, ne derisui esset, si regali uteretur in servitutem abducta. R. K.

V. 995. μηθὲν A. φοβηθεὶς A a pr. m. B c. ὅς libri. ὅδ' Lobeckius ad Soph. Ai. p. 312. ed. prim.
V. 998. τῇδε a pr. m. B.
V. 1000. δ' om. b c d. δοριξένων B.
V. 1002. μήδ' ἕν' A. μηδέν' a pr. m. B C. μηδὲν ceteri. ἐχρήν A a pr. m. B.
V. 1003. πικρός A. Mox ᾔτησεν pro αἰτήσει scribi voluit A. Kirchhoffius.
V. 1004. οὐδ' ἔνι b c.
V. 1005. θεῶν νῦν διδόντα δίκας B.
V. 1007. ἐμοί E C. θεοῦ scribendum videtur Kirchhoffio.

dorf. ad Plat. Phaedr. §. 35. PFLUGK.

V. 999. τελουμένων] V. Matth. Gr. §. 563. [adn. ad Alcest. 88.] Δελφὶς πέτρα, propter situm urbis in arduo editoque loco. Soph. Oed. T. 463: Τίς, ὅντιν' ἁ θεσπιέπεια Δελφὶς εἶπε πέτρα; Nonn. Dionys. XIII. 122: σοφῇ παρὰ Δελφίδι πέτρῃ ἀγχίποροι Φωκῆες. Πυθίαν πέτραν dixit Euripides Ion. 550. PFLUGK.

V. 1000. δορυξένων] Veterum testimonia de hac voce exposui ad Med. 687. Conf. Valcken. animadv. ad Ammon. III. 10. Bachmanni Anecd. Gr. Vol. II. p. 320. 379. PFLUGK.

V. 1008. ἐχθρῶν γὰρ ἀνδρῶν] Refer ad illa, ἔκ τ' ἐκείνου. Invisorum enim sibi hominum sortem deus convertit mutatque in deterius, neque eos superbire patitur. εἰς ἀναστροφὴν διδόναι i. q. ἀναστρέφειν. Suppl. 331. ὁ γὰρ θεὸς πάντ' ἀναστρέφει πάλιν. Rhes. 332: ὅρα τὸ μέλλον· πόλλ' ἀναστρέφει θεός. PFLUGK.

V. 1009. ταῦτα εἰπὼν ἔρχεται (ὁ Ὀρέστης) ἔχων τὴν Ἑρμιόνην. SCHOLIASTA.


ΧΟΡΟΣ.

στρ. α'.


ω Φοῖβ' ὁ πυργώσας τὸν ἐν Ἰλίῳ εὐτειχῆ πάγον
καὶ Πόντιε, κυανέαις ἵπποις διφρεύων
ἅλιον πέλαγος,
τίνος οὕνεκ' ἄτιμον ὀργάναν χέρα τεκτοσύνας
Ἐνυαλίῳ δοριμήστορι προςθέντες τάλαιναν
τάλαιναν μεθεῖτε Τροίαν;

V. 1010.

στρ. α'.



στρ. β'.



V. 1010. Solacium chorus Hermionae, cuius matrimonium Troiana mulier turbaverat, ex varietate ac multitudine petit malorum, victis pariter ac victoribus incumbentium, quae Troiae excidium consequuta sunt. Scite autem orditur carmen ab Apollinis invocatione, qui et Troiam a se et Neptuno conditam (vid. Apollod. II. 5, 9. Tafel. Dilucidd. Pind. I. 1. p. 300.) pessumdederat, et Oresti necandae matris auctor fuerat, idemque ultionis a Neoptolemo sumendae adiutor futurus est. PFLUGK.

V. 1010. πάγον εὐτειχῆ] τετειχισμένον ἐν ὄρει Hesychius t. II. p. 886. Sic enim eius verba restituenda esse demonstrant Suidas et Zonarus p. 903: εὐτειχεῖ πάγῳ· καλῶς τετειχισμένῳ. R. K.

ἀντ. α΄.

πλείστους δ' ἐπ' ἀκταῖσιν Σιμοεντίσιν εὐΐππους ὄχους
ἐζεύξατε καὶ φονίους ἀνδρῶν ἁμίλλας
ἔθετ' ἀστεφάνους·
ἀπὸ δὲ φθίμενοι βεβᾶσιν Ἰλιάδαι βασιλῆς,
οὐδ' ἔτι πῦρ ἐπιβώμιον ἐν Τροίᾳ θεοῖσιν
λέλαμπεν καπνῷ θυώδει.

στρ. β΄.

βέβακε δ' Ἀτρείδας ἀλόχου παλάμαις·

V. 1010. ἰὼ libri. ὦ Musurus. Φοῖβ' ὁ πυργώσας Aldus. φοῖβε πυργώσας libri. εὐτυχῆ Eb.

V. 1011. κυανέοις a sec. m. BC. ἵπποισι libri. ἵπποις Musurus.

V. 1015. ὀργάνων bcd.

V. 1016. δορὶ μήστορι A. δορὶ μήστωρα C. προθέντες ACE bdC. προςθέντες [BB].

V. 1018. ἀκταῖσησι b. ἀκταῖς B.

V. 1019. ἐζεύξατε om. E.

V. 1020. ἔνθετ' A.

V. 1023. οὐδέ τι CE.

V. 1025. λέλαμπται C. λάμπει E.

V. 1026. ἀτρείδας (supra scripto δα a m. pr. et corr. in ἀτρείδαις a m. sec.) B. ἀτρείδαις B.

V. 1014. Iunge ὀργάναν χέρα τεκτοσύνας. Dixit, ut poeta, quod in soluta oratione est τεκτοσύναν ὀργάνας χερός. Sic in Med. 647: τὸν ἀμηχανίας αἰῶνα. Aristoph. Eccl. 1009. ed. Dind. τρυφῆς πρόςωπον. Vid. G. Herm. ad Vig. p. 890. A. Seidler. ad Eurip. El. 651. ad Iph. T. 132. Matthiae ad Phoen. 660. Gramm. §. 316. f. PFLUGK. Vere de hoc loco Scholiasta: Τίνος ἕνεκα τὸ τῆς χειρὸς τῆς ὑμετέρας ἔργον ἀτίμως παραδεδώκατε τῷ Ἄρει; R. K.

V. 1016. προςθέντες] Hecub. 368: Ἅιδῃ προςτιθεῖσ' ἐμὸν δέμας. Suppl. 948: ὅταν δὲ τούςδε προςθῶμεν πυρί. PFLUGK.

V. 1021. ἀστεφάνους] tristes, infaustos, qui, ut Tragicorum more loquar, στέφανον ἀστέφανον pariunt. PFL.

V. 1026. Ad versum 1036: ὦ δαῖμον, ὦ Φοῖβε, πῶς πείθομαι; haec adnotavit Musgrav.: «Elegantissimus hic versus optime totam oden clauderet; ut paene suspicer strophen esse, quam nunc antistrophen dicimus.» Sic ille, ἐμβαλὼν σπινθῆρα μικρόν, quantum excitavit incendium! Nam transposuit Brunckius: quid? quod ne dubitare quidem nos patitur ex sensu totius carminis manifestam rem esse attente legenti dicens. Tu vero, quicunque haec tiro legis (nihil enim dicam de sensu carminis) disce, quanti sit grammaticae disciplinae diligentia, qua illam egregie refutavit temeritatem G. Hermann. in notis MSS. «Initium, inquit, strophae βέβακε δέ tam aperte ad praegressum βεβᾶσι spectat, ut nihil certius sit quam omnia suo loco posita esse.» PFLUGK.

αὐτά τ' ἐναλλάξασα φόνον θανάτῳ
πρὸς τέκνων ἀπηύρα·
θεοῦ, θεοῦ νιν κέλευσμ' ἐπεστράφη
μαντόσυνον, ὅτε νιν
Ἀργόθεν πορευθεὶς
Ἀγαμεμνόνιος κέλωρ
ἀδύτων ἐπιβὰς ἔκτανεν ματρὸς φονεύς,
ὦ δαῖμον, ὦ Φοῖβε, πῶς πείθομαι;

V. 1030. νιν om. *B*. κέλευμ' AB.

V. 1032. ἄργος BC, ἀργόθεν ceteri. Illud ἄργος e compendio vocis ἀργόθεν, quod erat ἀργό$^{\vartheta}$, natum videtur. Vide Fr. Iac. Bastii comment. palaeogr. post G. H. Schaeferi Gregor. Corinth. p. 820., ut frustra esse videatur quod Lentingius coniecit scribendum: Ἄργος ἐμπορευθείς.

V. 1033. ἀγαμεμνόνιος [A] a d [*B*] ἀγαμέμνονος b. ἀγαμεμνόνειος ceteri.

V. 1035. ἔκτανεν Heathius κτεάνων libri.

V. 1036. δαίμων *B*.

V. 1038. ἀν [AB*B*] ἂν ceteri, ut videtur. Deinde ἀγορὰσ ἀχόρουσ A. ἀχόρους (ante quod add. ἀγορὰς a sec. m.) B. ἀγοραὶ ἀχόρους Cb. ἀγορὰς E. ἀγοραὶ ἀγόρους cd*BC*. Facile intelligitur scripturae diversitatem ortam esse e διττογραφίᾳ.

In editione sua G. Hermannus rectissime argumentum carminis chori sic exposuit: Cur conditam a vobis Troiam delevistis? cur frustra sivistis pugnare Troianos? unde occiderunt ab Ilo oriundi [orti?] reges; occidit etiam Atrides, cuius caedem ultus est filius; multaeque in Graecia uxores aut filios luxerunt, aut ad alios concesserunt maritos: non tibi soli, Hermiona, haec sors contigit, sed tota Graecia laborat, Phrygumque clades in eius agris effudit caedem. R. K.

V. 1028. ἐναλλάξασα φόνον θανάτῳ] caedem morte luens et tanquam commutans. De dativi structura vid. Matth. Gr. §. 365. 2. — ἀπηύρα, i. q. ἀπέλαυσε. cf. supra v. 544. et Buttm. Lexil. I. p. 83. PFLUGK.

V. 1031. ἐπεστράφη] adiit, petiit, in illam animadvertit. Compares vernaculum heimsuchen. Abest infesti consilii significatio ab his eiusdem poetae, Hel. 82: πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπεστράφης πέδον; quod similiter dixit in Med. v. 666: πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπιστρωφᾷ πέδον; PFLUGK.

V. 1035. Mihi reponendum videtur ἀδύτων ἐπιβὰς στεμμάτων, quod vide an confirmare possit locus Ionis v. 1309 sq. Κρ. Ἦν γ' ἐντὸς ἀδύτων τῶνδέ με σφάξαι θέλῃς. I. Τίς ἡδονή σοι θεοῦ θανεῖν ἐν στέμμασιν; PFLUGK. Ego Heathii coniecturae obsequutus sum. R. K.

V. 1036. Schol. θαυμάζει, εἰ ὁ Ἀπόλλων τοῦτο προςέταξεν·

ἀντ. β΄.

πολλαὶ δ' ἀν' Ἑλλάνων ἀγόρους στοναχὰς
μέλποντο δυστάνων τεκέων ἄλοχοι·
ἐκ δ' ἔλειπον οἴκους
πρὸς ἄλλον εὐνάτορ'· οὐχὶ σοὶ μόνᾳ
δύςφρονες ἐπέπεσον,
οὐ φίλοισι, λῦπαι·
νόσον Ἑλλὰς ἔτλα, νόσον·
διέβα δὲ Φρυγῶν [καὶ] πρὸς εὐκάρπους γύας
σκηπτὸς σταλάσσων τὸν Ἅιδα φόνον.

V. 1039. τοκέων BCE. τεκέων ceteri. Scholiasta, qui τοκέων in contextu legit: ἐὰν δὲ ᾖ, inquit, ἡ γραφὴ τευχέων (τεκέων Cobetus), λύεται (λείπει Cobetus) τὸ ἕνεκα. Deinde ἄλοχον C.

V. 1040. ἔλιπον BCEbB[C].

V. 1041. ἄλλων A. εὐνάτορας a m. sec. B. σοὶ ὦ Ἑρμιόνη E, recepto glossemate.

V. 1043. δύσφρονες ἔπεσον (— αν m. sec.) AB. δύςφρονες ἔπεσον CEbcd. δύςφρον' ἐπέπεσον B. δύςφρονες ἔννεπον C. ἐπέλασαν scribendum coniecit Kirchhoffius.

V. 1044. καὶ φίλοισι b.

V. 1046. διέβαλεν b. δὲ καὶ φρυγῶν πρὸς bcd γύας [B]C. γυίας ceteri.

V. 1047. ἀΐδα AE. ᾅδα [B]C[B] ἀΐδαι b. ᾅδα C. Kirchhoffius fortasse ἀεικῆ φόνον scriptum fuisse suspicatur.

πῶς πείθομαι τοῦτο εἰρῆσθαι παρὰ σοῦ; PFLUGK.

V. 1037. ἀν' Ἑ. ἀγόρους] In publico lugebant iisque in locis, qui totius populi conventibus frequentes erant, quod ibi et cognoscere iacturam facillime poterant, si quae de suis aliquem amisissent, et commune gaudium non potuit non proprii doloris incitamentum esse. — στοναχὰς τεκέων, luctum ob filios morte ereptos. Iph. T. 1268. φθόνῳ θυγατρός. PFLUGK.

V. 1040. ἐκ δ' ἔλειπον — πρὸς ἄ. εὐν.] i. e. ἐκλιποῦσαι ἦλθον. cf. Rost. Gr. §. 139. 9. c. [p. 772 sq. ed. sept.] Herodot. VI. 100: οἱ μὲν γὰρ αὐτέων ἐβούλοντο ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν ἐς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίης, ubi vid. Valcken. Herodoti locum imitatur Pausanias, ita tamen, ut loquendi formulam suppleverit, Lib. IV. 34, 6: ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν καὶ ἀναφυγεῖν ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνασσοῦ. PFLUGK.

V. 1042. σοί] Hermionam adloquitur. Mox φίλοισι ad Atridas referendum. PFLUGK. Ceterum de hoc consolationis genere, non firmissimo, sed tamen saepe utili, vide quae dixi ad Med. 1017. p. 105. ed. Goth. alt. R. K.

V. 1046. καί traiectum est in codd. nonnullis ante Φρυγῶν, ad sensum bene, non item ad versus modulum. Sed fit hoc nonnunquam, ut particulae sedem teneant non suam: cuiusmodi loci recitatione iuvandi sunt. Hoc quidem loco ipsa flagitat sententia et oppositionis ratio, ut ordinem verborum hunc

ΠΗΛΕΥΣ.

Φθιώτιδες γυναῖκες, ἱστοροῦντί μοι
σημήνατ'· ᾐσθόμην γὰρ οὐ σαφῆ λόγον,
ὡς δώματ' ἐκλιποῦσα Μενέλεω κόρη
φρούδη τάδ'· ἥκω δ' ἐκμαθεῖν σπουδὴν ἔχων,
εἰ ταῦτ' ἀληθῆ· τῶν γὰρ ἐκδήμων φίλων
δεῖ τοὺς κατ' οἶκον ὄντας ἐκπονεῖν τύχας.

ΧΟΡΟΣ.

Πηλεῦ, σαφῶς ἤκουσας· οὐδ' ἐμοὶ καλὸν
κρύπτειν ἐν οἷςπερ οὖσα τυγχάνω κακοῖς·
βασίλεια γὰρ τῶνδ' οἴχεται φυγὰς δόμων.

ΠΗΛΕΥΣ.

τίνος φόβου τυχοῦσα; διαπέραινέ μοι.

ΧΟΡΟΣ.

πόσιν τρέμουσα, μὴ δόμων νιν ἐκβάλῃ.

ΠΗΛΕΥΣ.

μῶν ἀντὶ παιδὸς θανασίμων βουλευμάτων;

ΧΟΡΟΣ.

ναί, καὶ γυναικὸς αἰχμαλωτίδος φόβῳ.

ΠΗΛΕΥΣ.

σὺν πατρὶ δ' οἴκους, ἢ τίνος λείπει μέτα;

V. 1054. *σαφῶς πηλεὺς ἤκουσας* b. *σαφῶς πηλεῦ ἤκουσας* cd *οὐδ' ἐμοὶ* fere libri. *οὐδέ μοι* Kirchhoffius.
V. 1056. *φυγὰς τῶνδ' οἴχεται* BC.
V. 1059. *μῶν ἀντίποινα* Nauckius.
V. 1063. *ἢ* fere in libris legi ait Kirchhoffius. Ipse scripsit *ἦ*.

esse putes: *διέβα δὲ σκηπτὸς σταλάσσων τὸν Ἅιδα φόνον καὶ πρὸς εὐκάρπους γύας Φρυγῶν.* PFLUGK.

V. 1055 Melius intelligerem, si scriptum esset *ἐν οἷςπερ οὖσα τυγχάνει κακοῖς.* PFLUGK. Sied multo tamen melius dicitur *τυγχάνω* quam *τυγχάνει*. Aperit enim quae chorum ducit, eo, quod se ipsam in illis malis versari ait, suam propensam voluntatem in dominos, qua quae illorum sunt incommoda, etiam sua esse existimat. R. K.

V. 1059. *παιδὸς θανασ. βουλ.*] i. e. *διὰ τὴν κατὰ τοῦ παιδὸς ἐπιβουλήν.* PFLUGK. Ut *μῶν ἀντὶ παιδὸς θανασ. βουλ.* retineamus, non auctore Nauckio recipiamus *μῶν ἀντίποινα*, et res ipsa et qui sequitur ver-

ΧΟΡΟΣ.

Ἀγαμέμνονός νιν παῖς βέβηκ' ἄγων χθονός.

ΠΗΛΕΥΣ.

ποίαν περαίνων ἐλπίδ'; ἢ γῆμαι θέλων;

ΧΟΡΟΣ.

καὶ σοῦ γε παιδὸς παιδὶ πορσύνων μόρον.

ΠΗΛΕΥΣ.

κρυπτὸς καταστάς, ἢ κατ' ὄμμ' ἐλθὼν μάχῃ;

ΧΟΡΟΣ.

ἁγνοῖς ἐν ἱεροῖς Λοξίου Δελφῶν μέτα.

ΠΗΛΕΥΣ.

οἴμοι· τόδ' ἤδη δεινόν. οὐχ ὅσον τάχος
χωρήσεταί τις Πυθικὴν πρὸς ἑστίαν,
καὶ τἀνθάδ' ὄντα τοῖς ἐκεῖ λέξει φίλοις,
πρὶν παῖδ' Ἀχιλλέως κατθανεῖν ἐχθρῶν ὕπο;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὤμοι μοι.
οἵας ὁ τλήμων ἀγγελῶν ἥκω τύχας
σοί τ', ὦ γεραιέ, καὶ φίλοισι δεσπότου.

ΠΗΛΕΥΣ.

αἰαῖ· πρόμαντις θυμός, ὥς τι προσδοκῶν.

V. 1068. *Πυθικὴν ἀνὰ χθόνα* (cum v. lect. *πρὸς ἑστίαν* a manu sec.) B. *πυθικὴν ἀνὰ χθόνα* CE., quod Kirchhoffius e v. 1001. petitum esse dicit.

V. 1071. *ὤμοι μοι* [AB] *ὤμοι μοι* B. *ὤ μοι μοι* Ccd. *ἰώ μοί μοι* ceteri, ut videtur.

V. 1072. *ἀγγέλων* A. *ἀγγέλων* (— *ῶν* a sec. m.) B. *ἀγγέλλων* cd C.

sus suadent. Nam id ipsum debebat perniciei esse Hermionae, quod non solum Andromacham, sed etiam eius puerum ex Neoptolemo natum pessumdare voluit, atque id ipsum etiam eo, qui sequitur, versu indicatur. Nam *καὶ* particula adseveratur de puero et etiam captivae mulieris metus indicatur. Recte enim haec verba: *γυναικὸς αἰχμαλωτίδος φόβῳ*, Scholiasta interpretatur: *τῷ φόβῳ τῷ ὑπὲρ τῆς αἰχμαλωτίδος*. R. K.

V. 1067. Noster Chrysippi fr. II. *Αἰαῖ, τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακόν, Ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθόν, χρῆται δὲ μή*. PFLUGK.

V. 1069. *τἀνθάδ' ὄντα*] quae hic acta sunt, interpretatur G. Hermann. ad Soph. Oed. Col. 42. p. 18. PFLUGK

ΑΓΓΕΛΟΣ.

οὐκ ἔστι σοι παῖς παιδός, ὡς μάθῃς, γέρον
Πηλεῦ· τοιάςδε φασγάνων πληγὰς ἔχει
Δελφῶν ὑπ' ἀνδρῶν καὶ Μυκηναίου ξένου.

ΧΟΡΟΣ.

ἆ ἆ τί δράσεις, ὦ γεραιέ; μὴ πέσῃς·
ἔπαιρε σαυτόν.

ΠΗΛΕΥΣ.

οὐδέν εἰμ'· ἀπωλόμην.
φρούδη μὲν αὐδή, φροῦδα δ' ἄρθρα μου κάτω.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἄκουσον, εἰ καὶ σοῖς φίλοις ἀμυναθεῖν
χρῄζεις, τὸ πραχθέν, σὸν κατορθώσας δέμας.

ΠΗΛΕΥΣ.

ὦ μοῖρα, γήρως ἐσχάτοις πρὸς τέρμασιν
οἵα με τὸν δύστηνον ἀμφιβᾶσ' ἔχεις.
πῶς δ' οἴχεταί μοι παῖς μόνου παιδὸς μόνος,
σήμαιν'· ἀκοῦσαι δ' οὐκ ἀκούσθ' ὅμως θέλω.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἐπεὶ τὸ κλεινὸν ἤλθομεν Φοίβου πέδον,

V. 1074—77. om. b. errore orto, ut recte dixit G. Hermannus, ex αἶ αἶ et ἆ ἆ.

V. 1074. προςδοκᾷ CEcdC. προσδοκᾶ A. προσδοκῶ B. προςδοκῶν [B] et vulgo. Id ego retinui, quia id ipsum προσδοκῶ scriptum ansam ad mutationem προσδοκᾶ dedisse videtur.

V. 1075. ἔχων BCE.

V. 1076. om. Acd.

V. 1077. αἶ αἶ Ab.

V. 1080. εἰ δὲ καὶ b. εἴπερ G. Hermannus. Kirchhoffius proponit εἰ καὶ μὴ φίλοις. Deinde ἀμυνάθειν libri. ἀμυνάθην A.

V. 1077. μὴ πέσῃς· ἔπαιρε σαυτόν] Similiter dicitur in Alcest. 250. ἔπαιρε σαυτήν, ὦ τάλαινα, μὴ προδῷς. R. K.

V. 1080. εἰ καί] si non inerti tantum dolori indulgere, sed opem *etiam* cupis ferre amicis tuis. PFLUGK.

V. 1089. καὶ τοῦθ' ὕποπτον ἦν ἄρ'] et hoc suspectum *scilicet* erat. Iph. T. 1310: σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα. Sic in formula τὸ δ' ἦν ἄρα, quam illustravit Wyttenbach. ad Iulian. p. 172 sq. Lips. PFLUGK.

V. 1098 sq. Ordo est: ἀρχαί τε (i. e. καὶ ἀρχαὶ) εἴς τε βουλευτήρια ἐπληροῦντο, ἰδίᾳ θ' ὅσοι — ἐφέστασαν φρουρὰν ἐπά-

τρεῖς μὲν φαεννὰς ἡλίου διεξόδους
θέᾳ διδόντες ὄμματ᾽ ἐξεπίμπλαμεν.
καὶ τοῦθ᾽ ὕποπτον ἦν ἄρ᾽· εἰς δὲ συστάσεις
κύκλους τ᾽ ἐχώρει λαὸς οἰκήτωρ θεοῦ.
Ἀγαμέμνονος δὲ παῖς διαστείχων πόλιν
εἰς οὖς ἑκάστῳ δυςμενεῖς ηὔδα λόγους·
ὁρᾶτε τοῦτον, ὃς διαστείχει θεοῦ
χρυσοῦ γέμοντα γύαλα, θησαυροὺς βροτῶν,
τὸ δεύτερον παρόντ᾽ ἐφ᾽ οἷσι καὶ πάρος
δεῦρ᾽ ἦλθε, Φοίβου ναὸν ἐκπέρσαι θέλων;
κἀκ τοῦδ᾽ ἐχώρει ῥόθιον ἐν πόλει κακόν,
ἀρχαί τ᾽ ἐπληροῦντ᾽ εἴς τε βουλευτήρια,
ἰδίᾳ θ᾽ ὅσοι θεοῦ χρημάτων ἐφέστασαν
φρουρὰν ἐτάξαντ᾽ ἐν περιστύλοις δρόμοις.
ἡμεῖς δὲ μῆλα, φυλλάδος Παρνησίας
παιδεύματ᾽, οὐδὲν τῶνδέ πω πεπυσμένοι,
λαβόντες ἦμεν, ἐσχάραις τ᾽ ἐφέσταμεν,
σὺν προξένοισι μάντεσίν τε Πυθικοῖς.
καί τις τόδ᾽ εἶπεν· ὦ νεανία, τί σοι
θεῷ κατευξώμεσθα; τίνος ἥκεις χάριν;

V. 1081. χρῄζει a pr. m. B.
V. 1084. πῶς δ᾽ [AB] CEb. πῶς B[C]. μου a pr. m. BCE.
V. 1085. ἀκοῦσαι κοὐκ C. ἀκοῦσαι οὐκ C. οὐκ ἀκοῦσ᾽ A[b] cBC. οὐκ ἀκοῦσθ᾽ [B]E.
V. 1087. φαεινάς c.
V. 1095. καὶ τὸ δεύτερον C.
V. 1097. κἂν a pr. m. B.
V. 1100. ἔταξάν τ᾽ E. δρόμοις Abc. δόμοις ceteri.
V. 1103. ἦμεν Brunckius. ἤμεν libri.
V. 1104. πυθικῆς B.
V. 1106. κατευξώμεσθα A. κατευξώμεθα B. κατευξόμεσθα ceteri.

ξαντο, iamque et in curias conveniebant magistratus, et seorsim qui dei thesauris praeerant praesidia disposuerunt. PFLUGK.

V. 1100. φρουρὰν ἐτάξαντ᾽ ἐν περιστύλοις δρόμοις] Iure G. Hermannus dixit φρουρὰν ἐτάξαντο esse sibi custodias disponebant, ut in Heraclidis v. 664: στρατὸν καθίζει τάσσεταί θ᾽ ὃν ἦλθ᾽ ἔχων. Quod deinceps δρόμοις auctore A. Kirchhoffio recepi, nemo reprehendet, qui consideraverit quam facile δρόμοις, quod minus saepe legitur in his fabulis, in usitatissimum δόμοις commutari potuerit. Quemadmodum ab Euripide δρόμοι περίστυλοι commemorantur, sic apud Pla-

ὁ δ' εἶπε· Φοίβῳ τῆς πάροιθ' ἁμαρτίας
δίκας παρασχεῖν βουλόμεσθ'· ᾔτησα γὰρ
πατρός ποτ' αὐτὸν αἵματος δοῦναι δίκην.
κἀνταῦθ' Ὀρέστου μῦθος ἰσχύων μέγα
ἐφαίνεθ', ὡς ψεύδοιτο δεσπότης ἐμὸς
ἥκων ἐπ' αἰσχροῖς. ἔρχεται δ' ἀνακτόρων
κρηπῖδος ἐντός, ὡς πάρος χρηστηρίων
εὔξαιτο Φοίβῳ, τυγχάνει δ' ἐν ἐμπύροις·
τῷ δὲ ξιφήρης ἆρ' ὑφειστήκει λόχος
δάφνῃ σκιασθείς· ὧν Κλυταιμνήστρας τόκος
εἷς ἦν ἁπάντων τῶνδε μηχανοῤῥάφος.
χὠ μὲν κατ' ὄμμα στὰς προσεύχεται θεῷ·
οἱ δ' ὀξυθήκτοις φασγάνοις ὡπλισμένοι
κεντοῦσ' ἀτευχῆ παῖδ' Ἀχιλλέως λάθρᾳ.

V. 1108. γὰρ om. C.
V. 1110. καὶ ταῦτ' C.
V. 1111. ἔφερετ' (l. v. ἐφαίνετ') B.
V. 1115. ἄρ' (v. l. ἀεὶ a sec. m.) B.
V. 1116. πυκασθεὶς b c d.
V. 1120. ἀτευχῆ ἄνοπλον Hesychius t. I. p. 600.
V. 1121. χωρεῖ δὴ B.
V. 1122. legendum ἐξήρκει esse ait Kirchhoffius.

tonem est δρόμος κατάστεγος in Euthyd. p. 273 A. R. K.

V. 1107. «Aliter Pindarus Nem. VII. 61. κρεῶν ὑπὲρ μάχας, ubi vide Schol. et Heyn. in excursu XII. ad Vers. Aen. III. Matthiae ad schol. Orest. 1649. Item μοιριᾶν περὶ τιμᾶν Pindarus fragm. 24.» G. HERMANNUS.

V. 1114. τυγχάνει δ' ἐν ἐμπύροις] Vide, ne dictum sit pro ἐντυγχάνει ἐμπύροις, exta consulit, ut ne licuerit quidem adiicere participium ὤν, quod ut recte omitti posse doceret, hunc attulit locum Locella ad Xenoph. Eph. p 266., quod contra dixit Porsonus ad Hecub. 782., qui quidem dubitat, an legendum sit ἔτυχε δ' ὢν ἐν ἐμπύροις. Vulgatam lectionem iure tuetur Schaefer. comparans Hecub. 971. ἐν τῷδε πότμῳ τυγχάνουσ'. Vide Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 190 sq. Lobeck. ad Phryn. p. 277. PFLUGK.

V. 1116. δάφνῃ σκιασθείς] Etsi iure commemoravit A. Matthiae saepius a grammaticis verbum πυκάζειν per σκιάζειν esse explicatum, cl. Hesych. v. v. πυκάζουσι et Zonara p. 1599. et Photio s. v. πυκάζουσι. tamen auctore etiam Kirchhoffio ac Nauckio optimorum librorum auctoritate σκιασθεὶς retinendum putavi. Saepe enim factum est, ut usitatius verbum alio minus usitato a glossatoribus explicaretur. Qua de re iam superiore

χωρεῖ δὲ πρύμναν· οὐ γὰρ εἰς καιρὸν τυπεὶς
ἐτύγχαν', ἐξέλκει δέ, καὶ παραστάδος
κρεμαστὰ τεύχη πασσάλων καθαρπάσας,
ἔστη 'πὶ βωμοῦ, γοργὸς ὁπλίτης ἰδεῖν,
βοᾷ δὲ Δελφῶν παῖδας, ἱστορῶν τάδε·
τίνος μ' ἕκατι κτείνετ' εὐσεβεῖς ὁδοὺς
ἥκοντα; ποίας ὄλλυμαι πρὸς αἰτίας;
τῶν δ' οὐδὲν οὐδεὶς μυρίων ὄντων πέλας
ἐφθέγξατ', ἀλλ' ἔβαλλον ἐκ χειρῶν πέτροις.
πυκνῇ δὲ νιφάδι πάντοθεν σποδούμενος,
προὔτεινε τεύχη κἀφυλάσσετ' ἐμβολάς,
ἐκεῖσε κἀκεῖσ' ἀσπίδ' ἐκτείνων χερί.
ἀλλ' οὐδὲν ἦνεν· ἀλλὰ πόλλ' ὁμοῦ βέλη,
οἰστοί, μεσάγκυλ' ἔκλυτοί τ' ἀμφώβολοι,

V. 1124. ἰδεῖν (v. l. φανεὶς a m. sec.) B ὀφθεὶς (ἰδεῖν superscr.) C.

V. 1130-1220. om. folio exciso d.

V. 1131. κἀφυλάσσετ' ἐμβολάς Reiskius. καὶ φυλάσσει' ἐμβολάς libri.

V. 1133. ἦνεν [A]. ἤνυεν (cum v. l. ἦνεν a sec. m.) B cum ceteris.

V. 1134 μεσάγκυλοι BCEC. μεσάγκυλα· ἀκόντια Hesychius t. II. p. 575.

tempore dixi ad Luciani Gall. s. somnium §. 3. p. 17 sqq. conf. etiam huius fabulae v. 1151., ubi pro τυπεὶς in bc legitur δαμεὶς e glossemate natum. R. K.

V. 1116 sq. Explicavi ad v. 651. PFLUGK.

V. 1121. χωρεῖ δὲ πρύμναν] retro cedit. Thucydideam dictionem πρύμναν κρούεσθαι de navibus esse se recipientibus comparavit Scholiastes I. 50. PFLUGK.

V. 1122. ἐξέλκει] Intransitive dictum videtur, quo sensu alibi ἐξέλκειν πόδα. Comparari possunt quae ad muniendam coniecturam suam [ἐξέλκει δὲ πόδα καὶ παστάδος] attulit Iacobsius, Soph. Phil. 290: Eurip. Phoen. 310: γήρᾳ τρομερὰν ἕλκω παιδὶ ποδὸς βάσιν. Adde Med. 1181. El. 491. PFLUGK. «Recte Heathius ἐξέλκει interpretatur extrahit gladium e vagina. Plene dictum in Hecuba 544: φάσγανον ἐξεῖλκε κολεοῦ. Et glossa: ἐξέλκω, evagino. Gladium semper gestabant antiqui Graeci, neque erat quod Matthiae quaereret, num qui gladio cinctus esset dici posset ἀτευχής. Nam ἀτευχὴς is est, qui nec scutum neque galeam habet. Haec arma Neoptolemus de portibus deripit iisque se tegit: unde ex v. 1131: προὔτεινε τεύχη κἀφυλάσσετ' ἐμβολάς, ἐκεῖσε κἀκεῖσ' ἀσπίδ' ἐκτείνων χερί.» G. HERMANNUS.

V. 1134 μεσάγκυλ'] Vide Schol. ad Phoen. 1141: μεσαγ-

σφαγῆς ἐχώρουν βουπόροι ποδῶν πάρος·
δεινὰς δ' ἂν εἶδες πυῤῥίχας φρουρουμένου
βέλεμνα παιδός. ὡς δέ νιν περισταδὸν
κύκλῳ κατεῖχον, οὐ διδόντες ἀμπνοάς,
βωμοῦ κενώσας δεξίμηλον ἐσχάραν,
τὸ Τρωϊκὸν πήδημα πηδήσας ποδοῖν
χωρεῖ πρὸς αὐτούς· οἱ δ' ὅπως πελειάδες
ἱέρακ' ἰδοῦσαι πρὸς φυγὴν ἐνώτισαν.
πολλοὶ δ' ἔπιπτον μιγάδες ἔκ τε τραυμάτων
αὐτοί θ' ὑπ' αὐτῶν στενοπόρους κατ' ἐξόδους,
κραυγὴ δ' ἐν εὐφήμοισι δύςφημος δόμοις
πέτραισιν ἀντέκλαγξ'· ἐν εὐδίᾳ δέ πως
ἔστη φαεννοῖς δεσπότης στίλβων ὅπλοις,
πρὶν δή τις ἀδύτων ἐκ μέσων ἐφθέγξατο
δεινόν τε καὶ φρικῶδες, ὦρσε δὲ στρατὸν

V. 1135. *σφαγῆς* [A]b. *σφαγεῖς* B. cum ceteris.
V. 1136. *δ'* om. E et a pr. m. B. *φορουμένου* [C].
V. 1137. *ποδός* ACbcC. *παιδὸς* ceteri, ut videtur. *μιν* A [CEbc]B. *μιν* (*νιν* sec. m.) B. *νιν* C. Kirchhoffius fortasse legendum esse ait: *ἐπεί γε μὴν κτέ.*
V. 1138. *ἀναπνοάς* C.
V. 1141. *τοὶ δ' ὅπως* a pr. m. BE.
V. 1144. *ὑφ' αὐτῶν* Vossius.
V. 1145. *εὐφήμοισ* A.
V. 1146. *ἀντέκλαγξεν εὐδία δέπως* ABCE. *ἀντέκλαζεν εὐδία δέ πως* CC. *ἀντέκλαγξεν εὐδίᾳ δέ πως* B. *ἀντεκλαγξ'· ἐν εὐδίᾳ δ' ὅπως* Lentingius.

κύλοις, τοῖς ἀκοντίοις, διὰ τὸ κατὰ μέσον τοῦ ξύλου τὰ ἀκόντια ἀγκύλον τι καὶ κοῖλον ἔχειν ἐγγλυφέν, εἰς ὃ ἐμβαλόντες τὸν δάκτυλον τὸν δεύτερον καὶ τοῖν δυοῖν ἑκατέρωθεν κατέχοντες τακτικώτερον ῥίπτουσιν οἱ πολέμιοι. R. K.

V. 1139. *κενώσας*] i. q. *καταλιπών*. Bacch. 728: *Κἀγὼ 'ξεπήδησ' ὡς συναρπάσαι θέλων, Λόχμην κενώσας, ἔνθ' ἐκρυπτόμεν δέμας.* Monuit G. Hermann. ad Soph. Ai. p. 118. PFLUGK.

V. 1140. Scholiastes: *ὁποῖον ἐν τῇ Τροίᾳ ἐπήδησεν Ἀχιλλεύς. οἱ γὰρ συντεταχότες τὰ Τρωϊκά φασιν, ὡς τόπος ἐστὶν ἐν Τροίᾳ καλούμενος Ἀχιλλέως πήδημα, ὅπερ ἀπὸ τῆς νεὼς ἐπήδησεν. οὕτως δέ φησιν ἥλατο, ὡς καὶ ὕδωρ ἀναδοθῆναι.* PFLUGK. Addit G. Hermannus Tzetzen ad Lycophr. 245. R. K.

V. 1142. *ἐνώτισαν*] in fugam terga dederunt. Soph. Oed. T. 193. *παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι πάτρας.* cf. Valcken. ad Phoen. 657. PFLUGK.

V. 1146. *ἐν εὐδίᾳ δέ πως ἔστη κτέ.*] Recte adsimulavit G. Hermannus quod est apud Aeschylum Sept. adv. Theb.

στρέψας πρὸς ἀλκήν. ἔνθ' Ἀχιλλέως πίτνει
παῖς ὀξυθήκτῳ πλευρὰ φασγάνῳ τυπεὶς
Δελφοῦ πρὸς ἀνδρός, ὅςπερ αὐτὸν ὤλεσε
πολλῶν μετ' ἄλλων· ὡς δὲ πρὸς γαῖαν πίτνει,
τίς οὐ σίδηρον προςφέρει; τίς οὐ πέτρον
βάλλων, ἀράσσων; πᾶν δ' ἀνάλωται δέμας
τὸ καλλίμορφον τραυμάτων ὑπ' ἀγρίων.
νεκρὸν δὲ δή νιν, κείμενον βωμοῦ πέλας,
ἐξέβαλον ἐκτὸς θυοδόκων ἀνακτόρων.
ἡμεῖς δ' ἀναρπάσαντες ὡς τάχος χεροῖν
κομίζομέν νίν σοι κατοιμῶξαι γόοις
κλαῦσαί τε, πρέσβυ, γῆς τε κοσμῆσαι τάφῳ.
τοιαῦθ' ὁ τοῖς ἄλλοισι θεσπίζων ἄναξ,
ὁ τῶν δικαίων πᾶσιν ἀνθρώποις κριτής,
δίκας διδόντα παῖδ' ἔδρασ' Ἀχιλλέως,

V. 1149. δεινόν τι Lentingius. Fortasse vere.
V. 1150. ὀλκὴν a pr. m. B. πιτνεῖ A et fortasse alii.
V. 1151. δαμεὶς bc.
V. 1152. αὐτὸν a sec. m. additur in B.
V. 1153. πιτνεῖ A et fortasse alii.
V. 1158 θυοδότων bc.
V. 1160. κομίζωμεν A. γέρον (v. l. γόοις a sec. m.) B. γέρον C. γόοις (γόους E) ceteri.
V. 1161. κοιμῆσαι a m. sec. B.
V. 1162. κοσμίζων bc.
V. 1163. ἀνθρώποισι A.
V. 1164. παῖς δ' C.

801: πόλις δ' ἐν εὐδίᾳ. R. K.
V. 1148. ἐγθέγξατο δεινόν τε καὶ φρικῶδες] Similiter dicitur in Hippol. 1216: φρικῶδες ἀντεφθέγγετο. R. K.
V. 1152. Δελφοῦ πρὸς ἀνδρός] Schol. Μαχαιρέα φασὶν αὐτὸν καλεῖσθαι. Sacerdotem hunc Apollinis fuisse tradit Pherecydes apud Schol. Eur. Orest. 1649. Matth. Pausan. X. 24, 4. Strabo IX. p. 421. Cas. Eustath. ad Odyss δ. p. 1479. Euseb. Chron. I. p. 31, 8. cf. Vellei. Paterc. I. 1, 3. Operae pretium est etiam illam vere καινὴν ἱστορίαν cognovisse, quam exposuit Ptolemaeus Hephaest. ap. Phot. c. 190. p. 148b. 21. Bekk. καὶ ὡς Ἀχιλλέως καὶ Δηϊδαμίας δύο ἐγενέσθην παῖδες, Νεοπτόλεμος καὶ Ὄνειρος· καὶ ἀναιρεῖται κατ' ἄγνοιαν ὑπὸ Ὀρέστου ἐν Φωκίδι ὁ Ὄνειρος, περὶ σκηνοπηγίας αὐτῷ μαχεσάμενος. PFLUGK.
V. 1160. Apte Koernerus comparavit Phoen. 1486: Νεκροὺς φέρουσιν [ἐνθάδ' οἰκτίσαι φίλοις. Pindar. Pyth. XII. 22. ἀλλά νιν εὕροισ' ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλᾶν νόμον. PFLUGK.

ἐμνημόνευσε δ', ὥςπερ ἄνθρωπος κακός,
παλαιὰ νείκη. πῶς ἂν οὖν εἴη σοφός;

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν ὅδ' ἄναξ ἤδη φοράδην
Δελφίδος ἐκ γῆς δῶμα πελάζει.
τλήμων ὁ παθών, τλήμων δέ, γέρον,
καὶ σύ· δέχει γὰρ τὸν Ἀχίλλειον
σκύμνον ἐς οἴκους, οὐχ ὡς σὺ θέλεις·
αὐτός τε κακοῖς πήμασι κύρσας
εἰς ἓν μοίρας συνέκυρσας.

V. 1166. πῶς οὖν ἂν *B*.
V. 1167. ἤδη om. *B*.
V. 1169. τλήμων δ' ὁ γηρον (ω supra) E. γέρων (— ον man. sec.) B. γερων (ο supra) C.
V. 1172. ἔκυρσας Abc. κύρσας ceteri. A. Kirchhoffius et A. Nauckius e versu sequenti ἔκυρσας huc relatum esse aiunt, illud autem, quod eo loco fuerit omissum; idem iam ante eos fecit G. Hermannus, qui eo loco reposuit τοῖς τοῦδ'.
V. 1173. om. Cbc.
V. 1174. ἰώ μοί μοι *B*.
V. 1175. χεροῖν *C*. δώμασί θ' ἁμοῖς ABC. δώμασί τ' ἐμοῖς E. δώμασί θ' ἀμοῖς b. δώμασιν ἁμοῖς [B] *C*. δώμασί τ' ἁμοῖς Nauckius.

V. 1165 sq. Nihil minus, quam subditos esse hos versus ab homine Christiano, suspicari debebat Koernerus. Adeo illam Euripideam de deorum natura philosophiam referunt. PFL.

V. 1168. *δῶμα πελάζει*] Notanda est haec structura: usitatior erat dativus vel genetivus. PFLUGK.

V. 1171. *οὐχ ως σὺ θέλεις*] Herodot. I. 16: *ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελεν ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ προςπταίσας μεγάλως*. PFLUGK.

V. 1172 sq. *αὐτός τε κακοῖς πήμασι κύρσας εἰς ἓν μοίρας συνέκυρσας*] Quod plerique nunc in ea sunt opinione interpretes, ut participium κύρσας alienum locum occupasse existiment eoque loco aliud olim scriptum fuisse, id nullo modo probare possum. Sive enim ipsam librorum auctoritatem spectas, nihil est quod eam rem confirmet: nam quod in A. scriptum est ἔκυρσας pro κύρσας, id ex eo natum videtur, quod librarii oculus συνέκυρσας in sequenti versu vidit: quin etiam ex libris eis, qui omittunt versum sequentem, Cbc. concludi potest, id factum non esse nisi ob ὁμοιοτέλευτον, quo ii librarii, qui scripserunt codices bc, aperte ducti sunt, quia ἔκυρσας pro κύρσας scripserunt, ut appareat eorum oculos ad versum sequentem aberrasse, qua re eorum librorum testimonio, in

ΠΗΛΕΥΣ.

στρ. α΄.

ὤμοι ἐγώ, κακὸν οἷον ὁρῶ τόδε
καὶ δέχομαι χερὶ δώμασί τ᾽ ἀμοῖς.
ἰώ μοί μοι, αἰαῖ, ὦ πόλι
Θεσσαλία, διολώλαμεν, οἰχόμεθ᾽·
οὐκέτι μοι γένος, οὐκέτι μοι τέκνα
λείπεται οἴκοις.
ὦ σχέτλιος παθέων ἐγώ. εἰς τίνα
δὴ φίλον αὐγὰς βάλλων τέρψομαι;
ὦ φίλιον στόμα καὶ γένυ καὶ χέρες.

V. 1176. *ἰώ μοι* C. *πόλις* (in loco rescripto a m. sec. ABCEb*B* *C*.

V. 1177. *Θεσσαλίας* b. *ὀχόμεθ᾽* (*ᾠχόμεσθ᾽* a m. sec.) *B*. *ᾠχόμεθ᾽* ceteri. *οἰχόμεθ᾽* Lud. Dindorfius.

V. 1178 *οὐκεστι μοι τέκνα* (in loco rescripto a sec. m.) A. *οὐκέτι μοι τέκνα* [BE]*C*. *οὐκέτι τέκνα* C. *οὐκέτι* bc*B*.

V. 1179. *λείπεται* A. a pr. m. BCbc. *λείπετ᾽* [E*BC*] et vulgo.

V. 1180. *ὦ σχέτλιος παθέων* A, a pr. m. BCE. *ὦ σχέτλια παθῶν* ceteri.

V. 1181. *φίλων* Abc*BC*. *φίλων* (ο) E. *βαλὼν* ABCE[bc*B*[*C*]. Ceterum A. Nauckius verba *βάλλων τέρψομαι* subditicia esse putavit.

V. 1182. *φίλον* a pr. m. BC.

quibus is versus omissus est, confirmatur potius quam infringitur ceterorum librorum auctoritas: sive ipsam sententiam spectas, nihil in illis verbis inest, quod nos offendere possit: dixit enim ut Euripides *κακοῖς πήμασι κύρσας*, sic Hesiodus Ἔργ. κ. ἡμέρ. 691: *δεινὸν γὰρ πόντου μετὰ κύμασι πήματι κῦρσαι*, eoque minus offensionem habere *κύρσας* hoc loco potest, quod in sequenti versu dicitur *συνέκυρσας* alio quodam modo et alia verbi constructione: immo si quis recte existimat de eloquentia antiquorum Graecorum, is in hoc ipso lusu verborum etiam in re tristi agnoscet summam istam eloquendi artem, qua veteres et oratores et poëtae tum usi sunt, si quando magis commotus erat loquentis animus, ut verbis similibus aut ab eadem radice ductis sensum suum intimum etiam externa orationis forma repraesentarent. Eius rei similitudines adferre opus non est, etiam non quaerenti se ipsae offerunt, dum modo quis sensum subtilem et exercitatum ad antiquorum scriptorum lectionem adferat. Ceterum de formula *εἰς ἓν* Euripidi usitatissima dixit G. Hermannus ad Helen. 1554. p. 153. R. K.

V. 1174—1185. Sunt tetrametri dactylici, uno interposito dimetro v. 1179. De extremo vide Herm. Elem. doctr. metr. p. 647. PFLUGK.

εἴθε σ' ὑπ' Ἰλίῳ ἤναρε δαίμων
Σιμοεντίδα παρ' ἀκτάν.

ΧΟΡΟΣ.

οὗτός τ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἐτιμᾶτ' ἄν, γέρον,
θανών, τὸ σὸν δ' ἦν ὧδ' ἂν εὐτυχέστερον.

ΠΗΛΕΥΣ.

ἀντ. α'.

* * * * ὦ γάμος, ὦ γάμος,
ὃς τάδε δώματα καὶ πόλιν ἁμὰν
ὤλεσας, αἰαῖ αἰαῖ. ὦ παῖ,
μήποτε σῶν λεχέων τὸ δυςώνυμον
ὤφελ' ἐμὸν γένος εἰς τέκνα καὶ δόμον
ἀμφιβαλέσθαι
Ἑρμιόνας ἀΐδαν ἐπὶ σοί, τέκνον,
ἀλλὰ κεραυνῷ πρόσθεν ὀλέσθαι,
μηδ' ἐπὶ τοξοσύνᾳ φονίῳ πατρὸς

V. 1185. *οὔτως* E. (*μὲν οὖν κὰ*)*κ τῶνδ'* *B.* litteris, quae uncis saeptae sunt, in litura scriptis. *ὡς* om. *C.* Kirchhoffio scribendum videtur: *οὗτος γὰρ ὡς ἐκ τῶνδ'*, Hermanno: *οὕτως γ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ'*.

V. 1188. *ὡς* BC. *καὶ πόλιν ἐμὰν* ABC*B*. *καὶ πόλιν καὶ πόλιν ἐμὰν* b *καὶ πόλι καὶ πόλι ἐμὰν* c *καὶ πόλι ἐμὰν* *C.* *ἁμὰν* Musurus.

V. 1189 *αἶ αἶ αἶ αἶ ἒ ἒ* A. *αἶ αἶ ἒ ἒ* B[C]c*C*. *αἶ αἶ ἒ ἒ* E. *αἶ αἶ ἒ ἒ* b*B*.

V. 1191. *ὤφειλ'* BCbc*B*. Mox *ἐμοὶ γέρας* G. Hermannus.

V. 1196. *φοίβου* libri. *Φοῖβον* Hervagiana secunda.

V. 1198 (1201). *ὀττοτοτοτοί* A. *ὄττοτοτοτοι* B. *ὀτοτοτοτοῖ* C.

V. 1185. *ὡς ἐκ τῶνδ'*] isto rerum statu; v. adnot. ad Med. 459. et Rost. in Passov. Lex. s. v. *ὡς* A. I. 1. a. bl. *γ*. p. 2630. ed. quint. Ad sententiam comparari potest Homer. Od. α. 239 sq. PFLUGK.

V. 1190. Levem si admiseris mutationem versu sequente *ἐμοὶ* scribendo pro *ἐμόν*, quod video placuisse etiam Musgravio curis secundis, et structuram verborum faciliorem reddideris et sententiam huic loco convenientem habebis. Ordo est: *μήποτε τὸ δυςώνυμον εἰς τέκνα καὶ δόμον γένος σῶν λεχέων Ἑρμιόνας ὤφελεν ἀμφιβαλέσθαι ἀΐδαν ἐπὶ σοί, τέκνον κτἑ.* Id est, utinam ne infaustum illud liberis meis domuique genus coniugis tuae Hermionae perniciem tibi attulisset, fili, sed fulmine prius perisset. De Atridis loquitur, quibus et Achilles et Neoptolemi mortem imputat. *Ἀμφιβαλέσθαι ἐπὶ σοί,*

αἷμα τὸ διογενές ποτε Φοῖβον
βροτὸς εἰς θεὸν ἀνάψαι.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. β'.

ὀτοτοῖ ὀτοτοῖ.
θανόντα δεσπόταν γόοις
νόμῳ τῷ νερτέρων κατάρξω.

ΠΗΛΕΥΣ.

ἀντ. β'.

ὀτοτοῖ ὀτοτοῖ.
διάδοχα δ' ὦ τάλας ἐγὼ
γέρων καὶ δυςτυχὴς δακρύω.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. γ'.

θεοῦ γὰρ αἶσα, θεὸς ἔκρανε συμφοράν.

ὀττοτοῖ E. *ὀττοτοί* b. *ὀττοττοῖ* c. *ὀτοτοὶ ὀτοτοὶ* B. *ὀττοτοτοῖ* C.

V. 1199. *δεσπότην* E*B*C.

V. 1200. *τῶν* A*B* cum ceteris, ut videtur. *τῷ* [B] E. Illud natum ex scriptura *τῶι*. V. ad Alcest. 1025. adn. crit., ubi falso in editione nostra v. 3. *πολλῶν δὲ μόχθων* pro *πολλῶι δὲ μόχθωι* scriptum est. Deinde *κατάρξω* [A]a pr. m. BC. tum bc. *κατάρξομαι* E*B*[*C*].

V. 1202. *διάδοχα δ' ὦ τάλας* solus E. *διάδοχα τάλας* ceteri. In B. initium versus corrosum nec quidquam apparet nisi *τάλας ἐγώ*.

V. 1203. *δακρύων* *C*.

V. 1204. *συμφορὰν* (sed in loco a manu sec. scripto) A. *συμφορὰν* [B] CEbc*C*. *συμφοράς* *B*.

pro simplici *σοί*. Sic Electr. 1321: *περί μοι στέρνοις στέρνα πρόςαψον*. Conf. supra ad v. 115. PFLUGK.

V. 1195. Ordo est: *μηδ' (ὤφελές) ποτε ἐπὶ τοξοσύνᾳ φονίῳ πατρὸς ἀνάψαι αἷμα τὸ διογενὲς εἰς Φοῖβον, βροτὸς εἰς θεόν*, neque propter iacta in patrem mortifera tela istius Iove orti sanguinis poenas ab Apolline, mortalis a deo, exigere debebas. Homerum attulit Musgrav. Od. *β*. 86: *ἐθέλοις δέ κε μῶμον ἀνάψαι*. Anthol. Palat. IX. 397: *αἶσχος ἀνάπτειν*. — *Αἷμα τὸ διογενές*, non quod Iove natus Achilles, sed quod rex; hi enim *διογενεῖς*. PFLUGK.

V. 1199. *δεσπόταν γόοις — κατάρξω*] i. e. *γοᾶσθαι ἄρξομαι*. Vid. Herm. ap. Seidler. ad Troad. 123. PFLUGK.

V. 1202. *διάδοχα* pro adverbio *ἐκ διαδοχῆς*. PFLUGK.

ΠΗΛΕΥΣ.

ὦ φίλος, δόμον ἔλιπες ἔρημον,
γέροντ' ἄπαιδα νοσφίσας.

ΧΟΡΟΣ.

θανεῖν θανεῖν σε, πρέσβυ, χρῆν πάρος τέκνων.

ΠΗΛΕΥΣ.

στρ. δ'.

οὐ σπαράξομαι κόμαν,
οὐκ ἐπιθήσομαι δ' ἐμῷ
κάρᾳ κτύπημα χειρὸς ὀλοόν; ὦ πόλις,
διπλῶν τέκνων μ' ἐστέρησε Φοῖβος.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. ε'.

ὦ κακὰ παθὼν ἰδών τε δυςτυχής, γέρον,
τίν' αἰῶν' εἰς τὸ λοιπὸν ἕξεις;

ΠΗΛΕΥΣ.

ἀντ. ε'.

ἄτεκνος, ἔρημος, οὐκ ἔχων πέρας κακῶν
διαντλήσω πόνους ἐς ᾅδαν.

V. 1205. *ὦ φίλος* (in loco rescripto) A[*B*]. *ἰὼ φίλος* CEbc *C*. *ἔλειπες* A*B*. *ἔλιπες* [B]CE*C*. Deinde post *ἔρημον* legitur *ὤιμοι μοι* A. *ὤ μοί μοι* B. *ὦ μοί μοι* CE. *ἰώ μοί μοι* [*B*] *ὦ μοί μοι* *C*. Omisit haec cum bc. Pflugkius, qui metrum huius versus, cui responderet v. 1220., putavit esse eius modi:

⏖́ ⏑ ⏖ | ⏖́ ⏑ ⏖ ⏑ – ⏓

Idem *ταλαίπωρον ἐμὲ* ante *γέροντ' ἄπαιδα κτέ.* auctore A. Matthiae omisit. Secutus Pflugkium est A. Nauckius.

V. 1207. *θανεῖν σε πρέσβυ χρὴν πάρος τέκνων* A . . . . . *σε πρέσβυ χρῆν πάρος τέκνον* (— *ων* m. sec.) B. *θανεῖν σε πρέσβυ χρῆν πάρος τέκνων* C. *θανεῖν θανεῖν σε πρέσβυ χρῆν πάρος τέκνων* E. *θανεῖν σε πρέσβυ χρῆν πάρος πηλεῦ τέκνων* bc. *θανεῖν σε πρέσβυ χρῆν πάρος τῶν σῶν τέκνων* *B*. *θανεῖν σε πρέσβυ χρὴ πάρος τέκνων* *C*.

V. 1211. hinc rursus incipit n. *ἐπιθήσω* BC. Mox δ' est ab Hermanno Elem. doctr. metr. p. 536.

V. 1212. *χειρὸς* a *χερὸς* ceteri.

V. 1213. *μ' ἐστέρησ' ὁ φοῖβος* *C*.

V. 1215. *δυςτυχὲς* Eb.

V. 1210. Quartam stropham et antistropham constituit Hermann. Element. doctr. metr. p. 536. PFLUGK.

V. 1219. *μάτην δέ σ' ἐν γάμοισιν ὤλβισαν θεοί*] Bene instituit Euripides, ut chorus, etiam si de pristina Pelei nuptiarum felicitate conqueritur, tamen illum admoneret vitae

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. γ΄.

μάτην δέ σ' ἐν γάμοισιν ὤλβισαν θεοί.

ΠΗΛΕΥΣ.

ἀμπτάμενα φροῦδα πάντα κεῖται
κόμπων μεταρσίων πρόσω.

ΧΟΡΟΣ.

μόνος μόνοισιν ἐν δόμοις ἀναστρέφει.

ΠΗΛΕΥΣ.

ἀντ. δ΄.

οὔτε μοι πόλις πόλις,
σκῆπτρα τάδ' ἐῤῥέτω 'πὶ γᾶν,
σύ τ', ὦ κατ' ἄντρα μύχια Νηρέως κόρη,
πανώλεθρόν μ' ὄψεαι πίτνοντα.

ΧΟΡΟΣ.

ἰὼ ἰώ.
τί κεκίνηται; τίνος αἰσθάνομαι
θείου; κοῦραι, λεύσσετ', ἀθρήσατε·

V. 1217. κακῶν πέρας abc.

V. 1218. διαντλήσομαι B. εἰς ἀΐδαν AB. ἰς enotatum ex E. ἐς ᾄδαν [B].

V. 1219. γάμοις ABCEabcC. γάμοισιν [B].

V. 1220. πάντα φροῦδα B.

V. 1221. κόμπων μεταρσίων Reiskius. κόμπῳ μεταρσίῳ libri. ἐφ' ἅρματι κούφῳ habet gloss. in E.

V. 1222. ἀναστρέφων a pr. m. BC.

V. 1223. οὐκέτι E. οὐκ ἔτι B. οὔτε μοι sive οὔτ' ἐμοὶ ceteri.

V. 1224. σκῆπτρα τάδ' ἐῤῥέτω 'πὶ γᾶν G. Hermannus, quem L. Dindorfius et Pflugkius sequuti sunt. σκῆπτρά τ' ἐῤῥέτω τάδ' ἐπὶ γαῖαν libri.

βύθια

V. 1225. νύχια E. γρ. βύθια margo a. νύχια ceteri. μύχια G. Hermannus.

V. 1226. πιτνόντα AC. πίτνοντα (πιτνοῦντα a sec. m.) B. πιτνῶντα E. πίτνοντα abcd[B]. πιτνοῦντα C. post πιτνόντα in libris additur πρὸς γᾶν.

V. 1229. κόραι EBC. κόρα acd. κόραν b. λεύσετ' A. λεύσατ' CE. λεύσσατ' b. ἀθροίσατε b. ἀθροίσετε B.

ante actae, qua ipsa admonitione quodam modo laetior fabulae exitus praeparatur, quem efficit adventus Thetidis. R. K.

V. 1225. Recepi μύχια pro vulgato νύχια, quod et id verbum ipsum glossemate, quod est in libris quibusdam, significatur, nec apte ἄντα νύχια hoc loco dici videtur. R. K.

δαίμων ὅδε τις, λευκὴν αἰθέρα
πορθμευόμενος τῶν ἱπποβότων
Φθίας πεδίων ἐπιβαίνει.

ΘΕΤΙΣ.

Πηλεῦ, χάριν σῶν τῶν πάρος νυμφευμάτων
ἥκω Θέτις λιποῦσα Νηρέως δόμους.
καὶ πρῶτα μέν σοι τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς
μηδέν τι λίαν δυςφορεῖν παρῄνεσα·
κἀγὼ γάρ, ἣν ἄκλαυστ' ἐχρῆν τίκτειν τέκνα,
ἀπώλεσ' ἐκ σοῦ παῖδα τὸν ταχὺν πόδας
Ἀχιλλέα τεκοῦσα, πρῶτον Ἑλλάδος.
ὧν δ' οὕνεκ' ἦλθον σημανῶ, σὺ δ' ἐνδέχου.
τὸν μὲν θανόντα τόνδ' Ἀχιλλέως γόνον
θάψον, πορεύσας Πυθικὴν πρὸς ἐσχάραν,
Δελφοῖς ὄνειδος, ὡς ἀπαγγέλλῃ τάφος
φόνον βίαιον τῆς Ὀρεστείας χερός·

V. 1229—31. habet **Tzetzes** exeg. p. 105. In B adnotatum: *γράφεται λευκὸν αἰθέρα.* Idem est in margine cod. a.
V. 1234. *μὲν δὴ* C.
V. 1235. *συμφορεῖν* E. *ἐπῄνεσα* *B.*
V. 1236. *ἄκλαυτ' ἐχρῆν* A. *ἄκλαυτ'* acd. *ἄκαυτ'* b. Quattuordecim qui sequuntur versus om. a.
V. 1237. *παῖδασ* A.
V. 1241. *ἐπ' ἐσχάραν* E.
V. 1242. *ἀπαγγέλῃ* Acd. *ἀπαγγέλει* (— *η* m. sec.) B *ἀπαγγελεῖ* C. *ἀπαγγέλλῃ* E[C]. *ἀπαγγέλῃ* *B.*
V. 1245. *χρῆν* A[C]*B.* *χρῆν* B. *χρὴ* Ebcd*C*, *κατοικίσας* *C.*
V. 1246. ad hunc versum in libro Paris. D. ascriptum: *ἐν τοῖς πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων οὐ φαίνεται ὁ ἴαμβος οὗτος.* Eadem in eodem libro ad marg. posita ad v. 1255. contra in cod. B.

V. 1234. Vide **Matth.** Gr. §. 399. c. [**Rost.** §. 106. p. 521. ed. sept.] PFLUGK.
V. 1240. Quod Delphis sepultum dicit, communem famam sequitur. V. **Pherecydem** apud Schol. [Is habet haec verba ad h. v. ascripta: *ὅτι μὲν ἐν Δελφοῖς ὁ Νεοπτόλεμος τέθαπται, καὶ Φερεκύδης ἱστορεῖ, ὅτι δὲ νεκρὸς ἐλθὼν εἰς Φθίαν εἰς Δελφοὺς ἐπέμφθη, διέψευσται.*] **Strabon.** IX. p. 421. **Pausan.** X. 24, 5. Sed ante sepulturam corpus in Phthiam traductum indeque remissum ex fabulae ratione finxit. PFLUGK.
V. 1244. Vide **Pausan.** I. 11. **Strab.** VII. p. 324. **Iustin.** XVII. 3. **Eustath.** ad Odyss. p. 1463. PFLUGK.
V. 1246. *συναλλαχθεῖσαν*] **Sophocl.** Ai. 493: *εὐνῆς τε τῆς σῆς, ᾗ συνηλλάχθης ἐμοί.* **Eurip.** Hipp. 653: *Λέκτρων ἀθίκτων ἦλθες εἰς συναλλαγάς.* PFLUGK.
V. 1249. *ἄλλον δι' ἄλλου*] i. e. *ἄλλον ἄλλῳ διαδεχόμενον.* *διαπερᾶν Μολοσσίαν*] Er-

γυναῖκα δ' αἰχμάλωτον, Ἀνδρομάχην λέγω,
Μολοσσίαν γῆν χρὴ κατοικῆσαι, γέρον,
Ἑλένῳ συναλλαχθεῖσαν εὐναίοις γάμοις,
καὶ παῖδα τόνδε, τῶν ἀπ' Αἰακοῦ μόνον
λελειμμένον δή· βασιλέα δ' ἐκ τοῦδε χρὴ
ἄλλον δι' ἄλλου διαπερᾶν Μολοσσίαν,
εὐδαιμονοῦντας· οὐ γὰρ ὧδ' ἀνάστατον
γένος γενέσθαι δεῖ τὸ σὸν κἀμόν, γέρον,
Τροίας τε· καὶ γὰρ θεοῖσι κἀκείνης μέλει,
καίπερ πεσούσης Παλλάδος προθυμίᾳ.
σὲ δ', ὡς ἂν εἰδῇς τῆς ἐμῆς εὐνῆς χάριν,
θεὰ γεγῶσα καὶ θεοῦ πατρὸς τέκος,
κακῶν ἀπαλλάξασα τῶν βροτησίων
ἀθάνατον ἄφθιτόν τε ποιήσω θεόν.
κἄπειτα Νηρέως ἐν δόμοις ἐμοῦ μέτα
τὸ λοιπὸν ἤδη θεὸς συνοικήσεις θεᾷ·

verba: *ἐν τοῖς πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων οὐ φέρεται ὁ ἴαμβος,* relata sunt ad v. 1153. Denique scholia cod. Taurinensis ad v. 1255. habent: *ἐν τοῖς πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων οὐχ εὕρηται ὁ στίχος,* eumque versum delendum censet Kirchhoffius.

V. 1247. *τὸν* ABCE. *τόν B.* *τῶνδ'* bcd. *τόνδ' C.*

V. 1248. *βασιλέα κἀκ τοῦδε* [B] C.

V. 1249. *Μολοσσίας* G. Hermannus. *Μολοσσίαν* libri.

V. 1251. *δῆ B.*

V. 1253. Vide ad v. 1246. *προμηθίᾳ BC* et v. lect. a. m. sec. in B.

V. 1255 Vide ad v. 1246. *τόκος BC.*

V. 1257. *σε* pro *τε* BC.

V. 1258. *ὁμοῦ μέτα* Acd. *ἐμοῦ μέτα* ceteri.

V. 1259. *καὶ θεὸς B.* *θεῷ* pro *θεᾷ C.*

ravit G. Hermannus, quod genetivum *Μολοσσίας* restitui voluit, qui tum demum verus esset, si de vero itinere per Molossiam suscipiendo sermo esset: nunc autem translate dicitur *διαπερᾶν*, quod est pertractare, pertemptare, ut in Platonis Sophist. p. 261. A. dicitur et alias. Quod autem *εὐδαιμονοῦντας* vitiosum esse putavit A. Kirchhoffius, oblitus est vir doctissimus hoc loco id ipsum verbum in precationibus aut vaticiniis eiusmodi esse paene sollemne, v. Alcest. 567 sqq. *μηδ' — θανεῖν ἀώρους παῖδας, ἀλλ' εὐδαίμονας ἐν γῇ πατρῴᾳ τερπνὸν ἐκπλῆσαι βίον.* R. K.

V. 1255. Equidem minime adsentiri possum eis, qui hunc versum supervacaneum aut suppositicium esse aiunt, quo Thetis fere rationem reddit, quamobrem ipsa possit immortalem reddere Peleum: id se posse efficere significat, quod et ipsa dea sit et ex deo nata. Nec tamen video aptius hoc idem

ἔνθεν κομίζων ξηρὸν ἐκ πόντου πόδα
τὸν φίλτατον σοὶ παῖδ' ἐμοί τ' Ἀχιλλέα
ὄψει δόμους ναίοντα νησιωτικοὺς
Λευκὴν κατ' ἀκτὴν ἐντὸς Εὐξείνου πόρου.
ἀλλ' ἕρπε Δελφῶν εἰς θεόδμητον πόλιν
νεκρὸν κομίζων τόνδε, καὶ κρύψας χθονί,
ἐλθὼν παλαιᾶς χοιράδος κοῖλον μυχὸν
Σηπιάδος ἵζου· μίμνε δ', ἔςτ' ἂν ἐξ ἁλὸς
λαβοῦσα πεντήκοντα Νηρήδων χορὸν
ἔλθω κομιστήν σου· τὸ γὰρ πεπρωμένον
δεῖ σ' ἐκκομίζειν· Ζηνὶ γὰρ δοκεῖ τάδε.
παῦσαι δὲ λύπης τῶν τεθνηκότων ὕπερ·
πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν ἥδε πρὸς θεῶν
ψῆφος κέκρανται κατθανεῖν τ' ὀφείλεται.

ΠΗΛΕΥΣ.

ὦ πότνι', ὦ γενναῖα συγκοιμήματα,

V. 1263. λευκήν τ' ἀκτήν (λευκὴν ἐπ' ἀκτὴν corr. m. sec.) B. πόντου (πόρου corr. m. pr., πόντου m. sec.) B. πόντου C. πόντου bc.
V. 1267. μεῖνα b. μεῖναι c. μεῖνε d. ἐξ ἄλλοσ A.
V. 1268. νηρηΐδων A B *B*. νηρηΐδην bcd.
V. 1269. κομιστήρ a pr. m. B C.
V. 1271. 1274. habet Stobaeus flor. CXXIV. 28. tom. III. p. 435.
V. 1273. κέκρανται bcd *B*. τ' om. solus E.
V. 1277. παύω δὲ λύπης B. παύσω δὲ λύπης C.

significari, si versum hunc revoces post v. 1557, quod fecit G. Hermannus. R. K.

V. 1260. «Recte Scholiasta hoc tanquam θειότητος indicium a poeta positum esse existimat. Sic Nonno ὅρμα Neptuni ἄβροχον dicitur XI. 275. et XX. 158. ἀδίαντον XXI. 196. Bacchi ipsius ἄξων ἄβρεκτος XXIV. 111. Pantherae, Bacchi satellites, Hydaspem traiiciunt ἀδιάντω ὄνυχι XXI. 127. Exercitus eius ἀβρέκτοις πεδίλοις XXI. 169. Maenades denique ἀκλύστοισι πεδίλοις XXI. 187.» MUSGRAVIUS.

V. 1263. Λευκὴν κατ' ἀκτήν] Intellige Leucen insulam, quam eodem nomine commemorat in Iph. T. 436: Λευκὰν ἀκτάν, Ἀχιλῆος δρόμους καλλισταδίους, Εὔξεινον κατὰ πόντον. Vide, quos laudant intpp., Philostr. Heroic. p. 745 sqq. Pausan. III. 19, 11. Antonin. Lib. IX. 27. Schol. Pind. Nem. IV. 79. Conon. Narrat. XVIII. PFLUGK.

V. 1267. Σηπιάδος] Sacram hanc regionem Thetidi ceterisque Nereidibus fuisse docuimus initio adnotationis ex Herod. VII. 191. Schol. Apoll. Rhod. I. 582: Σηπιάς, ἀκρωτήριον ἐν Ἰωλκῷ, οὕτω κα-

Νηρέως γένεθλον, χαῖρε· ταῦτα δ' ἀξίως
σαυτῆς τε ποιεῖς καὶ τέκνων τῶν ἐκ σέθεν.
παύσω δὲ λύπην σοῦ κελευούσης, θεά,
καὶ τόνδε θάψας εἶμι Πηλίου πτύχας,
οὗπερ σὸν εἷλον χερσὶ κάλλιστον δέμας.
κᾆτ' οὐ γαμεῖν δῆτ' ἔκ τε γενναίων χρεὼν
δοῦναί τ' ἐς ἐσθλούς, ὅςτις εὖ βουλεύεται,
κακῶν δὲ λέκτρων μὴ 'πιθυμίαν ἔχειν,
μηδ' εἰ ζαπλούτους οἴσεται φερνὰς δόμοις;
οὐ γάρ ποτ' ἂν πράξειαν ἐκ θεῶν κακῶς.

ΧΟΡΟΣ.

πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων·
πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί·
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.
τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

V. 1280—1283. habet Stobaeus flor. LXXII. 3. t. III. p. 41.
V. 1280. εἰ χρὴ γαμεῖν χρὴ τὰ ἔκ τε γενναίων γαμεῖν Stob. δεῖ τ' C.
V. 1281. δοῦναι τεγ' C. δοῦναί τ' ἐπ' ἐσθλοὺς bcd.
V. 1282. κακῶν δὴ a pr. m. B.
V. 1283. ζαχρύσους Stob. εἴσεται [C]. δόμους a pr. m. B.
V. 1284. καλῶς a m. sec. B,C. Ceterum hunc versum ex Antiopa laudans Stobaeus flor. LXX. 10. t. III. p. 33. habet ἐς τέλος pro ἐκ θεῶν. Hoc loco omittendum censent Kirchhoffius et Nauckius.
V. 1289. τόδε τὸ πρᾶγμα B, fortasse etiam C.

λούμενον διὰ τὸ τὴν Θέτιν ἐνταῦθα εἰς σπηλίαν μεταβληθῆναι διωκομένην ὑπὸ Πηλέως. Huc refer v. 1278 sq. coll. Apollod. III. 13. 5. et Heynii Obss. p. 314 PFLUGK.

V. 1277. Παύσω δὲ λύπην κτέ.] Ex his verbis apparet iam laetum omnino esse fabulae eventum nec amplius ad tristitiam compositum, ut facile verum esse agnosci possit, quod ego dixi in prooemio p. XII. R. K.

V. 1284. πράξειαν] scil. οἱ οὕτω βουλευόμενοι, quod repetendum ex praecedentibus ὅςτις εὖ βουλεύεται. Vide ad v. 180. PFLUGK.

V. 1285 sqq. De hoc exitu vide quae diximus ad Med. v. 1415. p. 130. ed. Goth. sec. R. K.

ERFORDIAE,
FORMIS DESCRIPSERUNT HENNINGS & HOPF.

BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XI.

CONTINENS

EURIPIDIS MEDEAM, HECUBAM, ANDROMACHAM, HERACLIDAS.

ED.

AUG. JUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

EDITIO ALTERA,
QUAM CURAVIT
REINHOLDUS KLOTZ.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVIII.
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI DAV. NUTT. 270. STRAND.)

EURIPIDIS
TRAGOEDIAE.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM
INSTRUXIT

AUG. JUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

VOL. I. SECT. IV.

CONTINENS

HERACLIDAS.

EDITIO ALTERA,
QUAM CURAVIT
REINHOLDUS KLOTZ.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVIII.
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI DAV. NUTT. 270. STRAND.)

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ.

EURIPIDIS HERACLIDAE.

PROOEMIUM.

Heraclidas fabulam fuerunt qui graviter vituperarent atque in earum numero tragoediarum ponerent, quae neque inventionis sollertia laudabiles neque ita tractatae essent, ut in iis aut ingenii quandam vim excellentem aut magnam prudentiam agnosceres. Esse enim hanc fabulam ex eo genere, quod sit totum quasi ad captandam auram popularem compositum et temporis causa fictum atque conflatum videatur. Ab horum ego iudicio quum nullo sane studio ductus aut amoris occaecatus cupiditate, sed rei iniquitate motus vel maxime abhorream, tamen non imitabor eos, qui quae quodam praeclaro modo facta arbitrantur ambitiosius ad aliorum laudem atque admirationem commendare student, et illa saepe quasi ex mercennariis poetarum carmina sua recitantium auditoriis usurpant, P u l c r e! B e n e! R e c t e! sed breviter atque ita, ut et huic loco et meorum temporum rationi convenire puto, eas res commemorabo, quibus recte iudicandi praesidium contineatur.

Atque illud quidem recte dictum est, populare gratumque in vulgus huius fabulae argumentum esse; sed id qui putant ad reprehensionem valere oportere vehementer falluntur. Qua de re et dixi in praefatione et amplius dicendum est hoc loco atque, ut puto, alias saepe. Neque enim una et simplex huius

rei ratio est; de qua ne quid cupidius decernas, variae saepe viae deliberandi ineundae, magnaque et prudentia et doctrinae subtilitas adhibenda est. Omninoque de antiquo poeta nemo aut debet aut potest iudicare, nisi qui didicerit prius, illorum temporum qui mores et qualia studia fuerint, quo ne aut se ipse decipiat aut in errorem alios inducat nominum fraude, quae plerumque eadem rebus valde diversis imposita sunt. Quo in genere nulli frequentius graviusque peccaverunt quam ii, qui de poetis tragicis scripserunt: quorum in magna multitudine perpauci reperiuntur, qui inter illam veterem et hanc nostram tragoediam quid intersit, et probe intellexerint, nec id excidere unquam ex animo patiantur. Multo autem pauciores sunt qui, ut temporum discrimina agnoscant, pulcrum tamen aliud esse concedant, nisi quod a magistris probare didicerint.

Ac ne quis criminandi faciliorem quam meliora docendi provinciam me suscepisse dicat, tollam denique omnem dissimulationem et profitear nihil sane quod doctos homines atque egregie in his literis versatos ignorare existimem, sed quod a multis tamen, nec iis quidem exigua ingenii vi praeditis, mirabilem saepe in modum neglectum videam. Etenim Graecorum tragoedia non habet, tanquam civitas bene constituta legibusque devincta, ulla eiusmodi praecepta, quae si quis egrediatur, continuo ut iuris violator in iudicium atque ad poenam rapiatur; non formam ullam descriptam eiusmodi, qua ab omni vel scribentium vitio vel iudicantium errore satis cautum esse videatur; denique tanta est in hoc genere libertas, quantam probabile est ab iis usurpatam esse, qui, quid maxime probaretur, experiendo cognoscebant, neque inventis iam paratisque bonis fruebantur, sed in aliorum ipsi exemplum abituri erant.

Ecquid igitur quosdam quasi legibus solutos induco infinita potestate, vel potius licentia? artem, qua nihil moderatius, nihil quod magis expetat et quasi desideret rationis et consilii vincula, ad temeritatem et libidinem revoco? et tamen aut defendo aut etiam laudo? Nihil ego quidem horum facio, nec tanto me unquam piaculo obstringam: sed illud scio et intelligo, leges esse alias velut ab ipsa natura inventas atque in hominum animis insitas, alias more,

exemplo, auctoritate invaluisse: quarum illae sui semper similes sunt, neque eas disciplina imbibimus, sed nobiscum natas amplectimur; quas et Graeci tenuerunt et omnes omnium gentium poetae. Alterum genus inutile non dixerim: sed est tamen varium et mutabile, in quo qui nec doctrinae satis afferunt nec liberum incorruptumque praeiudicatis opinionibus animum habent, facillime errant faciuntque iniuriam iis, qui ab eo, quod ipsi probaverint, discrepant. Atqui in hoc genere aliud Graecis placuisse, aliud iis qui dissimillima vitae temporumque condicione nati sunt, quum coniectura probabile est, tum res ipsa docet. Quare videndum est, ne, dum nostra admiramur, illorum iudicium parum considerate reiiciamus, et negligamus illud, quod in omni re laudatur, ut suum cuique tribuamus. Atque ego quidem sic statuo: si quid in Graecorum poetarum carminibus ad imitandum non satis aptum sit, posse id tamen semel atque ab uno temptatum placere; si non receptum consuetudine usuque communi, id pro vitii argumento non esse habendum, denique si quid eiusmodi, quod ad aequales tantummodo pertineat, id ita laudandum esse, ut memoria ac cogitatione in prisca tempora redeamus, atque eo animo ad talia accedamus, quasi spectemus fabulam, non quasi legamus. Quod quidem si fecissent semper qui de Euripide iudicaverunt, non ego quidem tam ridiculam spem ac prope impudentem concipiam, ut eum ab omni vitio ac reprehensione vindicari posse putem; quod quis tandem aut in hoc poeta exspectet aut in quoquam postulet? veruntamen et lenius multa reprehendissent, et quae a nonnullis vehementer contemnuntnr vehementer laudanda esse intellexissent. Postremo illud velim cogitent qui hos poetas tractant, non esse eorum quasi vatum ac divinorum caecum quendam furorem, sed plena omnia consilii, ut, si quid novum atque insolens acciderit, id non repudiandum potius quam quae eius rei causae rationesque fuerint investigandum videatur.

Id nunc facere in Heraclidis Euripidis propositum est. Quae fabula argumentum habet ex iis rebus depromptum, quae quum ad rei publicae Atheniensium laudem illustres, tum temporum ratione gratae atque in illis gravissimi belli turbis, quod Lace-

daemoniorum auspiciis, viribus universae prope Graeciae contra Athenienses gestum est, valde populares essent. Nam etsi quo anno acta sit haec fabula, nec testis ullus exstat, nec coniecturam de ea re satis certam capere licet, illud tamen dubitari non potest, quin superstitum Euripidis tragoediarum nulla antiquior sit quam Medea, quae edita est Olymp. 87, 1. Ex quo sequitur quum ceteras fabulas tum Heraclidas doctam esse tempore belli Peloponnesiaci. Hoc igitur bellum quibus de causis susceptum sit et quae vel consilii ratio vel discriminis vis ac necessitas Graeciam ad civilia arma compulerit, aliorum est inquirere; iis quidem ipsis, qui petebantur, et qui coram populo verba faciebant, scelus illud ac prope parricidium videbatur. Praecipue autem illa haesit invidia in Lacedaemoniis, qui cetera quidem communia cum universa Graecia beneficia habuerunt; illud his singulare contigerat, quod Herculis liberi, cuius de stirpe reges etiam tum Spartae creabantur, profugi olim atque Eurysthei opibus oppressi, Atheniensium non modo sedibus hospitioque recepti, sed etiam armis defensi sunt. Atque horum etiam patrem, dum in vivis esset, datis acceptisque beneficiis coniunctum habuerant, et postquam ad superos evasit, primi caelestibus honoribus affecerant. De his testis est Diodorus Siculus Lib. IV, 39: *Ἀθηναῖοι πρῶτοι τῶν ἄλλων ὡς θεὸν ἐτίμησαν θυσίαις τὸν Ἡρακλέα, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις παράδειγμα τὴν ἑαυτῶν εἰς τὸν θεὸν εὐσέβειαν ἀποδείξαντες προετρέψαντο τὸ μὲν πρῶτον ἅπαντας Ἕλληνας, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀνθρώπους ἅπαντας ὡς θεὸν τιμᾶν τὸν Ἡρακλέα.* Quanquam eam sibi laudem haud iniuria, ut videtur, pars populi Attici, Marathonii, vindicabant, atque a se coeptam hanc caerimoniam ferebant, teste Pausania Lib. I, 14, 3. 32, 4. Ac fani Herculis, quod apud illos fuit, mentionem iniecit Herodotus VI, 108. 116. Heraclea Marathonia haud uno loco celebrat Pindarus (vide Boeckhii Explicatt. p. 193.). Eundem etiam aliis in locis Atticae cultum esse constat (C. O. Müller. Dor. T. I. p. 438.), maxime in eo gymnasio, quod Cynosarges dicebatur (cf. Menag. ad Diog. Laert. VI. 13.). Ipsis belli Peloponnesiaci temporibus, quum Athenienses morbo gravissimo vexarentur, no-

vum dedicatum est templum Herculis Averrunci sive *Ἀλεξικάκου* in eo pago, cui Melite nomen fuit (Schol. Aristoph. Ran. 504. Apollodorus apud Zenob. V, 22. p. 395. Heyn. Mueller. l. c. p. 455.). Eodem loco accidisse dicunt, quod ante Herculem nemini alienigenarum contigerat, ut adoptione adscitus a Pylio mysteriis initiaretur (Apollod. II. 5, 12. Heyn. Obss. p. 176). Natalem Herculis, *τὴν τετράδα*, conviviis celebratum constat (Meinek. ad Menandr. p. 110. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 425). Ac fuit idem affinitatibus Atticarum familiarum immixtus, ut Lysidis, nobilissimi adolescentis, de quo est apud Platonem Lys. p. 205. C. Sed multo clarior illa necessitudo est, quae ei intercessit cum Theseo, de qua et Euripides dixit in Heraclidis v. 208., et luculenter sane Plutarchus in vita Thesei c. 8. Quare hunc et virtutis suae aemulum et socium expeditionis adversus Amazonas susceptae habuit; postremo quum ad inferos Hercules descendisset, Theseum, nimiae amicitiae poenas luentem vinctumque, quod cum Pirithoo Proserpinam raptum isset, liberavit.

Sed ad Heraclidas redeo, qui defuncto patre et mortalibus curis exempto Mycenis profugerunt atque ad Ceycem, hospitem paternum, Trachine habitantem se contulerunt. Unde eiecti vi minisque Eurysthei, multorum frustra implorato auxilio, Athenis tandem invenerunt ubi ex longinquo errore atque a fugae miseriis requiescerent. Historiam narrat Apollodorus Biblioth. II, 8, 1: *Μεταστάντος δὲ Ἡρακλέους εἰς θεούς, οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα πρὸς Κήϋκα παρεγένοντο· ὡς δὲ ἐκείνους ἐκδιδόναι λέγοντος Εὐρυσθέως καὶ πόλεμον ἀπειλοῦντος ἐδεδοίκεσαν, Τραχῖνα καταλιπόντες διὰ τῆς Ἑλλάδος ἔφυγον. Διωκόμενοι δὲ ἦλθον εἰς Ἀθήνας καὶ καθεσθέντες ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν ἠξίουν βοηθεῖσθαι· Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἐκδιδόντες αὐτοὺς πρὸς τὸν Εὐρυσθέα πόλεμον ὑπέστησαν, καὶ τοὺς μὲν παῖδας αὐτοῦ Ἀλέξανδρον, Ἰφιμέδοντα, Εὐρύβιον, Μέντορα, Περιμήδην ἀπέκτειναν· αὐτὸν δὲ Εὐρυσθέα φεύγοντα ἐφ' ἅρματος καὶ πέτρας ἤδη παριππεύοντα Σκειρωνίδας κτείνει διώξας Ὕλλος. Καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν ἀποτεμὼν Ἀλκμήνῃ δίδωσιν· ἡ δὲ κερκίσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν αὐτοῦ.* In his sunt tamen quae neque cum aliis scriptoribus nec cum Euripide conspirent, ut,

qui tragicos plerumque poetas ac saepe Euripidem sequutus est, Apollodorus in hac re alium auctorem habuisse videatur. Ac proxime ad illum accedit Diodorus Siculus Lib. IV, c. 57., discrepat aliquid, qui Pherecydem sequutus est, Antonius Liberalis fab. 33. Eurysthei necem in Attica breviter tetigit Thucydides I. 9, accuratius Strabo VIII. p. 377. Casaub. 209. Tauchn.: *Εὐρυσθεὺς μὲν οὖν στρατεύσας εἰς Μαραθῶνα ἐπὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας καὶ Ἰόλαον, βοηθησάντων Ἀθηναίων, ἱστορεῖται πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ· καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα Γαργηττοῖ ταφῆναι, τὴν δὲ κεφαλὴν χωρὶς ἐν τῇ Κορίνθῳ* (*ἐν Τρικορύθῳ* C. O. Muellerus Dor. T. I. p. 55. recte, ut opinor), *ἀποκόψαντος αὐτὴν Ἰολάου περὶ τὴν κρήνην τὴν Ἀκαρίαν* (corrige *Μακαρίαν* auctore Heynio ad Apollod. p. 203.) *ὑπὸ ἁμαξιτόν* (?). *καὶ ὁ τόπος καλεῖται Εὐρυσθέως κεφαλή.* Denique Pausanias I, 44, 10, ubi de Scironis rupibus pervulgata illa memoravit, *προελθοῦσι δέ*, inquit, *ἐς τὸ πρόσω μνῆμά ἐστιν Εὐρυσθέως· φεύγοντα δὲ ἐκ τῆς Ἀττικῆς μετὰ τὴν πρὸς Ἡρακλείδας μάχην ἐνταῦθα ἀποθανεῖν αὐτὸν ὑπὸ Ἰολάου λέγουσιν.*

Ab his omnibus quae diversa habet Euripides partim ab aliis auctoribus duxit, partim non sine idonea ratione finxit. Ac primum, nisi fallor, non sponte Heraclidas cedentes Trachine, sed iussos a Ceyce propter Eurysthei metum fecit, etsi Ceycis ne nomen quidem memoravit, idque, ut in re homini cetera optimo minime decora, satis prudenter. Idem tradidit Hecataeus, cuius ipsa verba conservavit Longinus *π. ὕ.* c. 27 (Fragm. antiq. hist. ed. Creuzer. p. 54.): *Κῆϋξ δὲ ταῦτα δεινὰ ποιούμενος αὐτίκα ἐκέλευε τοὺς Ἡρακλείδας ἐκχωρεῖν. Οὐ γὰρ ὑμῖν δυνατός εἰμι ἀρήγειν· ὡς μὴ ὦν αὐτοί τε ἀπόλησθε κἀμὲ τρώσητε, ἐς ἄλλον τινὰ δῆμον οἴχεσθε.* Misericordiae aram plerique sane scriptores in hac historia memorant, indicati ab I. Tayloro ad Lysiam p. 69 Reisk. Quae erat in media Athenarum urbe, teste Pausania I, 17, 1. Euripides supplices ad *Διὸς Ἀγοραίου βωμὸν* consedisse dicit (v. 70. 80. 122.), qui Marathone fuisse putandus est. Nam eo loco, ut loquuntur Grammatici veteres, *ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται*, quod docet v. 32. et v. 80. Qua quidem in re prorsus cum Euripide conspirat Strabo, cuius verba supra posui, nec dissentit, qui

Heraclidas *τὴν τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς* tenuisse dicit, Antonius; denique et Diodorum facile ad consensum revoces, ut qui Lib. IV, 57. Tricorythum, unum ex quattuor illis pagis, libro autem XII, 45. universe *τετράπολιν* memoret. Longius discedit Apollodorus, qui sane Marathonem et ipse obtinuisse Heraclidas tradit, sed reduces ex Peloponneso, quam victo occisoque Eurystheo occupatam anno post pestilentia depulsi rursus reliquerant. Sed Iovis Agoraei aram vereor ne Athenis Marathonem transtulerit Euripides. Auctor Hesychius T. I. p. 62: *Ἀγοραίου Διὸς βωμὸς Ἀθήνησι.* et Grammaticus Bekk. Anecd. vol. I. q. 327, 9: *Ἀγοραῖος Ζεὺς Ἀθήνησι καὶ Ἑρμῆς.* p. 338, 32: *Ἀγοραῖος Ζεύς: βωμὸς Ἀθήνησιν ὃς ἐκαλεῖτο ἀγοραίου Διός.* Atque hanc aram nata mihi est suspicio eandem esse, quae dicitur *βωμὸς Ἐλέου*, cuius nominis inde ratio repetenda videtur, quod in ea ara *ἱκετηρία* poni soleret.

Nihil apud ullum eorum scriptorum, quos indicavi, de Copreo, Eurysthei praecone, nisi quod eius ministerio usum esse eundem adversus Herculem constat ex Hom. Il. *ο*, 639. et Apollod. II, 5, 1. Unum invenio Philostratum, qui aliquid ad rem tradiderit. Nam is in Vit. Soph. I. p. 550. de Herode Attico scribit: *μετεκόσμησε δὲ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐφήβους ἐς τὸ νῦν σχῆμα, χλαμύδας πρῶτον ἀμφιέσας λευκάς· τέως γὰρ δὴ μελαίνας ἐνημμένοι τὰς ἐκκλησίας περιεκάθηντο· καὶ τὰς πομπὰς ἔπεμπον, πενθούντων δημοσίᾳ Ἀθηναίων τὸν κήρυκα τὸν Κοπρέα, ὃν αὐτοὶ ἀπέκτεινον τοὺς Ἡρακλείδας τοῦ βωμοῦ ἀποσπῶντα* *). Etsi caedem quidem Coprei aut ignoravit Euripides aut dissimulavit; apud quem minas ac prope iam iniectam manum, sed nihil ultra verba, ut in populo divini humanique iuris observantissimo, videas (v. 271.). Ne de Demophonte quidem, quem tum regem Athenarum videmus, auctor ullus, nisi Pherecydes; nam Diodorus IV, 57. et Pausanias I, 32. Theseum etiam tum superstitem fuisse tradunt. Videlicet huic imputabant Athenienses quid-

---

*) Hunc locum neglexerunt qui de chlamyde ephebica scripserunt, Locella ad Xenoph. Ephes. p. 157. et Iacobsius Animadv. ad Anth. Gr. I. 1. p. 24.

quid illis temporibus praeclare gestûm videretur; filios Thesei post cyclicos poetas maxime ornaverunt tragici.

Illud vero permirum est, nec Macariae nec Iolai ab Apollodoro mentionem iniectam esse. Ac Macaria, quam in LXXII liberis unam Hercules filiam genuisse dicitur (Antig. Caryst. c. 120. aliter Eurip. Heracl. v. 41.), digna sane fuit propter animi magnitudinem et Hercule patre et Euripidis praeconio. Quae, quum oracula virginis immolationem poscerent, ut hostium acies vinci posset, ultro nec sortis fortunam experta caput suum obtulit, seque pro civium propinquorumque salute devovit. Ex quo haesit eius nomen in fonte prope Marathonem atque, ut putant, in proverbio *βάλλ' εἰς μακαρίαν*, de quo memoriae prodiderunt Schol. Aristoph. Equit. v. 1159 Dind. Suidas vol. I. p. 413. Zenob. II, 61. Timaeus Lex. Plat. p. 59., ubi vid. Ruhnk.

Iolaum, Herculis ex fratre filium eiusque et aurigam et laborum voluntarium socium, commemorant sane Diodorus, Straboque et Pausanias; sed horum nemo meminit rei valde admirandae, de qua Graecorum soli, quod sciam, Pindarus et Euripides mentionem fecerunt; eandem breviter perstrinxit Ovidius Metam. IX. 397. Pindari verba haec sunt Pyth. IX. 81.

ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως
παντὸς ἔχει κορυφάν· ἔγνων ποτὲ καὶ Ἰόλαον
οὐκ ἀτιμάσαντά νιν ἑπτάπυλοι Θῆβαι· τὸν, Εὐρυ-
σθῆος ἐπεὶ κεφαλὰν
ἔπραθε φασγάνου ἀκμᾷ, κρύψαν ἔνερθ' ὑπὸ γᾶν
διφρηλάτα Ἀμφιτρύωνος
σάματι, πατροπάτωρ ἔνθα οἱ Σπάρτων ξένος
κεῖτο λευκίπποισι Καδμείων μετοικήσαις ἀγυιαῖς.

Ad quem locum Schol. *ὁ γὰρ Ἰόλαος τεθνηκώς, ἐπειδὴ ἔμαθεν Εὐρυσθέα ἐξαιτούμενον παρ' Ἀθηναίων τοὺς Ἡρακλείδας καὶ ἐπαπειλοῦντα πόλεμον, εἰ μὴ δώσουσιν, εὔξατο ἀναβιῶναι* (vel, ut alius schol., *ἐπὶ μίαν ὥραν ἡβῆσαι*), *καὶ ἀναβιοὺς ἀπέκτεινε τὸν Εὐρυσθέα καὶ πάλιν τέθνηκεν· οἱ δὲ πρὸς τὸ πιθανώτερον ἕλκουσι τὴν ἱστορίαν, ὅτι γέρων ὢν ηὔξατο ἀνηβῆσαι, καὶ τελέσας τὸν ἆθλον εὐθέως ἐτελεύτα.* Hoc ipsum, nisi quod de morte, quam statim consequutam esse

ait scholiastes, reticuit, Euripides sequutus est: cui fortasse ne illius quidem dissensionis causa idonea defuit. Pausanias quidem, quem suspiceris ea ipsa rettulisse, quae domesticis Atheniensium fabulis celebrarentur, Lib. I. 29. 5. *Ἀθηναῖοι δέ*, inquit, *ἰδίᾳ μετ' Ἰολάου τε ἐς Σαρδὼ καὶ δεύτερα ἐς τὴν νῦν Ἰωνίαν ἐστράτευσαν, καὶ τρίτον δὴ τότε ἐς τὴν Θρᾴκην*. Pindarus utrum senem et ipse Iolaum, ut putat C. O. Müllerus Dor. T. I. p. 55, 3., recuperato iuventae flore, istud facinus perpetrasse, an defunctum prius, in vitam redisse crediderit, anceps sane et difficile diiudicatu est: sed ego tamen me fateor in eam sententiam propendere, ut hunc poetam id, quod est insolentius propiusque, ut videtur, ab huius fabulae origine abest, sequutum esse censeam.

Sed Euripidem in Iolai persona reprehendit Elmsleius in adnotatione ad v. 39, ridicule poetam fecisse arbitratus, quod Iolaum simul et Alcmenam, nepotem et aviam, senes induxerit. Qua quidem in re fefellit ratio virum doctissimum. Neque enim Euripidis hoc peccatum est, si modo peccatum est; sed in ea re, ut docent scriptorum testimonia supra exposita, veterem famam sequutus est. Ac nescio an aliud quoque genus defensionis pateat. Neque enim putavit, ut opinor, fore qui in tanta rerum quae agerentur gravitate computaret, quo illi inter se gradu affinitatis distarent, praesertim quum id ipse nusquam indicasset. Unam omnino rem invenio, in qua non habeo quem auctorem sequutum esse Euripidem dicam. Nam Eurystheum quum ceteri in pugna occisum tradidissent, ipse vivum ad Alcmenam adductum fecit *): qua de re amplius quaerere operae pretium est. Etenim et cetera satis prudenter instituit, velut quod Iolai illam admirabilem conversionem aetatis non visu, sed nuntii oratione, ac ne eius quidem *αὐτόπτου*, nos cognoscere voluit; et cur communem famam relinqueret idoneam rationem ha-

*) Scripsit sane etiam Isocrates Paneg. §. 59. *Εὐρυσθεὺς δὲ βιάσασθαι προσδοκήσας αὐτὸς αἰχμάλωτος γενόμενος ἱκέτης ἠναγκάσθη καταστῆναι κτλ.* Sed hunc vix dubites aut Euripidem aut alium qui idem tradiderit poetam tragicum sequutum esse.

buerit necesse est, praesertim quum fore intelligam quibus Alcmenae illa in extrema fabula muliebris iracundia atque in victum acerbitas displiceat. Qua de re ita disputabo, ut simul omnem fabulae rationem aperiam, speroque id me consequuturum, ut non modo venia, sed etiam laude dignus videatur poeta, si minus iis, qui vetera et recentia aut nequeunt discernere aut nolunt, at illis tamen, qui de causa non solent, antequam cognorint, iudicare. Etenim si quem hodie eae res, quae hac fabula tractantur, minus delectant, at longe aliter videri debuit Atheniensibus. Qui quibus in rebus summam laudem posuerunt, ut et pietate erga deos praestare omnibus et in miserorum patrocinio suscipiendo fortissimi viderentur *): earum rerum longe clarissimum exemplum in scaena exhibitum viderunt: idque et gratum propterea, quod tanti beneficii oblivio Lacedaemoniis exprobraretur quodammodo, et bonae spei plenum ad reliqua belli. Nec recte obieceris rem esse ex eorum temporum memoria repetitam, de quibus ne docti quidem homines quidquam certi tenerent: quoniam non illud nunc quaeritur, quam vere haec atque talia dicantur, sed quam valde probata fuerint. Atque Athenienses quidem quanti istam gloriolam fecerint, hoc potest argumento esse, quod eiusdem rei mentio iniecta est in decreto populi, quod est apud Demosthenem de Coron. §. 186. Ex quo minime mirum est eam oratorum laudibus celebrari, ut Isocratis Panegyr. §. 56. Panath. §. 194. Lysiae Epitaph. §. 11. Demosthenis, sive quis alius auctor est, Epitaph. §. 8. Aristidis vol. I. p. 175. Dind. Oratorum consuetudinem imitatus est Herodotus in iis, quae dicentem fecit Atheniensium nescio quem Lib. IX. c. 27. Nec Lacedaemonii quidem veteris famae auctoritatem spernere ausi sunt: quorum quum in illo funestissimo bello expeditiones quotannis in Atticam fierent et longissime pateret populatio, iis tamen locis abstinuerunt, in quibus supplices quondam Heraclidae consedisse dicerentur, teste Diodoro XII. 45. et Istro apud Schol. Soph. Oed. Col. 701. Sed quam non modo

*) Diodor. Sic. XIII. 26.

aptum temporibus argumentum Euripides delegerit, verum etiam exitum fabulae praeclare instituerit, non opinione et coniectura, sed scriptorum testimoniis demonstrari posse puto. Etenim, ut fit in magno discrimine, ut intentius homines res divinas prodigiaque et vatum praedicta rimentur, tantum illo tempore ac tam insanum oraculorum veterum studium exarserat, ut id nec Thucydides, ceteroqui talium nugarum contemptor, praetereundum putarit (II. 54), et eadem res comicis poetis ridendi materiam praebuerit. Vide Aristophanis Equit. v. 804. 825. 967. inprimis autem v. 1003 seqq. Avium v. 956 seqq. Neque alienum fuerit hoc loco meminisse oraculorum, quae collecta a Pisistratidis et in arce asservata Cleomenes rex Spartam detulit: in quibus ea scripta fuisse de Atheniensibus tradit Herodotus Lib. V. c. 39, ut Lacedaemonii a summa benevolentia ad suspicionem ac paene ad hostilem in illos animum mutarentur. Quae quum ita sint, non dubito laudare poetae inventum, qui Eurystheum non prius de vivis sublatum fecerit, quam civitati et supplicum miserorumque conservatrici et in hostes devictos clementi fausta omnia edidisset: in quibus sic puto et cives Euripidis acquiescebant et ego acquiesco, ut non solum nihil desiderem amplius, verum etiam corrumpi illud, quidquid ex vaticiniis sanctitatis et gravitatis accesserat, censeam.

Sed cave putes ita nos haec scribere, ut quovis modo laudare Euripidem cupiamus: quem non sic diligimus atque in deliciis habemus, ut eius etiam naevis delectemur. Quare dicam de rebus nonnullis, in quibus est sane quod haereas. Ac primum mireris, quid illum impulerit, ut Demophonti, qui solus regis partes peragit, adiungeret fratrem Acamantem (v. 118 seq.) quasi *κωφὸν δορυφόρημα* *). Huic rei vide an satisfaciat, quam unam reperio, excusatio. Etenim quum vetus illa et simplex ratio ac consuetudo tragoediae tertias partes fere regibus tribuisset, nec facile fieri posset, ut aut dividerentur inter duas personas quae unius essent, aut aliud fingeret poeta,

---

*) Cf. Spanhem. ad Aristoph. Ran. 940. vol. III. p. 230. ed. Lips. Lobeck. ad Soph. Ai. 1104.

quod ab antiqua fama vulgique opinione discreparet, Thesidas fratres simul regni munia obiisse: nihil sane relinquebatur, nisi ut alterum fratrum, quamvis in scaena ostentatum, ab actione tamen ipsa procul haberet et satellitum, quibus stipatus haud dubie introiit Demophon, agmini quasi ducem adiungeret. Qua de re certius iudicare liceret, si veteribus poetis, qui non scribebant modo fabulas, sed etiam docebant, idem placuisset, quod faciunt hodie, ut quasdam quasi notas brevesque admonitiones adiicerent, quas sequerentur qui vel legere eorum scripta vel ipsis non ut olim moderantibus in scaenam inducere vellent. Nunc vero et illud coniectura nititur, quod Demophontem dixi non sine stipatorum comitatu incessisse, et, quoniam talia in personarum indice annotari non solebant, item de illis ex ipsa fabula coniectura capienda est, quos praeterea poeta induxit. Sunt autem satis multi. Nam et Herculis prolem virilem, quae quidem adhuc tenera aetate esset, una cum Iolao ad aram constituit; cuius rei quum multa indicia sint, satis est memorare v. 40. 122 seqq., et Nuntius, qui Eurystheum captum adducit v. 928, non solus, sed circumfuso militum e pugna redeuntium agmine intrare putandus est. Quos v. 1050 *δμῶας* appellat Alcmene: scilicet eadem illi condicione fuerunt, qua pui v. 30 inducitur *Ὕλλου πενέστης*. Postremo v. 41 mentio fit etiam puellarum. Hae in conspectum non prodierunt, sed in templo, cuius adversae fores conspiciebantur, sepositas tutabatur Alcmene; commemoratque Iolaus, cur procul a multitudine habeantur:

> *νέας γὰρ παρθένους αἰδούμεθα*
> *ὄχλῳ πελάζειν κἀπιβωμιοστατεῖν.*

Huic rationi aliam adiicias licet, quae in eo posita est, quod illum puellarum coetum finxit poeta contra historiam: neque enim, ut supra monui, ullam Hercules filiam genuisse dicitur praeter Macariam, quam non dubitavit e penetralibus producere.

Sed in Macariae rebus altera offensionis causa est. Haec enim quum fortissimo animo mortem pro fratrum salute oppetere decrevisset, et discedit ignorante Alcmena, neque absens postea ab avia desideratur; denique ne nuntius quidem, qui de pugna re-

fert, eius immolationem nisi breviter suppressoque ipsius nomine commemoravit. Quae res eo maiorem excitat admirationem, quod talis obitus egregiam studioseque alias quaesitam Euripidi materiam orationis et ad luctum compositae et splendidis sapientium sententiis ornatae suppeditare poterat. Non latuit ea res Schlegelium et Hermannum: quorum ille in eo libro, quem scripsit de arte dramatica, vol. I. p. 260 graviter reprehendit Euripidem. Sed contra Schlegelium disputare non libet, iniquum huius poetae censorem, in iis vero, quae scripsit de Heraclidis, tam negligenter versatum, ut facile adducaris virum egregium iocari tantummodo voluisse. Hermanni sententiam perscripsit A. Matthiae vol. VIII. p. 257 his verbis: „Fabulae extrema pars videtur intercidisse, in qua fieri non poterat, quin de Macaria referretur, eaque res solitis celebraretur lamentis. Potuerunt in ea fabulae parte locum habere duo isti trimetri, quos Stobaeus in Floril. Tit. LXXIX. (p. 335. Grot. LXXVII. p. 454. Gesn.) ex Heraclidis affert. Quanquam in ed. Trincav. omissum est fabulae nomen *)." Trimetri illi sunt apud Stobaeum Gaisfordii vol. III. p. 92.

---

*) Dixit de hac re etiam A. Nauckius in praef. p. XXVII sq. et Kirchhoffius ad v. 627., ad quem locum is haec adnotavit: Post hunc versum multa desunt; intercidere enim nuntii sive Demophontis de morte Macariae narratio et Alcmenae matris [aviae?] lamentationes cum chori cantico integro. novit hanc fabulae partem auctor argumenti: *ταύτην μὲν εὐγενῶς ἀποθανοῦσαν ἐτίμησαν· αὐτοὶ δὲ τοὺς πολεμίους ἐπιγνόντες παρόντας εἰς τὴν μάχην ὥρμησαν.* cf. schol. Aristoph. Equitt. 1151. monuit ea de re Hermannus, male is tamen extremam fabulae partem desiderari pronuntians. recte contra idem videtur huc retulisse quae ex Euripidis Heraclidis apposuit Stobaeus LXXIX. 3. III. p. 92. et auctiora Orion anth. 6. 7. p. 56:

ὅστις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,
ὅδ' ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῖς φίλος.
ὅστις δὲ τὼ φύσαντε μὴ τιμᾶν θέλει,
μή μοι γένοιτο μήτε συνθύτης θεοῖς
μήτ' ἐν θαλάσσῃ κοινόπλουν στέλλοι σκάφος.

accedit schol. Aristoph. Equitt. v. 214: *τάραττε καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα] παρῴδησε γὰρ τὸν ἴαμβον ἐξ Ἡρακλειδῶν Εὐριπίδου.* addit Nauckius versus, quos cum lemmate *Εὐριπίδης Ἡρακλεῖ* [quod Nauckius fortasse legendum esse ait: *Ἡρακλείδαις*] habet Stobaeus Fl. VII. 9. I. p. 175., omisso et poetae et fabulae nomine citat Plutarchus mor. p. 447:

ὅςτις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,
ὁ δ' ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῖς φίλος.

Quos ex incerto dramate petitos censuit Valckenarius Diatr. Eurip. p. 228; cur ad illam funebrem Macariae laudationem pertinuisse putemus, nullum ex ipsis argumentum duci potest; denique illud ipsum valde dubium est, utrum ad Heraclidas referendi sint necne, quum propter librorum dissensionem, tum quod Stobaeum in commemorandis scriptorum nominibus librorumque titulis perambiguae fidei esse constat. Postremo noluit omnino poeta, ut equidem arbitror, pluribus verbis virginis immolationem ornare: qua in re si quid peccavit, at illud et leve peccatum est, quippe quod in eo tantum positum sit, quod eam rem paullo aliter, atque in vita communi fieri consuevisset, tradiderit, et compensatum est iis rebus, quas multo pluris facere debuit. Etenim Alcmena si de imminente Macariae nece rescivisset, quid aliud nisi aut virginis voluntati repugnare aut necessitatem deflere potuit? Quae res plurimum sane tristitiae offudisset rebus laetissimis. Sic enim et supra dixi et iterum dico institutam esse ab Euripide hanc tragoediam, ut et pietatem Atheniensium illustri simulque hostibus patriae suae acerbo exemplo ostendere et ex regis potentissimi clade felicem civibus suis belli quod tum gerebatur exitum augurari voluisse videatur. Quare nolo sane laudare poetam, quod quae minus ad rem pertinerent non eadem, qua reliqua, diligentia persequutus est: sed et illam reprehensionis acerbitatem iniquam censeo, et quam Hermannus movit suspicionem relinquendam iudico.

Ducit nos ipse iam disputationis cursus ad alium quendam versum, quem ex Heraclidis Euripidis *παρῳδημένον* dicit Schol. Aristoph. Equit. 214.

Τάραττε καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα.

Cuius nihil simile in ea, quam superstitem habemus, fabula inveniri monuit Elmsleius ad v. 11. Sed digna sunt quae expendantur reliqua illius annotationis: „Nescio cuius Pamphili Heraclidas memorat

---

τὸ μὲν σφαγῆναι δεινόν, εὔκλειαν δ' ἔχει·
τὸ μὴ θανεῖν δὲ δειλόν, ἡδονὴ δ' ἔνι.

Quibus non habeo quod adiiciam. R. K.

Aristophane Plut. 385. Picturane an tragoedia fuerint Pamphili Heraclidae, incertum est. Grammaticorum coniecturas recenset Scholiastes." In his nihil sane decernit vir doctissimus: pronus tamen videtur in eam sententiam, ut tragoediam putaret fuisse et inde ductum esse eum versum, quem parodia risisse dicitur Aristophanes. In eadem sententia fuit olim C. O. Muellerus Dor. T. I. p. 55, sed retractavit eam in Prolegg. mythol. p. 400, docuitque nuper de Pamphilo Amphipolita pictore, quem magistrum Apelles habuit, cogitandum esse I. Sillig. Catal. Artif. p. 313 seq. Relinquitur, ut Equitum interpres in illo versu, quem neque Euripidis esse nec Pamphilo tribui posse vidimus, aut erraverit omnino aut Euripidem pro alio poeta tragico nominaverit. Cuiusmodi peccata apud istos scriptores haud raro viri docti animadverterunt. Ac scripsit Heraclidarum nomine tragoediam Aeschylus: sed eius tam obscura memoria est et reliquiae adeo tenues (apud Schützium vol. V. p. 56 s. [Tragicorum Graecorum fragm. ed. A. Nauck. (Lips. 1856) p. 19.]), ut sine summa temeritate ne coniecturam quidem periclitari possis. Sophoclis eodem, ut videtur, argumento fuit Iolaus: unde adumbrata esse nonnulla ab Aristophane in Equitibus Scholiastae indicio novimus. Sunt autem haec, v. 501. ed. Dind.:

ἀλλ' ἴθι χαίρων καὶ πράξειας
κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν, καί σε φυλάττοι
Ζεὺς ἀγοραῖος· καὶ νικήσας
αὖθις ἐκεῖθεν πάλιν ὡς ἡμᾶς
ἔλθοις στεφάνοις κατάπαστος.

Ubi Schol. *ταῦτα δὲ παρὰ τὰ Σοφοκλέους ἐξ Ἰολάου.* Ac sunt illa sane eiusmodi, ut ne verbo quidem mutato — etsi omnia a Sophocle sumpta esse non probabile est — potuerint aptissime pronuntiari a choro, digrediente ad pugnam Iolao. Praeterea illud animadvertas velim, hoc quoque loco commemorari *Δία Ἀγοραῖον*: quem etsi disputat Schol. cur apte ad rem memoraverit Aristophanes, tamen magna suspicio est ex fabula Sophoclea huc translatum esse. Atque ex eadem vide ne ductus sit is, a quo processit disputatio nostra, Equitum versus 214, qui non inepte poni potuit in altercatione chori cum Eurysthei praecone.

Sed video me in eiusmodi materiam atque in tam lubricam disserendi viam incidisse, quam si semel ingressus fueris, difficile sit et errorem cavere et temeritatis crimen evitare. Quare haec quidem iam relinquam, et ad illud transgrediar, quod solum restare videtur, ut de tempore editae fabulae Euripideae quaeratur. De quo coniecturam proposuit A. Boeckhius (de Trag. Gr. p. 190.), cuius ipsa verba afferam:

„Postremo etiam Heraclidae ad res publicas pertinet: ex conviciis in Argivos ibi iactis apparet doctam esse, quum bellum Argivi pararent adversus Athenienses; quod longius foret, si vellem singillatim persequi: unus sufficiat locus vs. 285.

Φθείρου· τὸ σὸν γὰρ Ἄργος οὐ δέδοικ' ἐγώ, etc.

Cf. praecipue vss. 354 sqq. 759 seqq. etc. Itaque coniicio actam tragoediam Ol. XC, 3, quum rupto foedere Argivi pacem cum Laconibus facerent, Atheniensibus autem bellum inferrent, efficientibus optimatibus (Thucyd. V, 76 sq.), qui ipsi in Heraclidis Euripidis iniuriam faciunt: anno tamen proximo, restituto Argis populari imperio, cum Atheniensibus in gratiam redeunt (Thucyd. V, 82. coll. Dodwell. Annal. Thucyd. p. 687.), unde calculus noster fit etiam firmior."

Haec Boeckhius, cuius, fateor, satis probabilis disputatio est. Sed ego si non singula verba et quasdam callide quasi exceptas ex ore loquentium sententias specto, sed universam fabulam perpendo, illud quidem assentior viro praestantissimo, et quivis, ut opinor, harum rerum non rudis, quod eam ad res publicas pertinere censet: sed pleraque video ita comparata esse, ut ad Lacedaemoniorum inimicitias multo aptius, quam ad illam Argivorum defectionem, et brevem et priusquam hostilia perpetrarentur rursus compositam, referri possint. Atque indicabo nonnulla, quae hanc coniecturam firmare videantur, sed fassus prius singula, si seorsim spectentur, esse leviora, et ita me aliquid ex his effici posse putare, si in unum omnia conveniant. Etenim Atheniensium in supplicibus fides ac religio facile admonet Lacedaemoniorum in iisdem perfidiae ac crudelitatis: cuius insigne documentum fuit, quod omnibus illo tempore in ore et sermonibus erat, *τὸ Ταινάριον*

ἄγος. Iidem prorsus contra morem Graecorum atque aliter ac fit ab Atheniensibus in Eurystheo (vid. Heraclid. v. 966. et adnot.) Plataeenses in deditionem acceptos necaverunt. Tum sunt quaedam indicia pacis haud ita pridem disiectae, ut v. 377, volebantque Athenienses provocati potius ad bellum quam id sponte sumpsisse videri: quod item fit in hac fabula. Expeditionum in Atticam factarum mentio v. 1034 aperte spectat Lacedaemonios: quae quidem certe maiorem vim habitura erat, si brevi temporis spatio illam, de qua supra dixi, violandae tetrapoleos religionem consequeretur. Quae res erat eiusmodi, ut et veterum fabularum memoriam renovare et vaticinio ab Eurystheo accepto aliquid fidei conciliare posset. Denique si quis ipsum Spartanorum nomen requirit, ne hoc quidem abest, memoratque Iolaus v. 740 Spartae excidium ab Hercule illatum ita, ut de consilio poetae nemo dubitare possit. Scilicet, ut eius rei mentionem iniicere posset, finxit Euripides, quod nemo praeter illum tradidisse videtur, Iolaum huius expeditionis socium fuisse. Ceterum quod saepius multo, et magna quidem cum invidia, Argivi nominantur, nemo obiecerit. Nempe hoc ferebat argumenti ratio: quo quidque traheretur et quid indicare poeta voluisset, aliud iudicium erat, nec verba premenda sunt, sed illud animo repetendum, quo modo affecti cives ipsius ad spectandam fabulam accesserint. His igitur rationibus adducor, ut aliud tempus inveniendum putem atque illud est, quod a Boeckhio positum est. Et annum quidem definire non audeo: sed illud videor affirmare posse, nec prius editam esse hanc fabulam quam Olymp. LXXXVII, 2/3, nec multo recentiorem esse Olymp. LXXXVIII, 2 *). Certe ante Olympiadem nonagesimam scriptam esse vel hoc argumento est, quod haec fabula in earum numero est, quae quod ad numeros attinet diligen-

---

*) Non discrepat, immo maximo opere concordat cum hac computatione, quod Aristophanes videtur hanc Euripidis fabulam irrisisse quum in Acharn. v. 91., qua de re dixi ad huius fabulae v. 939., — est enim illa Aristophanis comoedia acta Olymp. 88. a. 3. — et in Equit. v. 214., qua de re Kirchhoffius dixit, cuius vide adnotationem supra p. 19. adn. *). — haec enim Aristophanis fabula acta est Olymp. 88. a. 4. R. K.

tius compositae sunt. Qua de re post Godofr. Hermannum monuit Eduardus Wunderus in Adversariis in Soph. Philoct. p. 38. Elmsleius autem tam morosum se iudicem in eo genere praebuit, ut Heraclidarum v. 212 emendandum putaret, quod is in ea fabula solus duos pedes trisyllabos haberet.

Finem hic facere poteram prooemio, nisi pauca dicenda viderentur de ratione adnotationis meae: cuius quod eam partem, quae in recensenda scripturae varietate versatur, haud paullo in hac fabula diligentius quam in tribus prioribus tractavi, gratam rem me fecisse spero iis, qui in veterum monumentis poëtarum, quid antiquum et genuinum, quid adventicium sit, celari nolunt, neque in illa verborum brevitate molestam iis, qui talia minus curanda putant. Ac fecissem id etiam antea, nisi me quibusdam exemplis deterreri passus essem: post intellexi non posse unam eandemque omnibus scriptoribus regulam constitui, maluique, quam primum occasio data esset, corrigere de quo melius hodie iudicare viderer, quam, dum aequalitatem commentariorum retinerem, in errore perseverare. PFLUGK. Libri, quorum certas auctoritates habemus, huius fabulae hi sunt:

Codex Palatinus inter Vaticanos n. 287. (Rom. C. sive Palat.), membranaceus saec. fortasse XIV, forma maxima, scriptus binis per paginam columnis. Scholia addita nulla neque frequentes glossae et variae lectiones. Videtur olim inter Marci Musori libros fuisse. Vide Ad. Kirchhoffium in editione fabularum Euripidearum vol. I. praef. p. VIII sq. A nobis notatus est littera *B*.

Codex Florentinus plut. XXXII. n. 2. (Flor. 2. A. Matthiae sive Laurentianus P. Elmsleii), chartaceus saec. XIV, varia manu scriptus. Textum passim ex arbitrio correxit manus recentior. Usus est eo libro olim P. Victorius. Vide Ad. Kirchhoffium l. c. p. IX sq. A nobis notatus est littera *C*.

Reliquos libros vix possumus numerare, quod sunt apographa codicis Florentini, quem modo nominavi, tum demum recte a Kirchhoffio in subsidium vocata, ubi de scriptura codicis Florentini minus constabat; vide Kirchhoffium l. c. p. R. K.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΙΟΛΑΟΣ.
ΚΟΠΡΕΥΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΔΗΜΟΦΩΝ.
ΜΑΚΑΡΙΑ ΠΑΡΘΕΝΟΣ.
ΘΕΡΑΠΩΝ.
ΑΛΚΜΗΝΗ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΕΥΡΥΣΘΕΥΣ.

Προλογίζει δὲ ὁ Ἰόλαος.

V. 7. Θεράπαινα libri.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΗΡΑΚΛΕΙΔΩΝ.

Ἰόλαος υἱὸς μὲν ἦν Ἰφικλέους, ἀδελφιδοῦς δὲ Ἡρακλέους· ἐν νεότητι δ' ἐκείνῳ συστρατευσάμενος ἐν γήρᾳ τοῖς ἐξ ἐκείνου βοηθὸς εὔνους παρέστη. τῶν γὰρ παίδων ἐξ ἁπάσης ἐλαυνομένων γῆς ὑπ' Εὐρυσθέως ἔχων αὐτοὺς ἦλθεν εἰς Ἀθήνας, κἀκεῖ προςφυγὼν τοῖς θεοῖς ἔσχε τὴν ἀσφάλειαν Δημοφῶντος τῆς πόλεως κρατοῦντος. Κοπρέως δὲ τοῦ Εὐρυσθέως κήρυκος ἀποσπᾶν θέλοντος τοὺς ἱκέτας ἐκώλυσεν αὐτόν· ὁ δὲ ἀπῆλθε πόλεμον ἀπειλήσας προςδέχεσθαι. Δημοφῶν δὲ τούτου μὲν ὠλιγώρει· χρησμῶν δὲ αὐτῷ νικηφόρων γενηθέντων, ἐὰν Δήμητρι τὴν εὐγενεστάτην παρθένων σφάξῃ, τοῖς λόγοις βαρέως ἔσχεν· οὔτε γὰρ ἰδίαν οὔτε τῶν πολιτῶν τινος θυγατέρα χάριν τῶν ἱκετῶν ἀποκτεῖναι δίκαιον ἡγεῖτο τὴν μαντείαν δὲ προγνοῦσα μία τῶν Ἡρακλέους παίδων, Μακαρία, τὸν θάνατον ἑκουσίως ὑπέστη. ταύτην μὲν οὖν εὐγενῶς ἀποθανοῦσαν ἐτίμησαν· αὐτοὶ δὲ τοὺς πολεμίους ἐπιγνόντες παρόντας εἰς τὴν μάχην ὥρμησαν . . . .

. . . .

ΥΠΟΘ. v. 15. ἡγεῖται libri. v. 18. ἐτίμησεν libri.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ.

ΙΟΛΑΟΣ.

Πάλαι ποτ' ἐστὶ τοῦτ' ἐμοὶ δεδογμένον·
ὁ μὲν δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκ' ἀνήρ,
ὁ δ' εἰς τὸ κέρδος λῆμ' ἔχων ἀνειμένον

V. 1. *τοῦτό μοι*] **Stobaeus** Floril. X, 1. vol. 1. p. 248., qui laudat v. 1—4.

V. 1. Quod A. **Matthiae** auctore etiam **Blomfieldio** in censura ed. Elmsleianae in Quart. rev. 18. p. 351. anteponendum putavit *τοῦτό μοι*, quod negavit esse emphasin in hoc loco, quae esset in Medeae v. 822: *λέξῃς δὲ μηδὲν τῶν ἐμοὶ δεδογμένων*, recte id novissimi editores repudiaverunt. Iure enim is, qui loqui incipit, etiam si aperta oppositionis ratio non constat, pronomine *ὀρθοτονουμένῳ* suam personam effert, eodem plane modo, quo Latini, quum loqui inciperent, dixerunt: Credo ego. et quae sunt eiusmodi. R. K.

V. 2. Ordo: *ὁ μὲν πέφυκ' ἀνὴρ δίκαιος τοῖς πέλας.* Salva oppositio inter hanc et sequentem sententiam, immo haud paullo elegantior et quae plus acuminis habeat quam illud **Elmsleii**: *ὁ μὲν δίκαιος ἀνὴρ πέφυκε τοῖς πέλας*, in quo idem dici vult de Iolao, quod est de Catone apud **Lucanum** Phars. II. 383. Non sibi, sed toti genitum se credere mundo. Hoc dicit me iudice Iolaus, res esse insociabiles iustitiam et prosperam fortunam. PFLUGK. Recte Pflugkius Elmsleii rationem improbavit, falsus tantum modo in eo, quod dixit Iolaum his verbis hoc sibi velle, res esse insocabiles iustitiam et prosperam fortunam. Nihil aliud dicit Iolaus nisi hoc, homines partim esse iustos adversus proximos, partim iniquos in ceteros, quod suae utilitatis causa facerent omnia. Qua communi sententia transitum sibi parat ad aequam condicionem suam declarandam, iniquam autem Eurysthei. R. K.

V. 3. *εἰς τὸ κέρδος—ἀνειμένον*] **Plutarchus** V. Num. c. 16: *τὸ δὲ εἰς ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν ἀνειμένον ἐκκέκοπται.*

πόλει τ' ἄχρηστος καὶ συναλλάσσειν βαρύς,
αὑτῷ δ' ἄριστος· οἶδα δ' οὐ λόγῳ μαθών.
ἐγὼ γὰρ αἰδοῖ καὶ τὸ συγγενὲς σέβων,
ἐξὸν κατ' Ἄργος ἡσύχως ναίειν, πόνων
πλείστων μετέσχον εἷς ἀνὴρ Ἡρακλέει,
ὅτ' ἦν μεθ' ἡμῶν· νῦν δ', ἐπεὶ κατ' οὐρανὸν
ναίει, τὰ κείνου τέκν' ἔχων ὑπὸ πτεροῖς
σώζω τάδ' αὐτὸς δεόμενος σωτηρίας.

V. 4. πόλει] φίλοις Stobaeus l. c. Idem συναλλάξαι pro συναλλάσσειν.

V. 8. εἷς ἀνὴρ ὢν ἡρακλεῖ B. εἷς ὢν ἀνὴρ ἡρακλεῖ (cf. apogr. Pariss.) C. in Apogr. eius (Ald.) omissum ὢν. Hinc nuper Kirchhoffius edidit: πλείστων μετέσχον εἷς ἀνὴρ ὢν Ἡρακλεῖ. Mihi ex ipsa verborum collocatione, quae varia est in libris, apparere visum est ὢν interpositum esse ab iis, qui versum complere studerent, quem recte mihi eo videtur sustentasse Porsonus, quod scripsit Ἡρακλέει ad Med. 672. cf. Bekker. Anecd. vol. III. p.

Plura Elmsleius, qui interpretatur, lucro deditum. PFLUGK.

V. 4. συναλλάσσειν βαρύς] Plat. Polit. p. 302. E: ἄνομος δὲ (μοναρχία) χαλεπὴ καὶ βαρυτάτη ξυνοικῆσαι. Synesius de Regno p. 2. C: βαρεῖς ἐντυχεῖν. p. 3. C: τραχεῖά τε ἐκ φροιμίου καὶ χαλεπὴ φιλοσοφία προςφέρεσθαι. Eurip. fr. inc. CLXV. [n. 889. p. 508 sq. ed. Nauck.] προςομιλεῖν ἥδιστος. De verbo συναλλάσσειν (i. q. ὁμιλεῖν) vid. ad Androm. 1246. Brunck. ad Soph. Oed. T. 33. Wyttenbach. ad Plutarch. vol. VI. p. 183. PFLUGK.

V. 5. οἶδα δ' οὐ λόγῳ μαθών] Scil. suis ipse rebus expertus est. Apposite Herodotum laudavit Elmsleius, Lib. V. 24: τοῦτο δὲ οὐ λόγοισι, ἀλλ' ἔργοισι οἶδα μαθών. Euripides Fragm. inc. III. b. [n. 890. p. 509. ed. Nauck.]: Τεκμήριον δὲ μὴ λόγῳ μόνον μάθῃς, Ἔργῳ δὲ δείξω τὸ σθένος τὸ τοῦ (fort. τῆς) θεοῦ. PFLUGK.

V. 6. αἰδοῖ] Ut in miseris iisdemque cognatis: αἰδοῖ καὶ ἐλέῳ iungit Appianus Bell. Civ. IV, 17. Sancti enim utrique et inviolabiles, quod idem dici potest de omnibus, quibus αἰδὼς tribuitur, quorum in numero inprimis saepe commemorari videas deos et senes et quidquid propter aetatem sexumve imbecillum est, hospites, supplices, duces atque imperatores, amicos. Haud pauca huius rei exempla haec ipsa fabula suppeditabit, velut de miseris v. 461: πολλῆς γὰρ αἰδοῦς καὶ δίκης τις ἂν τύχοι: de supplicibus v. 101: εἰκὸς θεῶν ἱκτῆρας αἰδεῖσθαι, ξένε. Cf. Med. 349. Hec. 286. Herodot. VII, 141. Iolaus quidem et hominum famam [v. 28.] et quid se ipso dignum esset spectasse videtur. Cf. v. 813. PFLUGK.

Ibid. τὸ συγγενές] i. e. τὴν συγγένειαν, ut v. 241. Androm. 986. Aesch. Prom. 39. — σέβων. cfr. Orest. 1079: ἑταιρείαν σέβων. Soph. Phil. 1163: εἴ τι σέβει ξένον. PFLUGK.

V. 7. quod Elmsleius ἡσύχως, Blomfieldius autem ἡσύ-

ἐπεὶ γὰρ αὐτῶν γῆς ἀπηλλάχθη πατήρ,
πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἤθελ' Εὐρυσθεὺς κτανεῖν·
ἀλλ' ἐξέδραμεν. καὶ πόλις μὲν οἴχεται,
ψυχὴ δ' ἐσώθη. φεύγομεν δ' ἀλώμενοι
ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἐξορίζοντες πόλιν.
πρὸς τοῖς γὰρ ἄλλοις καὶ τόδ' Εὐρυσθεὺς κακοῖς
ὕβρισμ' ἐς ἡμᾶς ἠξίωσεν ὑβρίσαι·

1191. Vide infra v. 9881. ὧν autem necessarium certe non esse ostendunt loci a Pflugkio infra positi. R. K.

V. 10. κἀκείνου *B.* τἀκείνου [*C.*] Correxit Barnesius. Sic τἀκεῖθεν dederat Aldus Or. 851. Bacch. 668, ubi nunc recte legitur τὰ κεῖθεν: contrario vitio τὰ κείνου pro τἀκείνου in Soph. El. 942. PFLUGK.

V. 14. ἐξέδραμεν Reiskius. Vid. Buttmann. Gramm. uber. Vol. II. p. 110. ἐξέδραμον Ald. et codd.

V. 18. ἐς ἡμᾶς Brodaeus. ([*B.*]*C.* sec. app. Parr.), ἐς ὑμᾶς Ald.

χῳ pro eo, quod est in libris, ἡσύχως scribi voluerunt, aperte falsi sunt. Etenim quum hoc loco non tam id efferret Iolaus, licuisse sibi Argis habitare, verum licuisse sibi quiete et placide Argis vitam traducere, at se tamen plurimorum Herculis laborum participem fuisse, ob eam causam multo magis huic loco adverbium convenit, quod modum ac rationem vitae apertius significaret, quam appositio illa per nomen adiectivum instituta. Quod quum ita sit, et G. Hermannus putandus est recte in Aeschyli Suppl. v. 694 sq. retinuisse: ἀλλ' ἡσύχως χρὴ καὶ σεσωφρονισμένως πρὸς πρᾶγμ' ὁρῶσας τῶνδε μὴ ἀμελεῖν θεῶν, et nos recte nobis videmur tutati esse idem adverbium in Medea v. 550: ἀλλ' ἔχ' ἡσύχως, ad quem locum vide quae adnotavimus p. 63. ed. Goth. alt. R. K.

V. 8. Sophocles Trach. 459: οὐχὶ χἀτέρας πλείστας ἀνὴρ εἷς Ἡρακλῆς ἔγημε δή; Eurip. Or. 743: Ποῦ 'στιν, ἣ πλείστους Ἀχαιῶν ὤλεσεν γυνὴ μία; PFLUGK.

V. 10. ὑπὸ πτεροῖς] Dixi ad Androm. 441. Cf. infra v. 239. Infantes Sophocli Oed. T. 16. dicuntur οὐδέπω μακρὰν πτέσθαι σθένοντες. Ceterum ad explicandam comparationis vim et originem facit Platonis locus de Legg. VII. p. 814. B: πολλή που κακία πολιτείας οὕτως αἰσχρῶς τὰς γυναῖκας εἶναι τεθραμμένας, ὡς μηδ' ὥςπερ ὄρνιθας περὶ τέκνων μαχομένας πρὸς ὁτιοῦν τῶν ἰσχυροτάτων θηρίων ἐθέλειν ἀποθνήσκειν τε καὶ πάντας κινδύνους ὑπομένειν, ἀλλ' εὐθὺς πρὸς ἱερὰ φερομένας πάντας βωμούς τε καὶ ναοὺς ἐμπιπλάναι καὶ δόξαν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους καταχεῖν, ὡς πάντων δειλότατον φύσει θηρίων ἐστίν. Postrema in memoriam revocant rerum faciem qualis est apud Aeschylum in S. adv. Theb. v. 78 seqq., quem haud scio an notare voluerit philosophus. PFLUGK.

V. 16. Vid. ad Med. 434. p. 53. ed. sec.

πέμπων ὅπου γῆς πυνθάνοιθ' ἱδρυμένους
κήρυκας ἐξαιτεῖ τε κἀξείργει χθονὸς
πόλιν προτείνων Ἄργος οὐ σμικρὰν φίλην
ἐχθράν τε θέσθαι χαὐτὸν εὐτυχοῦνθ' ἅμα.
οἱ δ' ἀσθενῆ μὲν τἀπ' ἐμοῦ δεδορκότες,
σμικροὺς δὲ τούςδε καὶ πατρὸς τητωμένους,
τοὺς κρείσσονας σέβοντες ἐξείργουσι γῆς.

V. 19. *ὅπου* *BC.* *ὅπη* ex app. Parr. altero Aldus. *ὅποι* Elmsleius, quod probavit Reisigius Comment. crit. in Soph. Oed. Col. v. 23.

V. 21. *προτείνων* Canterus. *προτιμῶν* libri. *φίλην* G. Dindorfius. *φίλων* libri. Ego hic et in sequentibus novissimos editores sequutus sum, quamquam locum nondum persanatum esse existimo.

V. 19. *ὅπου γῆς πυνθάνοιθ' ἱδρυμένους*] Quam ad hunc locum Elmsleius et Pflugkius moverunt quaestionem, num ab Atticis unquam dictum esset πῇ vel ὅπη γῆς, eam rem recte iam existimavit G. H. Schaeferus, quod dixit hanc causam tum demum recte iudicari posse, si casuum obliquorum, unde haec adverbia omnia essent profecta, ratio et usus aliquanto magis essent perspecta, non ille quidem reprehendendus nisi in eo, quod munus, quo ipse defungi poterat, ad posteros tramisit; facile enim apparet ὅποι plane respondere Latinorum quo, quod fuit olim quoi, communis forma dativi et ablativi eius linguae, qua locus, in quem aliquid moveretur, uti in notissima formula: it clamor caelo, designaretur, non solum vi ac potestate, verum etiam ipso nomine ac forma nostro wohin respondens. Contra ὅπου ea casus forma est, quae specie quidem externa cum genetivo casu congruit, re vera autem et ipsa significatione ad dativum casum accedit, quocum antiquitus videtur communis fuisse, quae eadem mansit in adverbio αὐτοῦ et similibus. Haec forma non hoc significat, moveri aliquid in aliquem locum, sed illud, esse aut fieri aut versari aliquid in aliquo loco. Denique ὅπη, quod fuit olim ὅπηι vel ὅπῃ, casu congruit plane cum adverbio ὅποι, genere autem et significatione ita differt, ut, quum ὅποι locum, in quem aliquid moveatur, denotet, ὅπη contra partem, qua aliquid sit aut fiat aut versetur, significet aut in quam versus aliquid moveatur. Ut igitur ὅποι Latino quo, similiter ὅπη Latino qua respondet. His disputatis facile apparebit ὅπου γῆς, quod solum est in libris, recte hoc loco dici ac recipiendum fuisse, quod ἱδρύεσθαι, ut Latinorum sedem in aliquo loco collocare, cum adverbio, quod designat aliquid in aliquo loco esse aut fieri, coniungi recte potest. Etiam illud apparebit, multo saepius ὅπου et ὅποι cum genetivo eo, quo locus ille, qui adverbiis illis denotaretur, pars esse maioris alicuius spatii aut loci significaretur, coniungi debuisse, quod minus cadit in adverbium

δὲ σὺν φεύγουσι συμφεύγω τέκνοις,
σὺν κακῶς πράσσουσι συμπράσσω κακῶς
ῦν προδοῦναι, μή τις ὧδ' εἴπῃ βροτῶν·
θ', ἐπειδὴ παισὶν οὐκ ἔστιν πατήρ,
κος οὐκ ἤμυνε συγγενὴς γεγώς.
ης δὲ χώρας Ἑλλάδος τητώμενοι
ραθῶνα καὶ σύγκληρον ἐλθόντες χθόνα

V. 22. ἔχθραν τε θέσθαι [B.] ἔχθραν γε θέσθαι C. secun- Victorium et apogr. Parr. ἐχθράν τε θέσθαι G. Dindorfius.

V. 27. συμπάσχω B. συμπράσσω [C]. Recepit illud Kirchius, ego cum Nauckio hoc retinui, quod poëta in summa ntiarum concordia summam etiam orationis concinnitatem con- tus esse videtur.

ut recte et hoc loco et v. 46. flagitante etiam li- um auctoritate ὅπου γῆς eo, quod olim legebatur γῆς, restitutum esse videa- R. K.

21. προτείνων] mina- r ostentans interpreta- Musgr., qui primus Can- emendationem recepit, a elictam propter admirabilem pretum consensum. [Scri- at Pflugkius auctore Mus- io: πόλιν προτείνων Ἄργος μικρὰν φιλεῖν ἔχθραν τε θέ- .] Etsi dubito an προτιμῶν ndi possit: Argivorum itatem exaggerans ia- sque eius nec amicitiam s momenti esse et vim endam, si hostilia sum- rit. Talia concisius dicta e legas, velut infra v. 811. τὸς δ' ἐπῄνεσ' εἴς τ' ἀπαλ- ς πόνων καλῶς λελέχθαι μῦ- εἴς τ' εὐψυχίαν. Thucyd. 53. προκαταγνόντες ἡμῶν ἀρετὰς ἥσσους εἶναι τῶν έρων. Plutarch. Demetr. παρῃτεῖτο συγγνώμην ἔχειν Ἀλέξανδρον, εἰ τάχιον ἀπαλ- Appian. B. C. V. 39. ὁ ιε τῷ στρατῷ διέβαλλε κω- λύειν τὰς κληρουχίας ἐλέῳ τῶν γεωργῶν. PFLUGK.

V. 23. «τἀπ' ἐμοῦ, i. e. τὰ ἀπὸ ἐμοῦ, opem, quam ego fortasse feram.» Matthiae. Troad. 74: ἕτοιμ' ἃ βούλει τἀπ' ἐμοῦ. 1154: τἀπ' ἐμοῦ τε κἀπὸ σοῦ. El. 280: λέγω τάδ' αὐτῷ καὶ βέβαια τἀπὸ σοῦ; Demosth. de Cherson. §. 5: τά γε ἀφ' ὑμῶν ἕτοιμα ὑπάρχοντα ὁρῶ. PFLUGK.

V. 25. τοὺς κρείσσονας σέβοντες ἐξείργουσι γῆς] Facile ex iis, quae ante dicta sunt, colligi potest quos a finibus suis arceant; verum tamen alius color orationis est et maiore vi omittitur accusativus quam adiungitur. Hinc intelligi potest, quantum praestet in Sophoclis Antigona v. 48. librorum auctoritas: ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν εἴργειν μέτα, ei, quod de coniectura erat repositum: ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν μ' εἴργειν μέτα. Similis causa est v. 30. et v. 52. R. K.

V. 32. Μαραθῶνα καὶ σύγκληρον ἐλθόντες χθόνα] Scaenam fabulae non temere Marathone collocavisse Euripidem quum alii significave-

ἱκέται καθεζόμεσθα βώμιοι θεῶν
προςωφελῆσαι· πεδία γὰρ τῆςδε χθονὸς
δισσοὺς κατοικεῖν Θησέως παῖδας λόγος
κλήρῳ λαχόντας, ἐκ γένους Πανδίονος,
τοῖςδ' ἐγγὺς ὄντας· ὧν ἕκατι τέρμονας
κλεινῶν Ἀθηνῶν τήνδ' ἀφικόμεσθ' ὁδόν.
δυοῖν γερόντοιν δὲ στρατηγεῖται φυγή·
ἐγὼ μὲν ἀμφὶ τοῖςδε καλχαίνων τέκνοις,
ἡ δ' αὖ τὸ θῆλυ παιδὸς Ἀλκμήνη γένος
ἔσωθε ναοῦ τοῦδ' ὑπηγκαλισμένη
σώζει· νέας γὰρ παρθένους αἰδούμεθα
ὄχλῳ πελάζειν κἀπιβωμιοστατεῖν.

V. 33. *καθεζόμεσθα* [*B C*] *καθεζώμεσθα* ex altero apogr. Paris. Aldus.

V. 38. *τῶνδ'* (supra: *τόνδ'*) *B.* *τῶνδ'* (supra: *τόνδ'*) etiam alterum apogr. Par., unde Kirchhoffius item *τῶνδ'* esse in archetypo suspicatur et mavult scribi: *τούςδ' ἀφικόμεσθα νῦν* (*δή*). *τήνδ' — ὁδόν* H. Stephanus.

runt interpretes. tum ipse Pflugkius explicavit in prooemio fabulae p. 12 sq. R. K.

V. 33. Iunge *ἱκέται προςωφελῆσαι*, ut infra v. 345. *ἱκέται μένοντες ἐνθάδ' εὖ πρᾶξαι πόλιν.* Iph. A. 1242: *ἱκέτης γίγνου πατρὸς τὴν σὴν ἀδελφὴν μὴ θανεῖν.* — *βώμιοι.* Cf. infra 196. 238. Andr. 357. *βώμιοι πιτνόντες.* Suppl. 93: *μητέρα γεραιὰν βωμίαν ἐφημένην.* PFLUGK.

V. 37. *τοῖςδ' ἐγγὺς ὄντας*] Heraclidis cognatos. Vide infra v. 208 seqq. Homerus Od. η, 205: *ἐπεί σφισιν ἐγγύθεν εἰμέν.* PFLUGK.

V. 38. *τήνδ' ἀφικ. ὁδόν*] Androm. 1125: *εὐσεβεῖς ὁδοὺς ἥκοντα.* Iph. T. 1112: *νόστον βάρβαρον ἦλθον.* Hel. 606: *πᾶσαν πλανηθεὶς τήνδε βάρβαρον χθόνα.* V. Matth. Gr. §. 409. 4. [Rost. gr. §. 104. 3. b. p. 493.] De Latinis vid. Muncker. ad Hygin. p. 99 s. PFLUGK.

V. 39. *δυοῖν γερόντοιν*] Iolao et Alcmenae. PFLUGK. Propterea autem Iolaus duali numero usus est in denotanda sua et Alcmenae persona, quod coniunctis viribus quasi consociatum par huic profectioni liberorum Herculis praesunt. conf. etiam infra v. 653. et vide quae dixi ad Alcest. v. 19. p. 30 ed. Goth. sec. R. K.

V. 40. *ἐγὼ — καλχαίνων*] quasi praecesserit *δύο δὲ γέροντες στρατηγοῦσι τῆς φυγῆς.* Conf. Phoen. 1471: *ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις, Οἱ μὲν πατάξαι πρόσθε Πολυνείκην δορί, Οἱ δ' ὡς θανόντος οὐδαμοῦ νίκη πέλοι.* PFLUGK. De eo loco vide quae ipse adnotavi ad Phoen. v. 1467 sq. p. 216 sq. ed. Goth. R. K.

V. 44. *πελάζειν κἀπιβωμιοστατεῖν*] Intransitive capiunt Musgravius et Elmsleius, quorum hic comparat

Ὕλλος δ' ἀδελφοί θ' οἷσι πρεσβεύει γένος
ζητοῦσ' ὅπου γῆς πύργον οἰκιούμεθα,
ἢν τῆσδ' ἀπωθώμεσθα πρὸς βίαν χθονός. —
ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦρο, λαμβάνεσθ' ἐμῶν
πέπλων· ὁρῶ κήρυκα τόνδ' Εὐρυσθέως
στείχοντ' ἐφ' ἡμᾶς, οὗ διωκόμεσθ' ὕπο,
πάσης ἀλῆται γῆς ἀπεστερημένοι. —
ὦ μῖσος, εἴθ' ὄλοιο χὠ πέμψας ἀνήρ.
ὡς πολλὰ δὴ καὶ τῶνδε γενναίῳ πατρὶ
ἐκ τοῦδε ταὐτοῦ στόματος ἤγγειλας κακά.

ΚΟΠΡΕΥΣ.

ἦ που καθῆσθαι τήνδ' ἕδραν καλὴν δοκεῖς

V. 40. *καλχαίνων* [*B*]*C*. *χαλκαίνω* ex apogr. Paris. altero Aldus.

V. 42. *ὑπηγκαλισμένη* [*B*] *C*. *ἀπηγκαλισμένη* ex apogr. Par. altero Aldus.

V. 46. *ζητοῦσ'* Barnesius: *ζητοῦσιν* *BC*. *ὅπου* B C. *ὅπῃ* Musurus. Vide quae diximus ad v. 19.

V. 48. habet Tiberius ap. Walzium rhet. Gr. t. VIII. p. 555.

V. 52. *πέμψας σ'* Barnesius. Vide quae adnotavimus ad v. 25.

Phoen. 513: *πρὸς δὲ τοῖσδ' αἰσχύνομαι Ἐλθόντα σὺν ὅπλοις τόνδε καὶ πορθοῦντα γῆν Τυχεῖν ἃ χρῄζει*. Vereor ut recte. PFLUGK. Nec tamen video, quo alio modo ea verba explicari possint. R. K.

